R. 8010

# COMMENTARIA

REVERENDISSIMI PATRIS FRATRIS THOMAE DE VIO CAIETANI, ARTIVM, SACRAE THEOLOGIAE, ET ordinis prædicatorum profeſſoris, ac primũ eiuſdem ordinis Generalis magiſtri, poſtmodum verò ſanctæ Romanę Eccleſiæ titulo ſancti Xiſti præſbyteri Cardinalis, in libros Ariſtotelis de Anima, nouiſsime recognita, cunctiſque erroribus expurgata.




CVM LICENTIA.

COMPLVTI. Apud Ferdinandum Ramirez, typographo, & bibliopola.
Anno. 1583.

R. 8010

# COMMENTARIA REVERENDISSIMI PATRIS FRATRIS THOMAE DE VIO CAIETANI, ARTIVM, SACRAE THEOLOGIAE, ET

ordinis prædicatorum profeſſoris, ac primũ eiuſdem ordinis Generalis magiſtri, poſtmodum verò ſanctæ Romanę Eccleſiæ titulo ſancti Xiſti præsbyteri Cardinalis, in libros Ariſtotelis de Anima, nouiſsime recognita, cunctiſque erroribus expurgata.




CVM LICENTIA.

COMPLVTI. Apud Ferdinandum Ramirez, typographo, & bibliopola.
Anno. 1583.

R. 9010

DON Phelippe, por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla, de Leon, de Aragon, delas dos Secilias, de Hieruſalem, de Portugal, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galizia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, delos Algarues, de Algezira, de Gibraltar, delas Indias de Canaria, delas Indias Orientales y Occidentales, Indias y tranſfirme del mar Oceano, Archiduque de Auſtria, Duque de Borgoña, de Brauante, de Milan, Conde de Ausburch, de Flandes, de Tirol, de Barcelona, Señor de Vizcaya, de Molina, &c. Por quanto por parte de vos Iuan Lopez Perete librero, vezino deſta villa de Madrid: nos fue fecha relacion diziendo que vos queriades hazer imprimir vn libro intitulado, Commentarios in libros Ariſtotelis de Anima, el qual era vtil y prouechoſo: y al preſente auia mucha falta dellos, y nos ſuplicaſtes os mandaſſemos dar licencia para que le pudieſſedes hazer imprimir, ſin incurrir en pena alguna, o como la nueſtra merced fueſſe: lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, por quanto enel dicho libro ſe hizo la diligencia que la pregmatica por nos agora nueuamente ſobre ello fecha diſpone, fue acordado q̃ deuiamos mãdar dar eſta nueſtra carta para vos enla dicha razon, y nos tuuimos lo por bien: Por la qual vos damos licẽcia y facultad a qualquier impreſſor deſtos nueſtros reynos, para q̃ por eſta vez pueda imprimir el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion, ſin que por ello caya ni incurra en pena alguna. Y mandamos que la tal impreſsion ſe haga cõforme al libro original, q̃ va rubricada cada plana, y firmado al fin del de Alonſo de Vallejo nueſtro eſcriuano de Camara, y vno delos q̃ en el nueſtro Conſejo reſide: y deſpues de impreſſo no ſe pueda vẽder ni venda, ſin q̃ primero ſe traya al nueſtro Cõſejo, juntamente con el original, para q̃ ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme al original, y ſe taſſe en lo que cada volumẽ ſe ouiere de vender: ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pregmatica, y leyes de nueſtros reynos: y no fagades ende al, ſo pena dela nueſtra merced, y de diez mil marauedis para nueſtra Camara. Dada en Madrid, a. 22. dias del mes de Hebrero, de. 1583.

El Conde de Barajas. El licẽciado Fuenmayor. El licenciado Mardones. El licenciado Guardiola. El licenciado Nuñez de Boorques. El Doctor Iuan Fernandez Cogollos. El licenciado don Iuan de Curcola.

Yo Alonſo de Vallejo, Secretario de ſu Mageſtad, la fize eſcreuir por ſu mandado, con acuerdo delos del ſu Conſejo.

# FRATRIS THOMAE DE VIO CAIETANI, ordinis prædicatorum generalis magiſtri, ac ſacræ Theologiæ profeſſoris præfatio in Commentarios ſuper libros Ariſtotelis de Anima, ad Reuerendiſsimum in Chriſto patrem D. Oliuerium Carrafam Epiſcopum Oſtienſem, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Neapolitanum.

SApientiſsimus ille Salomon ſuis in prouerbijs ad poſsidēdam ſapientiam nos hortatur, vt pote multo quam ſit aurum meliorem. Ego autem reuerendiſsime in Chriſto pater & ſi planè cōfiteor: me ad illius poſſeſsionem nō perueniſſe: tamen vt Salomonis dicto Salomoni reſpondeam. Cum adhuc iunior eſſem poſtulaui pro illa: & vſque in nouiſsimis inquiram eam. Nihil enim mihi vnquam præſtantius viſum eſt, nihilque magis congruum religioſę profeſsioni, quā pietas ipſa cum ſtudijs literarum cōiuncta. Ita enim potior hominis pars propria ſibi fruens delectatione: tumultus qui ab appetitu conſurgunt facile rationi ſubdit, atque cōciliat: homoque adhuc poſitus ſuper terram: pręſentit, quantum patitur humana mortalitas imaginem fœlicitatis illius, quam ſe ſperat in patria percepturum. Iam vero, ſi ex charitatis officio proximi cuiuſque ſalus curanda ſit, admontione, conſilijs, conſolatione, doctrina, longe cōmodiores illos inuenias, qui diſciplinis operam impēderunt quam qui ſancta quadam ruſticitate imbuti, putarunt ſibi ſolis vacandum eſſe. Illorum itaque veſtigia conſectatus, cum & aliqua iam conſcripſerim, ex quibus non nihil vtilitatis ad poſteros peruenturum putarem, quantumq; tradita mihi ordinis gubernatio ſinet, aggredi ſubinde alia in animo habeam, libuit hoc tempore cōmentarios edere in eos libros Ariſto. Stagiritæ, qui de anima inſcribuntur. Scio equidem multos ex omni ferme ſecta & natione viros doctiſsimos ingenij ſui vires in eis exponendis libris intendiſſe. Verum ea delectatio eſſe debet homini rationali, præſertimq; ſtudioſo de illa noſtri parte, qua præſtamus animantibus cæteris, ſuperiſq; ſpiritibus cognatione quadam adiungimur, loqui, ſcribere, meditari, vt tametſi repetenda ſint eadem, quæ maiores dixerunt, egre tamen ac difficulter ab eo ſe continere ſtudio quiſquā poſsit. Neq; enim &

hi qui

hi qui muſicis cantionibus occupantur, eadē recinentes, modo non abſona, vllo ſe faſtidio putant audientes afficere. Accedit autem quod ea vis eſt animę ipſius, ea conditio, vt quia demōſtrationem non recepit; quę ſit in promptu omnibus exporrecta, nihil in tota ferme philoſophia proponi videatur vberius ad diſſerendū multis & cōmentandū. Quo & mirari minus oportet, ſi tam multi numero ſapientes varia inter ſe animam diffiniendo & pertractando dixerunt. Nulla itaq; ſit admiratio, nulla inuidia quod & ipſe qui à teneris vſque annis in philoſophorum ludo verſatus ſum, copioſa me ac multiplici adiuuante materia cæteris intacta quam plurima, noſtriſque non audita temporibus explicuerim. Ariſto. certe ipſe quanquā putetur exactiſsimus in diſcutiendis animę noſtrę viribus, quatenus eam corporis entelechian appellat, tamē illius immortalitatem ſic titubante veſtigio delibauit, vt hoc ſaltē loco, præbita potius ſtudioſis viris quā erepta videatur facultas in alteram quoque partem verba illius interpretandi. Quorū ego verborum ſeriem mecum iampridem tacite contemplatus, mox verò & cū doctiſsimis viris cōmunicato ſenſu, quē ex illis videbam elici poſſe, cum eos animaduerterim viros admiratione quadam ſuſpenſos nullis contra ſolutionibus reluctatos, fateor me deniq; auſum eſſe, omnibus hic perlegenda conſcribere, quæ cum multis ante contulerim. Quocunque autem res cadat, vnū illos oro, qui in hæc noſtra inciderint, vt equo ſcilicet animo ſaltem mei pectoris ingenuitatē accipiant, qui in depromendo conſcientiæ meæ ſenſu, malui à præclari nominis auctoribus diſſentire, ac propterea me reſcripturis fortaſſe multis obijcere, quam diſsimulata ſententia ceu ſubdolus aſſentator inire gratiam, plauſuſque captare. Mihi enim conſuetudo illa ſemper ingenua, ſemperque laudabilis viſa eſt, vt quod ſine fictione didiceris, communices ſine inuidia. Tibi vero Domine ac pater reuerendiſsime has quoque noſtras commentationes nuncupandas putaui, vel quia nihil ad me proficiſcens non poteſt deberi tibi, tuumque eſſe, qui me, paterna ſemper charitate, magniſq; beneficijs proſequutus, eſſe tuum penitus voluiſti, vel quia vt in me tua beneficia nulla extent, nulli decentius de anima lucubrationes inſcribi poſſunt quā ei viro, qui corporis voluptatibus abdicatis, animam pietate multa & ſapientiæ ſtudio ſemper excoluit. Accipe igitur & hos ingenioli mei fructus ea benignitate, qua me ipſum ſolitus es accipere. Alia que ſubinde, ſi Deus annuerit, tuo dedicanda nomini expectato.

# COMMENTARIA FRATRIS Thomæ de Vio Caietani artium ſacræ Theologiæ, & ordinis prædicatorum profeſſoris: ac eiuſdem ordinis Generalis magiſtri in libros Ariſtot. de Anima.

QVanquã mutatio omnis: quoniam ab vnitate recedit, infamis quodãmodo ſit, ratione tñ acta à mortalibus propria non caret laude. Quo circa cęptis cõmentarijs ſuper reliquis partibus ſumme Diui Thomæ reſiduũ præſentis anni tempus ſubtrahere, ac librorum de anima Ariſt. fragmentis ordinandis, perficiendiſq; impendere decreui: vt quum viſitaturus cõmiſſum mihi nuperrime ordinem accedam: à phyſicis abſolutus, moralibuſque intellectu, tam ſpeculatiuo quam practico intento, efficacius officij mei debitum vnita virtute peragam. Vnde monitos lectores quoſque velim, vt variam in hoc opere diligẽtiam, inſolitamq; doctoribus in eodem loco mutationem varietati temporis tribuant: multa ſiquidem horum olim ſcripſeram, quę nunc ſic relinquam profutura claritati: adijciamque quandoque quid mihi modo ſentiendum videtur.

¶ Ariſtotelis ſtagirite peripateticorum principis de anima tex. lib. primi.

BOnorum honorabiliũ notitiam opinãtes, magis aut alteram altera aut ſecũdum certitudinem, aut ex eo quod meliorum quidem & mirabiliorũ eſt, propter vtraq; hęc animæ hiſtoriam rationabiliter vtique in primis ponemus. Text' cõmenti primi.

¶ Videtur autem & ad veritatem omnẽ cognitio ipſius multum proficere, maximè autem ad naturã. Eſt enim tãquam principiũ animalium. Cõm. 2

¶ Inquirimus autẽ conſiderare & cognoſcere naturam ipſius & ſubſtantiam. Poſtea quęcunq; accidunt circa ipſam. Quorum alię propriè paſsiones vidẽtur, alię autem propter ipſam cõmunes & animalibus ineſſe. Cõm. 3

¶ Omnino autẽ & penitus difficillimorum eſt accipere aliquã fidẽ de ipſa, cum enim ſit quęſtio com- Cõm. 4

cõmunis multis alijs, dico
autem eã, quæ eſt circa ſub
ſtantiã,&eam quę,quod eſt
fortaſsis alicui videbitur
vna quędam methodus eſſe
de omnibus,de quibus vo-
lumus cognoſcere ſubſtan
tiam,ſicut & eorũ quæ ſunt
ſecũdum accidens proprio
rũ demonſtrationẽ. Quare
quærendum vtiq; erit me-
Cõm.5 thodum iſtam. ¶ Si autẽ nõ
eſt vna quędam & cõmunis
methodus de eo quod quid
eſt,amplius difficilius eſt ne
gotiari. Oportebit enim ac
cipere circa vnumquodq;
quis modus. Si autem mani
feſtum ſit, vtrũ demoſtra-
tio aliqua ſit,aut diuiſio,aut
etiam aliqua alia methodus,
adhuc multas habet dubi-
tationes & errores, ex qui-
bus oportet quęrere. Alia
.n. aliorum principia, ſicut
numerorum & planorum.
Cõm.6 ¶ Primum autem fortaſsis
neceſſariũ eſt diuidere, in
quo generũ, & quid ſit,di-
co autẽ vtrum hoc aliquid
& ſubſtantia ſit, aut quali-
tas,aut quantitas, aut etiam
quoddam aliud diuiſorum
prædicamentorum. Adhuc
autem vtrum eorum, quæ
in potentia ſunt, an magis
entelechia quędam ſit, dif-
fert.n. non aliquid parum.
¶ Conſiderandum autem Cõm.7
& ſi partibilis ſit, aut impar
tibilis,& vtrũ ſit ſimilis ſpe-
ciei omnis anima, an non.
Si autem non ſimilis ſpeciei
vtrum ſpecie differant, aut
genere. Nunc quidem enim
dicentes & quærẽtes de ani
ma de humana ſolum vidẽ
tur intendere. ¶ Formidan Cõm.8
dum autem quatenus nõ la
teat, vtrum vna ratio ipſius
eſt ſicut animalis, aut ſecun
dum vnumquodque alte-
ra, vt equi,canis, hõis, aut
Dei, animal autem vniuer-
ſale, aut nihil eſt, aut poſte-
rius eſt. Similiter autem &
ſi aliquod commune aliud
prædicetur. ¶ Amplius au- Cõm.9
tem & ſi non multę animę
ſed partes,vtrũ oportet quę
rere prius totam animã, aut
partes. Difficile autẽ & ha-
rũ determinare quales aptè
natę ſint:alterę ab inuicẽ eſ-
ſe. ¶ Et vtrũ partes oportet Cõmẽti.10.
quærere prius, aut opera ip
ſarum, vt intelligere,aut in-
tellectiuum, & ſentire, aut
ſen



ſitiuum. Similiter autem
& in alijs. Si autem opera
prius, iterum vtiq; dubita-
bit aliquis, ſi obiecta horum
prius quęrẽdũ,ſicut ſenſibile
ſenſitiuo, & intelligibile in-
Cõme.11. tellectiuo. ¶ Videtur autem
nõ ſolũ quod quid eſt cog-
noſcere vtile eſſe ad cognoſ
cendas cauſas accidentium
in ſubſtantijs, ſicut in mathe
maticis quid rectum, & quid
obliquum, & quid linea, &
quid planum, ad cognoſcen
dum quod rectis triangu-
li anguli ſunt ęquales, ſed è
cõtrario accidẽtia conferunt
magnam partem ad cognoſ
cendũ quod quid eſt. Cum
enim habeam⁹ tradere ſecun
dũ phantaſias de accidẽtibus
aut omnibus, aut pluribus,
tũc & de ſubſtãtia habebim⁹
dicere aliquid optimè. Om-
nis enim demonſtrationis
principiũ eſt quod quid eſt.
Quare ſecundum quaſcun
que diffinitiones nõ contin
git accidentia cognoſcere,
ſed neque coniecturari de
ipſis facile, manifeſtũ eſt ꝙ
dialecticę dictę ſunt, & vanę
Cõmẽ.12. omnes. ¶ Dubitationem au-
tem habet & paſsiones ani-
mę, vtrum ſint omnes com
munes & habentis,an ſit ali-
qua & animę propria ipſius,
hoc enim accipere quidẽ ne
ceſſarium eſt,nõ autem leue.
Videtur autem plurimorum
quidem nullum ſine corpo-
re pati, neque facere, vt iraſ-
ci, confidere deſiderare, &
omnino ſentire: maximè
autem aſsimilatur proprio
intelligere. Si autem & hoc
phantaſia quædam, aut non
ſine phantaſia: nõ continget
vtique neq; hoc ſine corpore
eſſe. ¶ Siquidẽ igitur eſt ali- Cõmẽ.13.
quid animę operũ, aut paſsio
nũ propriũ, continget vtiq;
ipſam ſeparari. Si vero nullũ
eſt proprium ipſius, non vti-
que ſeparabilis, ſed ſicut re-
cto in quantum rectũ multa
accidunt, vt tangere ęneam
ſphęram ſecundum punctũ:
non tamẽ tãget ad hoc ſepa
ratũ rectum. Inſeparabile.n.
ſiquidẽ ſemper cũ quodã cor
pore eſt. ¶ Videtur autẽ & Cõmẽ.14.
animę paſsiones omnes eſſe
cum corpore, ira, manſuetu-
do, timor, miſericordia, con
fidentia adhuc gaudium &
amare, & odire. Simul enim
patitur aliquid corpus. Indi-

cat autē hoc aliquando qui-
dē duris & manifeſtis paſsio
nibus concidētibus nihil ex
acerbari, aut timere. Aliquá-
do & à paruis & debilibus
moueri, cū accēdatur corpus
& ſic ſe habere ſicut cū iraſ-
citur. Adhuc autē magis hoc
manifeſtū. Nullo enim terri
bili imminēte in paſsionibꝰ
fiunt his aliqui timentes. Si
autē ſic ſe habet, manifeſtū
quoniā paſsionum rationes
in materia ſunt. Quare ter-
mini tales vt iraſci, motꝰ qui
dē talis corporis, aut partis,
aut potentię ab hoc, & gra-
tia huiuſmodi. Et propter
hoc igitur iam phyſici eſt
cōſiderare de anima, aut om
ni, aut huiuſmodi. ¶Differē
Cōmē. 15. ter autē diffiniet phyſicus &
dialecticus vnum quodq; ip
ſorum, vt iram quid eſt. Hic
quidem enim appetitū recō
triſtationis, aut aliquid huiuſ
modi, ille autē feruorem ſan
guinis, aut calidi circa cor.
Horū autē alius quidē aſsig-
nat materiā, alius vero ſpeciē
& rationē ratio quidē enim
hæc ſpecies rei. Neceſſe eſt
aūt hāc eſſe in materia hmōi,
ſi erit ſicut domus ratione
quidem talis quædam, quia
operimentum prohibēs cor
ruptiones à ventis & imbri-
bus & caumatibus. Hæc au-
tem & lapides & lateres & li
gna, alia vero in his ſpeciem
propter iſta. Quæ igitur na-
turalis harum, vtrumque cir
ca materiam, rationem autē
ignorans, aut quæ circa ratio
nem ſolū, aut magis quæ eſt
ex vtriſque. Illorum autem
quis vterque. ¶ At vero eſt Cōmē. 16.
aliquis, qui circa paſsiones
materię non ſeparabiles, ſed
circa omnes phyſicus quęcū
que talis corporis, & huius
materię opera & paſsiones
ſunt. Circa quaſcunque autē
non inquantum huius alius,
vt de quibuſdam quidē eſt
artifex, ſi cōtingat vt inſtru
ctor, aut medicus, non ſepa-
rabilium quidem. In quan-
tum autem non talis corpo-
ris paſsiones, ſed ex remotio
ne, mathematicus: ſecūdū au
tem quod ſeparatę: primus
philoſophus. ¶Sed redeūdū Cōmē. 17.
eſt vnde ſermo. Dicebamus
autē quod paſsiones animæ
nō ſeparabiles à phyſica ma
teria animaliū in quātū tales
exiſtunt: furor & timor, &





non ſicut linea & planum.

¶Sūma huius prohœ
mij hæc eſt.

Prima Cōcl. HYſtoria de anima in primis
ponēda eſt. Probatur à prio
ri, quia præſtat certitudine, &
bonitate, ac admirabilitate ſub
iecti.
2. ¶ Cognitio animę multū cōfert
ad omnem veritatē, & maximę
ad naturam. Probatur ſecunda
pars à priori, quia anima eſt prin
cipium animalium.
3. Inquirēdum eſt primo de ſub-
ſtantia animę, poſtea de accidē
tibus, quorum alia ſibi vidētur
propria, alia vero per ipſam in
ſunt animalibus.
4. Difficilliū eſt cognoſcere ani
mam. Probatur à priori. Primò
quia aut eſt vna cōmunis via in
ueſtigandi omnium quiditates,
& tunc oportet ſcire illam, aut
non, & tunc oportet proprias
vias ſingulis aſsignare. Secundò
quia cognita via, cum diuerſo-
rum diuerſa ſint principia pro-
pria, propria principia animę
habenda reſtant multis quęſtio
nibus, videlicet.
quæſt. prima ¶ Vtrum ſubſtantia aut quanti
tas. &c. ſit anima.
2. Vtrum actus aut potentia, hęc
enim non parum differunt.
3. Vtrum partibilis aut imparti-
bilis.
4. Vtrum eiuſdem ſpeciei omnis
anima, an non.
Vtrum ſpecie tantū differant 5.
an genere.
Vtrum vna ratione ipſius eſt 6.
ſicut animalis, aut ſecundum
vnamquamque altera, animal
autem vniuerſale, aut nihil eſt
aut poſterius eſt.
Vtrum oporteat primū quę- 7.
rere totam animam, aut partes.
Quæ vel qualiter partes ani- 8.
mę natę ſunt differre.
Vtrum prius de potentijs, aut 9.
de actibus.
Vtrum prius de obiectis quā 10.
de actibus.
Non ſolum quod quid eſt vti Cōcl.
le eſt ad cognitionem acciden- 5.
tium, ſedècontra accidētia ma g
nam partem conferunt ad cog-
noſcendum quod quid eſt. Pro-
batur quo ad ſecundam partem
quia ex apparentibus omnibus
aut pluribus accidentibus opti-
mè ſubſtantiam venamur. Pro-
batur quia omnis demonſtratio
nis principiū eſt quod quid eſt.
Diffinitiones ex quibus non Corre
facile cognoſcuntur accidentia lariū.
dialecticę ſunt & vanę.
Dubium neceſſarium & non Quæ-
leue. ſtio.
Vtrum omnes animę paſsio-
nes ſint cōmunes ſibi & haben-
ti animam, an ſit aliqua propria
animæ, declaratur ambiguitas
in cōmuni, quia quędā apparent
cōmunes, vt iraſci, &c. quędā aſ
ſimilātur proprio vt intelligere,
attamē ſi intelligere eſt phanta-

ſia, aut non ſine phantaſia nō cō
tinget ſine corpore eſſe. Secun-
do declaratur neceſsitas, quia ſi
aliqua paſsio, aut operatio eſt
propria animę, continget ipſam
ſeparari, ſi vero nulla eſt ſibi pro
pria nō eſt ſeparabilis, ſed aſsig
nabitur ſibi operatio in abſtra-
ctione, ſicut recto tangere ſphę
ram in puncto, quod non inue-
nitur niſi in materia. Tertio pro
batur prima pars dubij, quia cū
ira, timore, & alijs huiuſmodi in
teruenit paſsio corporalis, vt pa
tet ex duplici ſigno. Primò quia
à duris & manifeſtis contingit
non exacerbari, ſed à paruis. Se
cundò quia nullo terribili immi
nente aliqui timent.

Correl. ¶ Paſsionū rōnes in materia sūt.

Correlaria. ¶ Paſsionū diſſinitiones & ſub-
iectū efficiens finemque ex-
primentes ſunt.

Correl. ¶ Phyſici eſt conſiderare de ani
ma, aut omni, aut huiuſmodi,
ſeu de omni aut de hac.

Differ. ¶ Phyſicus differt in diſſinien-
do à dialectico artifice mathe-
matico & metaph. Declarantur
ſingula à dialectico quidē, quia
hic per formam tantum, ille per
materiam diſſinit, declaratur ex
diſſinitionis diuiſione in forma
lem tantum, materialem tantum
& complectentem vtrūque. Ab
artifice, quia phyſicus circa om-
nes paſsiones eſt corporis phyſi
ci, vt ſic, ille non, à mathematico
quia hic ſecundū abſtractionem
non in quantum talis corporis
paſsiones cōſiderat: à metaphyſi
co, quia hic đ oīno ſeparatis eſt.

¶ Series autem hęc eſt.

ARiſtoteles intēdens de ani
ma ſcientiam tradere pro-
hęmium hoc præmiſit, in quo
principaliter quatuor conditio
nes huius ſcientiæ declarat ſci-
licet dignitatem, vtilitatem, or-
dinem, & neceſsitatem: dignita
tem quidem in prima concluſio
ne, vtilitatem vero in ſecunda,
ordinem autē principalium par
tium in tertia, neceſsitatē in re-
liquo tali ordine. Cū enim duo
tractanda dixerit ſcilicet quod
quid eſt animę, & accidētia eius
propria & cōmunia ſibi & cor-
pori. Primo oſtēdit neceſsitatē
tractandi de quod quid eſt ani-
mę ex eius difficultate maxima
& hoc in quarta concluſione cū
adiunctis dicē quęſtionibus, &
quinta concluſione cum ſuo cor
relario, quam quintam cōcluſio
nem addidit ad aſsignandum ra
tionem, quare quęſtionibus de
ſubſtantia animæ inſeruit quę-
ſtiones de accidentibus, vltimas
enim quęſtiones de extrinſecis
fecerat. Deinde oſtendit neceſ-
ſitatem tractandi de accidenti-
bus animę, mouendo arduā val-
de quęſtionem de paſsionibus
animæ, ex cuius aliquali diſcuſ-
ſione deducit tria correlaria in
quib⁹ ſimul oſtēdit ad quā phi
loſophię partē ſcia de aīa ſpectat
& quaſi incidenter adiungitur
differētia phyſici à dialectico
artifice, mathemat. & metaphy.

Circa primam propoſitionē
litteræ occurrit dubium, quō
omnis notitia ſit de genere bo-
norum honorabilium, cum no
titia practica in hoc diſtingua-
tur à ſpeculatiua, quod illa bo-
num laudabile, quia propter o-
pus, hæc bonum honorabile
eſt; quia propter ſe quęritur.

Super tex. c. 1. Ad hoc breuiter dicitur, quod
omnis ſcientia in quantum ſci-
re facit, eſt honorabilis, ſed in
hoc differt practica à ſpeculati
ua, quod ſpeculatiua in quantū
huiuſmodi eſt propter ſcire tan
tum, & ideo ſimpliciter honora
bilis, practica autē claudit in ſe
duo. ſ. ſcire & operari, ita ꝙ ope
rari eſt naturalis finis ipſius ſci
re, imò & practica ſimpliciter
eſt de numero laudabiliū, ſecun
dum quid autem, in quantū. ſ. fa
cit ſcire, eſt de numero honora
bilium: cuius ſignū eſt quod in
artificialibus & miramur, & ho
noramus ingenioſos, qui ſubtili
ter adinueniunt, aut ſciunt ratio
nes operū reddere. Verificatur
ergo prima propoſitio Ariſtote
les, ꝙ omnis notitia eſt de nume
ro honorabilium, quia omnis in
tellectualis habitus in quātū noſ
ſe facit eſt honorabilis.

Circa probationem primæ cō
cluſionis dubiū occurrit quomo
do ſcientia de aīa excedat alias
in certitudine demōſtrationis.
Aut enim eſt ſermo de certitu-
dine ſecundū ſe, aut quo ad nos.
Si ſecundum ſe, falſum eſt. Tum
quia mathemat. demōſtrationes
ſunt certiores, quia abſtrahunt
à motu & varietate natis dubita
tiones cauſare, à quibus non ab
ſtrahit ſcientia de anima. Tum
quia demonſtrationes libri phy
ſicorum ſunt certiores, quia pau
ciora includunt, vt potè abſtra-
ctiſsimę in philoſophia natura
li. Si quo ad nos, falſum quoq; vi
detur. Tū quia mathematicę de
monſtrationes ſunt etiā nobis
certiſsimę: vt dicitur in. 2. meta
phyſ. textu & cōmento vltimo.
Tum quia inter partes philoſo
phię naturalis iſta ambiguitati-
bus eſt plena, vt experientia te
ſtatur, paucarū nanq; ad modū
quæſtionum certas habemus ſo
lutiones de anima, plures autem
ſunt in phyſicis & in medijs
ſcientijs.

Ad hoc quidā dicūt, ꝙ hic eſt D. Th. opinio
ſermo de certitudine quo ad
nos, & hi bifariā dicunt. Nam di
uus Thom. de hoc nō ſollicitus,
de certitudine nō acquiſita, ſed
ſuppoſita, non demonſtrationis
effectu, ſed principio, ſ. quæſtio
nis an eſt, gloſauit, certiſsimum
eſſe dicēs nobis aīam eſſe. Alij
verò de hac qōne ſolliciti dicūt
propterea ſcientiam de aīa eſſe
certiſsimā quo ad nos, quia ex
ſenſibilibus obiectis, ſcilicet, &
actib⁹ noſtris certiſsimis nobis
ꝓcedit, & aſſerunt propter hoc

hanc ſcientiā etiā mathematica
rū certitudinē quo ad nos exce
dere. ¶ Sed hi falluntur dupli-
citer. Primo quia certitudo quo
ad nos demōſtrationis, non attē
ditur penes certitudinē quo ad
nos rerū, ex quib⁹ ꝓceditur, nec
penes certiorē applicationē ei⁹:
à quo proceditur ad id, ad quod
proceditur, ſeu medij ad cōclu-
ſionē, quātumcunq;. n. actus vi-
dēdi ſit mihi certus, & cōnexio
eius, & qualitas connexionis ad
id, qđ de poteñ. viſiua, vel orga-
no ſcire volum⁹ ſit incertior, nō
pōt dici ꝙ demonſtratio ſit cer-
tior, modo aūt nō experimur in
nobis certitudinē talium cōne-
xionū eſſe, aut facillimā: imò ta
les colligationes ſunt nobis val
de ambiguę. Secūdo quia dū di
citur in 2. meta. ꝙ mathematicę
ſunt in primo gradu certitudi-
nis, & naturales ſequūtur eas, de
bēt intelligere hoc de certitudi
ne etiā quo ad nos, aliter mathe
maticę nō eſſet in primo gradu.
Nec pōt dici ꝙ naturalis eſt cer
tior quo ad nos tantū, quia hoc
non poteſt niſi hoc modo ſalua
ri. ſ. ꝙ certitudo quo ad nos na-
turalis excedit certitudinē quo
ad nos mathematicā. Sed vt ex
dictis iā patere pōt, hoc falsū eſt.
Tū quia applicatio medij ad cō
cluſionē certior nobis eſt in ma
thematicis, quā in naturalibus.
Tum quia vt patet. 1. poſter. ca.
12. ſcientia ſimul dicens, quia &
propter quid abſolute eſt cer-
tior dicente quia tantū, aut pro
pter quid tantum, ſed mathe-
maticæ dicunt quia & propter
quid ſimul ſciētia de anima, nō
ergo abſolute loquendo propoſi
tio dicēs ſcientiā de aīa excede
re illas in certitudine, eſt falſa.

Albert. autē magnus Themiſt. Opin. Alber. & Themiſt.
ſequens vult ꝙ hic ſit ſermo de
certitudine ſecundum ſe, & pro
tāto ſciētia de aīa excellit alias
excepta diuina, quia hic agitur
de lumine intellectus agentis ſe
cundū ſe certiſsimo: vtpote exa
mine oīs certitudinis. Etſi cōtra
hoc arguatur ꝙ eadē rōne dici
debuiſſet certior quā ſciētia di
uina, quia etiā lumine agētis in-
tellectus examinatur oīs meta-
phyſicalis certitudo, diceretur
ꝙ metaphyſica ideo excipitur,
quia tractat de certiori omniū
examine claro. ſ. lumine oīum
intelligētiarū, ꝙ eſt oīs entitatis
& veritatis menſura: vt dicitur in
2. metaph. tex. 4. ¶ Mihi diſtin Opin. ꝓpria.
guendū videtur, quia aut loqui
mur de hac ꝓpoſitione, vt eſt ab
Ariſt. dicta, aūt vt expoſita eſt
ab Auerr. & Alberto. Primo. n.
modo indefinitè ꝓpoſita eſt cō
paratio, neq;. n. in textu cōpara
tur ſcientia de aīa oībus ſciētijs,
neque determinate aliquibus,
ſed tantū dicitur ꝙ in primis po
nenda eſt propter certitudinē.
Vnde cū cōparatio ſimpliciter
ꝓlata nō intelligatur reſpectu
rerū alteri⁹ gñeris: vt ex. 7. phy.
tex. 21. & cōſequētib⁹ habetur,





ſat eſt ſaluare, ꝙ ſcientia de aīa
eſt certior cæteris partib⁹ philo
ſophię nālis. ¶ Ad cuius euiden
tiā cōſiderādu eſt, ꝙ vt in. 1. po-
ſter. c. 22. dicitur, tripliciter vna
ſciētia dicitur altera certior, aut
quia dicit, quia & ꝑꝑ quid, aut
quia eſt de his, q̄ ex pauciorib⁹
cōſtant, aut quia eſt de forma. Si
igitur ſciētia de aīa eſt alijs cer
tior, alterū triū modorū oportet
eſſe. Iudicio aūt meo tertio mo
do eſt certior cæteris ſcientijs
phyſicis, quia eſt de formaliſsi-
ma re cōſiderata in philoſophia
nāli, & cæterarū ſcientiarū natu
raliū ſubiecta materialiter ſe ha
bēt reſpectu aīæ, vt enim patet
in. 2. phyſ. tex. 26. terminus phy
ſicæ cōſiderationis eſt ad formā
partim ſeparatā, & partim cōiun
ctā, quę eſt aīa humana oīum na
turarū excellentiſsima. Eſt etiā
aīa in cōmuni formale reſpectu
cæterorū, vt patet diſcurrendo.

Ad obiectionē aūt de đmōſtra
tionib⁹ traditis in lib. phyſi. dici
tur, ꝙ ſcientia de aīa, & li. phy. ſe
habēt quodāmodo ſicut excedē
tia & exceſſa quo ad certitudi-
nē ſecundū ſe, quia aīaſticę ſunt
certiores iuxta illum modū quo
ſciētia de forma eſt certior ſcie
tia de materia: phyſicę vero ſūt
certiores iuxta illum modū, quo
certitudo attenditur penes pau
ciorū incluſionē, quāuis etiā hoc
nō oīno ſit verū, quia aīa eſt ſim
plici⁹ quid, quā ens mobile ſiue
corpus mobile: principia. n. tam
entis mobilis, quā corporis mo-
bilis ſunt materia forma, & pri-
uatio: aīa aūt nō eſt cōpoſita ex
mā & forma, quia ergo ē certior
iuxta vnū modū, & in illo modo
quo videtur excedi: habet etiā
ſuā excellētiā: ideo ſimpliciter
dicta eſt hic certior loquēdo de
certitudine ſecūdū ſe. Nec incō
ueniēs videtur cōcedere ꝙ ſit ēt
eiſdē certior quo ad nos, quia &
ſi in oībus philoſophię nālis par
tib⁹ multæ relinquātur ambigui
tates, & difficile admodū foret
enumerare vbi plures hmōi ſint
Attamē quia certitudo aīaſtici
diſcurſus ſuꝑ noſtra intrinſeca
experiētia fundatur, cæteri ſuꝑ
extrinſeca: ideò certior dicitur.

Si autē ſecūdo modo ꝓpoſitio
hæc intelligatur, tunc maior im
minet difficultas, quia expreſſe
iſti volūt ꝙ cōparatio fiat reſpē
ctu oīum ſciarū excepta diuina:
ex hoc. n. ꝙ diuina excipitur:
manifeſtè patet, ꝙ de certitudi-
ne ſecūdū ſe loquūtur: alioquin
excipere illā nō debuiſſet. Dif
ficile aūt admodū vidētur ſalua
re ꝙ ſcīa de aīa ſit mathematica
certior. Tū propter obiectiones
adductas. Tū quia tota latitudo
nālium includit in ſe mām ſenſi
bilē, & tota latitudo mathemat.
abſtrahit à materia ſenſibili vt
formale à māli, & cōſequēter ma
thematicū gen⁹ certius oīno ſe
cūdū ſe eſt quā qđcūq; phyſicū.

Propter reuerētiā tamē tanto
rū virorū & phyſicorū dici pōt,

vt Albert. ipſe expreſsit, quod ſcientia de anima certior, ſecundũ ſe eſt ratione luminis intellectualis, de quo tractat, & quũ lumen intellectus ſe habeat vt formale reſpectu omniũ mathematicorũ, & naturaliũ entiũ: conſequens eſt ꝙ certitudo illa reducitur ad illũ modũ certitudinis, quo forma eſt certior materia. Itaq; quia aĩa intellectiua eſt certior ſecũdũ ſe quocunq; ente excepto diuino: imò ſciẽtia de aĩa dicta eſt certior cæteris ſciẽtijs excepta diuina. ¶ Ad obiectiões aũt in opoſitũ dicẽdũ eſt, ꝙ aliud eſt abſolute loqui de naturalibus, & aliud de tali principio naturaliũ: puta aĩa intellectiua, quũ.n. naturalia omnia quãta ſint & materialibus qualitatib. ſubiecta, & mathematica à talibus ſenſibilibus abſtrahant, conſequens eſt ꝙ mathematica certiora ſecundũ ſe dicantur, cum autẽ aĩa intellectiua immaterialis ſit, & nõ quãta & nec qualis, vt dicitur .3. de anima, tex. 6. & ſit principium naturaliũ quorũdam, conſequens eſt ꝙ aliquod principium naturalium nõ comparetur ad mathematica, vt materiale ad formale: imò eſt abſtractior illis, quia immaterialitas ſua eſt in eſſe naturali; illorũ vero immaterialitas eſt in eſſe cognito. ¶ Nec obſtat ſi anima intellectiua non ſit totaliter de conſideratione naturalis philoſophi, quoniam etiam vt intellectiua eſt, ex fantaſmatibus immaterialis cõſideratur & abſtracta ſecundũ eſſe, pro quanto intellectus nullius corporis eſt actus, vt infra dicetur.

Si quis tamẽ vult ſequi dicentes, quod iſte ſermo debet accipi coniunctim, fortè liber erit ab his anguſtijs, dicet enim ꝙ propter vtraq; hæc ſimul ſumpta. ſ. certitudinem & nobilitatem, & non propter alterũ eorũ ſigillatim ſcientia de anima excedit mathematicas, quæ carent nobilitate, & ſi excedant in certitudine, & ſic de alijs.

Circa eandem probationẽ dubium eſt qũo ſcientia de aĩa excedit alias nobilitate ſubiecti excepta diuina. Tũ quia ſciẽtia de corporib. animatis nobilior eſt, queẽadmodum corpus animatum eſt nobilius aĩa, & vniuerſaliter totum ſua parte. Tum quia illa pars philoſophiæ, in qua inueſtigatur primus motor eſt nobilior iſta. Nõ congruè videtur etiã excepta metaphyſica, quia aĩa, intellectiua preſertim, nobilior eſt quã ens, quod eſt ſubiectum metaphyſicę.

Ad hoc breuiter dicitur: quod cum ſubſtantia nobilior ſit omnibus accidentibus, & ſubſtãtia diuidatur in materiam formam & cõpoſitũ ſecundo huius tex. 2. & forma ſit nobilior vtriſque vt poſt. 7. metaphyſicę tex. 7. & omnibus formis naturalibus nobilior ſit anima, vt ex multiplicitate operationum eius apparet, conſequens eſt quod omniũ entium infra intelligentias nobiliſsimum ſit anima.

Ad primam autẽ obiectionem in oppoſitum dicitur, quod quia comparatio ſupponit diſtinctionem extremorũ, non eſt comparanda anima corpori animato: vt includit animam & aliquid vltra, quia nec ſic ab alia ſcientia conſideratur, quoniam oporteret iterare dicta de anima, ſed cõparanda eſt corpori animato, vt diſtinguitur contra animam, ſicut & conſideratur in libris cõſequentibus de anima. Hoc aũt modo conſtat animã eſſe magis nobilem, ſicut vniuerſaliter forma hoc modo eſt nobilior compoſito.

Nec te decipiat, quod prima facie non videtur poſsibile abſtrahere cõpoſitũ à forma: hoc enim ſecuudũ rem quidẽ impoſſibile eſt, ſed ſecundũ intellectũ difficile nõ eſt: poſſumus enim ſeorſum conſiderare formæ conditiones, & ſeorſum quæ in compoſito ex compoſitionis parte redundant, vt patet conferenti conſiderata in his libris de anima cum his, quæ traduntur in libris de vegetabilibus, & de animalibus.

Ad ſecundam verò obiectionem de primo motore dicitur à quibuſdã, & benè, quod quamuis ſubſtãtia primi motoris ſit nobilior anima ſub ratione tamẽ motoris nõ eſt nobilior quã anima, quia viuificare nobilius eſt quam mouere.



Sed contra hoc eſt, primo quia motus ille eſt vitalis, vt poſt in 8. phyſi. tex. primo, & conſequẽter loqui de primo motore vt ſic, eſt loqui de primo viuificatore & nobiliori modo quam anima, quia ille viuificat effectiuê anima formaliter. Cauſalitas. n. effectiua nobilior eſt quã formalis, quia hęc impfectionẽ neceſſario ponit in eo cui⁹ eſt, illa vero nõ. Secũdo quia immaterialitas primi motoris & infinitas in tenſiua virtutis motiuę ſecundũ multæ, quæ ibi conſiderantur, nobiliores conditiones ſonant quam animare & ſimilia.

Ad primũ dicitur, quod quidquid ſit de vita orbis, motus ille in quantum vitalis non pertinet ad phyſicum, ſed ad librũ de anima. In. 8. autem phyſicorum ſolum conſideratur vt motus ducens in motorem æternum & impartibilem.

Ad ſecundum dicitur, quod ratio quare anima ſit nobilior primo motore nõ eſt præciſè, quia viuificare nobilius eſt quã mouere. Sed quia conditiones tractatę de anima ſunt nobiliores formaliter quam tractatę ibidẽ de primo motore, eſſe enim intellectiuum, & quid ſit intelligere, de quibus hic eſt ſermo nobilius quid important quam eſſe impartibile, de quo & hic & ibi

tractatur. Infinitas autem intenſiua cum modum rei importet non poteſt maiorem nobilitatē ponere, quam latitudo illius, cuius eſt comprehendat, verbi gratia: infinitas intenſiua in albedine non poteſt nobilius quid dicere. quã albedinis latitudo ambiat. Non enim albedo infinita intēſiuè eſſet perfectius ens quã homo, & ſic de alijs, quum ergo virtus motiua ſecundum ſuam rationem formalem ſit ignobilius quid virtute viuificatiua & intellectiua, quãtumcunque ponatur virtus motiua infinita, nũquam ęgredietur limites virtutis motiuę, ac per hoc non ſequitur quod ſit nobilius quidquam virtute intellectiua, de qua hic tractatur.

Ad tertiam verò obiectionem de exceptione metaphyſicę dicitur, quod neceſſario excepta eſt metaphyſica. Tum quia ſubſtãtia principale, ſcilicet genus ſubſtantiarũ ſeparatarũ eſt longe nobilius anima. Tum quia ſi perfectiones omnes formaliter & pręciſe conſiderentur ſcilicet eſſe viuere intelligere, &c. Vt S. Tho. in prima parte. q. 4. art. 1. & ſecũdo docuit, eſſe eſt perfectiſsima omnium, & comparatur ad omnes, vt actus ad potentiam. Vnde cum ſcientia de anima ſit de viuere & intelligere, & metaphyſica ſit formaliter de eſſe ſequitur quod metaph. ſit nobilior. Vnde Nicolaus peripatheticus. vt dicitur in. 12. met. cõ. 44. dixit, ꝙ ſciẽtia primi Dei eſt de eſſe, ꝙ reſpicit, 1. philoſophia. ¶ Circa dicta Cõmentatoris in. 2. cõmen. ſupra. 2. concluſionē dubium occurrit, quia nõ videtur verũ, quod hæc ſcientia adiuuet alias ex hoc ꝙ facit acquirere cognitionem cauſarum primarum propõnum. Tũ quia prima principia non habẽt cauſas alioquin eſſent demonſtrabilia, quia vt dicitur in. 2. poſterior. eorum eſt demoſtratio, quorum eſt altera cauſa. Tum quia animaſticus non eſt certior de primis principijs cęteris, ſcilicet aut ſunt ęqualiter certa, aut metaphyſicus, cuius eſt defendere illa, & cui eorum termini ſunt proprij, quia vniuerſaliſsimi, omnibus certior eſt.

Tex. 2

Cap. 1.

Ad hoc dicunt quidam, quod prima principia dupliciter conſiderari poſſunt. Primo modo ſecundum ſua ſignificata, & ſic ſunt indemõſtrabilia, nec habẽt cauſas, quia nulla eſt extrinſeca ratio inhęſionis ꝑdicati ad ſubiectum, ſ. ex propriorũ terminorum ſignificatis firmãtur. Et hoc modo non accepit ea hic Auerrois. Alio modo ſecundũ quod ſunt quædam entia in anima, ſiue ſpecies intelligibiles, ſiue cõceptus, ſiue actus intelligendi, ſiue quodcunq; aliud in anima ponãt, & ſic cauſãtur ab intellectu agẽte & fantaſmatibus. Et quia hęc declarantur hic: ideo dixit Auerr.



Auerr. ꝙ hic acquiritur cognitio cauſarũ primarũ propõnũ.

Sed hæc reſpõſio Auerrois mẽtem nõ percipit. Tum quia pari ratione poterat dicere, quod ſciẽtia de anima iuuat alias, quia declarat cauſas oĩum propoſitionum & non ſolum primarũ, imò omnium etiam quidditatũ. Illa enim diſtinctio nõ ſolum habet locũ in primis propõnibus, ſed in oĩbus cõplexis & incõplexis intellectis, vt patet 3. de aĩa, cõ. 5. & in libro de anima traditur, quod intellectus agens & fantaſmata &c. ſunt cauſę omnium hominũ ſciẽtiarũ quæ in aĩa ſunt, &c. Tũ quia verba ſubiuncta ab Auerr. ad ꝓpoſitũ non eſſent ſcilicet & cognitio alicuius per cauſam eſt firmior cognitione ſui eſſe tãtũ: hæc. n. verba ſupponunt id, cuiꝰ cauſa hic declarãdo cõfirmatur ſecũdũ eſſe notũ eſſe oĩbus ſciẽtijs. Cõſtat aũt ꝙ mathematicus vt ſic nec eſſe, nec cauſam nouit entium in anima quãuis ille hõ qui eſt mathematicus experiatur in ſe aliqua repręſentari, in nulla enim parte mathematicę ſupponuntur, aut tractantur iſta vt patet. ¶ Dictũ eſt ergo, quod quia Auerr. loquitur de principijs primis vt oĩbus ſciẽtijs ſunt cõmunia, & cõmunia ſunt ſecundũ ſua ſignificata, ſecundũ quæ virtualiter ingrediuntur oẽs demõſtrationes, & in oĩbus ſciẽtijs ſupponũtur: Cõſequẽs eſt quod de principijs ſecũdũ ſua ſignificata dictum ſit ꝙ habeat cauſas quarum notitia hic acquiritur.

Ad cuius euidentiã ſciendum eſt, quod primę propõnes ſecundũ ſua ſignificata dupliciter ſumi poſſunt: primo modo in ſe ipſis, & ſic ſunt indemonſtrabilia & caret cauſis. Alio modo in ſuo aſſenſu, & ſic habent cauſas notificatas in ſciẽtia de aĩa. Cauſa enim quod aſſentiatur primis principijs eſt efficacia luminis intellectus agentis: in hoc enim differunt primę propoſitiones à poſterioribus, quod poſteriores ad aſsẽtiẽdũ ſibi nos nõ cogunt, niſi medio termino adiuncto lumine intellectuali fulgẽte: primę autẽ ſolo intellectus lumine nos cõnincunt, Patet autẽ fuiſſe mentẽ Auer. Tũ quia ſic cõſtat aliquid dixiſſe ſingulare de primis principijs. Tũ quia ſic optimè ſaluatur differentia appoſita in cõm. inter animaſticũ & alios. In hoc enim cæterę ſciẽtiæ primarum propoſitionum eſſe tantum cognoſcunt, quia illis aſſentiunt, illas ſupponunt, & ſuper illas omnẽ ſuarum propoſitionũ firmitatem fundant: hæc autem non ſolum accipiẽdo ſic eſſe illis aſſentit, ſed etiam cognoſcit & declarat cauſam, propter quã ab oĩbus acceptantur. Et ex hoc ſequitur alia differẽtia illata ꝙ cognitio principiorum ſit firmior in hac ſcientia quã in alijs, cauſa enim aſſenſus notificata aſſentiẽti firmiorẽ ipſum reddit

quã

quam occulta. Quāuis metaphy
ſicus quandam excelentiā circa
cognitionem principiorum ob-
tineat,ſed quia eſt alterius ordi
nis, quia ex parte terminorum
ſe tenet: vt poſt in. 4. metaphy
ſicæ propoſito non obſtat.

Circa calcem commenti ſexti
vbi dicitur quod actus & poten
tia ſunt valde oppoſita, nota ꝙ
non intelligitur de oppoſitione
relatiua,vt quidam intelligunt.
Tum quia illa non eſt ad propo
ſitum. Tum quia inter oppoſita
relatiuè non datur maior oppo
ſitio,aut ſi datur, conſtat ꝙ ma-
gis oppoſita erunt relactiua re-
ciproca quā non reciproca,qua
lia actus & potentia ſunt apud
Ariſto.9. metaphyſicę.tex. cō.
13.vbi expreſſæ vult quod potē
tia diffiniatur per actum,ſed nō
èconuerſo. Intelligenda eſt er-
go de oppoſitione priuatiua,op
poſitio ſiquidem priuatiua, cum
attendatur ſecundum perfectū
& imperfectum radix eſt cōtra
rietatis inuentę in quolibet ge-
nere,vt patet. 10. metaphyſicæ,
tex. com. 15. quia duarum ſpecie
rum & differentiarum altera ſe
habet vt perfecta, altera vt im-
perfecta: vt patet de albo & ni-
gro & alijs. Radix autem omnis
perfectionis actus eſt,radix ve-
rò imperfectionis eſt potentia,
quia quicquid mali,aut imperfe
ctionis alicui contingit,non niſi
propter potentiam,quę eſt in eo
euenire patet, ſecundū id enim
quod actu quis habet,detrimen
tum nullum patitur in quantum
huiuſmodi: ſed accidit vel pri-
uari re habita vel nō habere ha-
bendam propter naturam potē
tię. Vnde omnia entia,quia ha-
bent aliquid perfectionis & ali
quid imperfectionis. dicuntur
compoſita ex actu & potentia,
excepto Deo glorioſo,qui ſolus
eſt actus à potentia omnino li-
ber. Valde ergo opponuntur a-
ctus & potētia oppoſitione pri
uatiua, quia opponuntur vt ra-
dices perfectionis & imperfe-
ctionis, imò vt radices habitus
& priuationis. ſ. eſſe & non eſſe
poſsibilis alicui, quantum enim
res habet de actu, tātū habet de
eſſe, & quantum habet de potē
tia,tantum de non eſſe,vt patet.

Circa dicta Auerroys in com
men. 8. nota duo. primo ꝙ Auer
roys contra Platonem dicentē
quod ſcientia noſtra erat de re
bus vniuerſalibus. i. vniuerſali-
ter exiſtētibus,quales erāt ideę,
& nō de rebus ſenſibilibus,quæ
particulariter exiſtunt quales
ſunt omnes materiales, dixit ꝙ
ſcientia & diffinitio eſt particu
lariū. i. rerū particulariter exi-
ſtentium, quoniam cum tradi-
tur ſcientia de homine,non do-
cemus niſi naturam humanā ha
bentē eſſe in particularibus ho-
minibus, & ſic de alijs. Et quia
de particularibus non eſt ſcien
tia,debes dicere, quod ſcientia
eſt de rebus particularibus, id
eſt



eſt particulariter exiſtentibus,
vniuerſaliter autem obiectis &
cōceptis:ita ꝙ res ſcitę ſunt par
ticulares in eſſendo: vniuerſa-
les autem in concipiendo ſeu
repræſentando paſsiuę:quia vni
uerſaliter repræſentantur intel
lectui. Secundo ꝙ cum dicitur,
quod intellectus facit vniuerſa-
litatem in rebus, hoc non intel
ligitur de actione aliqua intel-
lectus,quę ſic ad res termineтur,
quod eis auferat aliquid: puta
conditiones indiuiduales, aut
quod in eis ponat aliquā formā,
quæ ſit vniuerſalitas, ſed de a-
ctione intellectus, qua produci
tur non in rebus, ſed in intelle-
ctu ſpecies intelligibilis ſeu in
tellectio,qua res extra repſenta
tur, & obijcitur ſeu attingitur
abſque cōditionibus indiuidua
libus. Repreſentatur. n. & intel-
ligitur lapis,nō lapis hic:ex hoc
enim denominatur res extra de
nominatione extrinſeca à ſpe-
cie intelligibili vel cōceptione
intellectus,ſicut color denomi-
natione extrinſeca dicitur vi-
ſus ab actu videndi, qui eſt in
vidente ipſum: facit igitur in-
tellectus vniuerſalitatem in re-
bus, quia cauſat ſpeciem & con
ceptionem intelligibilē in ani-
ma, ad quam conſequitur in re-
bus denominatio vniuerſalita-
tis. Entibus quippe rationis nō
debetur fieri,aut cauſari ꝓpriè,
ſed ex hoc fiunt,quia cōſequun
tur actiones animæ.

Circa ſextam quæſtionē dubi Tex. 8
tatiuncula quędā occurrit:quia
videtur coincidere cum præce
dentibus. ¶ Ex quo enim quæ-
ſitum erat,vtrū animæ differant Dubiū
ſpecie & genere,inquiſitum ſa-
tis videtur,an anima ſit diffini-
bilis vt genus an non? quod in
ſexta quæſtione quæritur.

Ad hoc breuiter dicitur, quic
quid ſit de diuerſa introductio
ne huius quæſtionis apud diuer
ſos,quod planiſsima & valde cō
ſona eſt expoſitio dicens, quod
ideo hæc quæſtio fuit neceſſa-
ria, quia deciſis oībus quęſtioni
bus prioribus:puta quod animæ
differunt ſpecie & genere,aliud
reſtabat ambiguū: videlicet an
iſta differentia generica eſſet
tantā, ꝙ nō pateretur animas in
aliquo vno diffinibili conueni-
re, & conſequenter ſingularum
oporteat ſingulas diffinitiones
dare,quemadmodum contingit
in ſpeciebus ſecundum ſe conſi
deratis,an poſsint in aliquo vno
vniuoco diffinibili adunari,quē
admodum animal cōmune eſt
ſuis ſpeciebus. Formidandum
autē dixit hîc eſſe Ariſtoteles,
quia ex hac quæſtione pendet:
an anima in communi ſit æqui-
uocum:analogum, aut vniuocū:
reliquam autē quæſtionē, an. ſ.
animæ ratio vna ſit,vt vniuerſa
le ſeparatum apud platonicos,
neceſſariam nō eſſe ſubiunxit,
quia animal vniuerſale, aut ni-
hil eſt ſecundum eſſe in rerum
natu-

natura, aut eſt poſterius ſecundum ſcilicet eſſe in intellectu.

Text. 12. Nota. Circa queſtionem de paſſionibus nota, quod vbi, tráslatio noſtra dicit, vtrum omnes ſint cõmunes, & habẽtis translatio arabica habet vtrum oẽs ſint cões, & ſint cũ hoc ei, in quo ſunt. Et propterea Auerrois in cõmen. 12. voluit, quod Ariſtot. proponeret in his verbis duas queſtiones, alteram de cõmunicatione corporis vt organi per illa verba, vtrum oẽs ſint cõmunes, alteram de cõmunicatiõe corporis, ſeu corporei alicuiꝰ obiecti per illa verba, & ſint cũ hoc ei, in quo ſunt, loco quorum translatio noſtra habẽt & habentis. Diſtinctio autem inter has queſtiones patet in cõment. & principuè, in. 13. & modo clariſsimè manifeſtabitur.

## ¶ V. Ariſt. rectè procedat in ſua cõditionali. Queſt. 4.

Circa primã conditionalẽ poſitam in queſtione de paſsionibus ſcilicet. Si intelligere eſt fantaſia, aut non ſine fantaſia nõ erit hoc ſine corpore, dubiũ occurrit, quia ex illa ſecundum doctrinam Ariſtotelis neceſſario videtur ſequi animam intellectiuã nõ eſſe ſeparabilẽ à corpore, quia cõiungendo huic cõditionali propõnem traditã in 3. huius tex. 30. &. 39. ſcilicet ꝙ ſine fantaſmatę nihil intelligit anima: formabitur ſyllogiſmus hypotheticus à poſitione antecedẽtis hoc pacto. Si intelligere eſt fantaſia, aut nõ ſine fantaſia, non videtur hoc ſine corpore, ſcilicet intelligere eſt non ſine fantaſia, ergo non erit hoc ſine corpore, quod erat intentum.

Vide Themiſt. in pri. cap. 8. Circa proceſſum Ariſtotelis occurrit dubium à Themi. & ab Auerrois in cõmento. 13. motũ quia Ariſtoteles videtur erraſſe procedẽdo à deſtructione ãtis ad deſtructionem cõſequentis; cum enim dixit, ſi anima habet operationem propriam contingit ipſam ſeparari, ſubdit deſtructionem ãtis dicens: ſi non habet operationem propriam non contingit ipſam ſeparari, rectus autem ordo exigit, quod èconuerſo à deſtructione conſequentis ad deſtructionẽ ãtis procedatur. ¶Reſpõdent ad hoc Themiſtius & Auerrois, quod duplex eſt genus conditionalium propoſitionum, quædam ſunt in quibus ad antecedens neceſſario ſequitur conſequens, & in iſtis verificatur quod procedi licet ab oppoſito cõſequẽtis, quędam vero ſunt in quibus conſequens nõ neceſſario ſequitur ad antecedens, ſed contingẽter, & in illis arguendum eſt à deſtructione antecedentis. Talis autẽ eſt cõditionalis. Ariſtotelis vnde dixit, quod ſi anima habet operationem propriam contingit ipſam ſeparari, & non dixit neceſſe eſt ipſam ſeparari. ¶Sed

hæc



hæc reſpõſio difficultatẽ magnã patitur quo ad duo. Primò quo ad diſtinctionem conditionalium, quia cũ omnis cõditionalis vera ſit neceſſaria, oportet, quod in omni conditionali vera ad antecedens neceſſario ſequatur conſequens, & ſi non, cõditionalis illa non eſt vera, probatur que hoc contra proteruos ex ipſa ſignificatiõe cõditionalis. Conditionalis ſiquidem in quantũ conditionalis ſignificat quod ſi antecedens eſt cõſequẽs eſt illi cõnexum: verbi gratia, ſi ſortes eſt homo, eſt albus, ſignificat ꝙ ad ſortem eſſe hominem ſequitur ſortem eſſe album ſed ſi contingit hominem non eſſe album, planum eſt quod ad ſortẽ eſſe hominẽ nõ concomitatur ſortem eſſe album. Conditionalis igitur ſignificat non inherentiam albi ad hominem, ſed ſequelam albi ex eſſe hominis, & nõ erit adęquata rei, quia in re non eſt connexio, erit ergo falſa. Secũdo quo ad illud dictum quod in cõditionali cõtingente debet argui à deſtructione antecedentis hoc enim patet eſſe manifeſte falſum: vt patet in multis, ſi. A. eſt homo poteſt eſſe albus, ergo ſi non eſt homo, non poteſt eſſe albus, & ſimiliter, ſi currit, cõtigit ipſum loqui, ergo ſi non currit non cõtingit ipſum loqui.

Ad has obiectiones nõ oportet reſpondere quaſi verum non concludant, ſed potius pro reuerentia talium philoſophorum interpretari dicta eorum & ad veritatem trahere, quanuis forte ipſi eam non viderint. Vnde ad primam cõceſſo quod omnis conditionalis vera eſt neceſſaria, ſaluari poteſt diſtinctio poſita, exponenda per conſequens non propoſitionem cõſequentem, ſed rem conſequentem, verbi gratia, ſi eſt animal, poteſt eſſe homo, propoſitio cõſequẽs eſt, ly poteſt eſſe homo, hoc autem neceſſario connexũ eſt animali in quantum animal, eo tamen connexionis genere, quo poſsibile logicũ cõnexum eſt rebus, vt motui poſſe velocitari in infinitũ: hæc enim cathegorica, animal eſt homo, eſt contingens. Diſtinctè ergo intelligantur cõditionales in eas, quarum ad rem antecedentem res cõſequens neceſſario ſequitur, vt ſi currit, mouetur, & in eas, in quibus res cõſequens nõ neceſſario ſequitur rem antecedentem, ſed contingenter: vt ſi currit, poteſt bene currere, vel ſub alijs verbis in eas, quarũ antecẽdens & cõſequẽs eſt de in eſſe, & in eas, quarũ antecedẽs eſt de in eſſe, & cõſequẽs de poſsibili, vel contingenti, vt diſtinguitur contra neceſſarium.

Ad ſecũdã dicitur, ꝙ vt ex ratione, quã aſsignat Themiſtius, poteſt concipi dicendũ ꝙ illud verificatur in cõditionali, cuius

res

res in antecedente poſita eſt ſecundum naturam antecedēs, ad accidens in cōſequēte poſitum, talis autē non eſt aliqua res ſpecialior, ſed oportet quod ſit cōmunior: ſic.n. erit prius ſecundū naturam, à qua non conuertitur in eſſendo conſequentia. Vnde [Themiſt.] Themiſt. dicit, quod in huiuſmodi conditionalibus contingentibus antecedens ſe habet vt totum, & conſequens vt pars. Non intendit ergo de omni cōditionali contingenti, ſed de tali. ſ. oportet igitur vtrunque dictum materialiter exponere. Et ideo ſunt reprehenſione digni, quia logicam quæſtionem mouentes & tractantes reſpondent terminis logicalibus, & tamen ſermo eorum formaliter intellectus falſus eſt, quamuis etiā materialiter intellectus vt expoſuimus non careat quæſtione, quomodo. ſ. in propoſito conditionalis Ariſto. in antecedente aſſumat totum, & in cōſequente partem.

[Opin. AEgi.] AEgidius ergo aliter ſentit & melius, quod in terminis cōuertibilibus licitum eſt arguere à deſtructione cōſequētis, & à deſtructione antecedentis, & quia conditionales Ariſtotelis conſtant ex terminis conuertibilibus: ideo nullus eſt defectus.

[Opin. ſingularis.] Mihi autem occurrit dicēdū, quod Ariſtoteles quamuis dixerit propoſitiones duas conditionales, ex quibus poſſit formari ſyllogiſmus à deſtructione antecedentis: non tamen formauit, nec formare intēdebat hic, quia non erat propoſitū ſuū deſtruere antecedens, & cōcludere oppoſitum cōſequentis, ſed tātum fundamenta ponere: vnde ſeparabilitas, aut inſeparabilitas animæ inferri poſſet. Fecit aut hoc vtendo doctrina tradita in primo poſter. cap. 13. ſ. ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis: negatio erit cauſa negationis. Huius ſiquidem regulæ vſus propoſito maximè conuenit, quia vt communiter & bene dicitur, non tenet niſi in cauſis proprijs & præciſis, ſiue in eſſendo, ſiue in cógnoſcendo. Ponēs ergo Ariſto. illas conditionales non ſyllogiſmum deſtructiuum cōſtauit, ſed oſtēdit quòd animam habere propriam operationē eſt proprium mediū reſpectu ſeparabilitatis, dicēdo quod habere propriam operationē infert ſeparabilitatem, & non habere ꝓpriā operationem infert non ſeparabilitatem, & hæc expoſitio reſpondet plano ſenſui litteræ, & ideo optima eſt, &c.

[Text. 13.] Circa ſecundam, & tertiam cōditionalem in eadem quæſtione poſitas dubium arduum occurrit, quomodo intelligi debent illi termini proprium & commune: an. ſ. accipiatur ꝓprium animæ, vt diſtinguitur contra commune ſibi & corpori organicè, an vt diſtinguitur contra cōmune ſibi & corpori obiectiuè: an vt diſtinguitur contra commune ſibi & corpori partialiter. His enim tribus modis opinatum eſt operationē aliquam poſſe eſſe cōmunē, aut propriā. Dicitur autē operatio cōmunis animæ & corpori organicè, quę elicitur ab aliqua parte corporis informata poteſtatiua parte ipſius animæ, ſicut viſio elicitur ab oculo. Cōmunis autē corpori obiectiuè dicitur operatio illa, cuius principium quidē elicitiuum eſt ſola anima, ſed exerceri non poteſt abſq; corporeo aliquo obiecto, vt de intellectione noſtra creditur. Cōmunis autē corpori partialiter diceretur operatio illa, quæ produceretur à toto cōpoſito primo: itaq; anima nō eſſet ratio operandi tali operationem alicui parti, vt cōtingit in primo modo, nec ipſa ſola operatione eliceret, vt contingit in ſecundo, ſed eſſet ratio operandi toti cōpoſito primo. Et per oppoſitum propriū animæ tripliciter dicitur, aut per excluſionē corporis organi, aut per excluſionē corporis vt obiecti, aut per excluſionē corporis, vt partis primo operantis, & eliciētis opus. ¶ Si enim primo modo accipiantur proprium & cōe, ſeu non propriū: vt S. Tho. exponit: ſecunda conditionalis inquit Scotus in. 4. ſentēt. diſt. 43. q. 2. non eſt neceſſaria, & cōſequēter nec vera, quia ſtat corpus concurrere ad illā operationem tertio modo. Stat enim ꝙ anima excludat quacunq; partem corporis à communione alicuius operationis, & tamen ſit ratio operandi toti cōpoſito primo, & ſic operatio non exercebitur per organum, quia organū conſtat eſſe partem corporis organici, & tamen erit communis animæ & corpori tertio modo, & cōſequenter nō poteſt ex excluſione organi inferri ſeparabilitas animæ, quā tamen infert cōditionalis ſecunda primo modo expoſita. ¶ Præterea ſequitur etiā ex hoc ſenſu, ꝙ prima conditionalis ſit falſa, quoniā in prima conditionali Ariſtoteles dixit animam non eſſe ſeparabilem, tam ſi intelligere eſt phantaſia. i. fit per organum corporeū, quam ſi intelligere eſt non ſine phantaſia. i. neceſſario cum obiecto corporeo. Ex hoc enim manifeſte patet, ꝙ ex excluſione organi tantum non poteſt inferri ſeparabilatas animæ, & cōſequenter aut ſecunda conditionalis in hoc ſenſu intellecta eſt falſa, aut prima non eſt vera pro ſecunda parte. ¶ Si vero ſecundo modo accipiantur proprium & commune, tunc nulla via ex ſenſibilibus reſtat ad conclūdēdum intellectum ſeparatū, quoniam nullam operationem experimur in nobis eſſe hoc modo animæ propriam, cum oporteat intelligētem ſemper phan-

tаimata ſpeculari. ¶ Et vlterius
ſequitur ex hoc ſenſu, quod da
to ꝙ anima ſola eſſet proprium
& proximum principium elici
tiuum & receptiuum intelle-
ctionis, adhuc non poſſet con-
cludi ipſam fore ſeparabilē, quia
iuxta talem ſenſum, tertia con-
ditionalis obſiſteret. Hoc autē
eſſet incōueniens, & cōmuniter
creditur, & ratione cōfirmatur,
quia ſi vis operatiua in ſuſtinen
do opus ſuum non dependet à
ſubiecto: conſequens eſt quod
vis eſſendi talis operantis non
dependeat à ſubiecto, quoniam
operatio & modus operandi ſe-
quuntur formam & modum eſ-
ſendi illius. ¶ Si autem tertio
modo intelligantur proprium
& cōmune, tunc tertia conditio
nalis eſt falſa, aut redit eadem
difficultas, quæ erat in primo
modo, quia ſi proprium animæ
hoc modo ſic excludit corpus,
vt nō poſsit dici ꝙ homo ſit id,
quod primo intelligit vt ſuppo-
ſitum, tertia conditionalis mani
feſte eſt falſa. Si autē non exclu
ditur corpus, ne ſit pars ſuppoſi
ti, ſed excluditur, ne ſit pars ſub
iecti ipſius intellectus, tunc red
dit ambiguitas in primo ſenſu
tacta in ſecundo argumento, ſci
licet, quod repugnat primæ con
ditionali iſta ſecunda, quoniam
dato quod intelligere ſit hoc mo
do animę propriū. ſ. quod exclu
dat & partē & totū corp⁹ ab eli
ciendo ipſum, adhuc non ſequi
tur ſeparabilitas, quia ſtat quod
dependeat à phantaſia obiecti-
ue, ac per hoc iuxta primā con-
ditionalem nō erit ſeparabilis.

Et licet prohœmiū huius ſci-
entiæ nūc tractemus: idcirco in
ſolute hic hæ quæſtiones relin-
quendę videatur, ego tamen hic
poſitas propoſitiones hic expla
nare cōſtitui tali ordine: primo
quomodo ſe habēt adinuicē iſti
modi proprij & cōmunis: ſecun
do quæ ſit mens Ariſt. tertio ſi-
gillatim reſpōdebitur dubitatio
nibus motis examinando ipſas
cōditionales ſecundū ſe. Credi
derim ſiquidē ego vtile hoc pro
poſitū fore appetentibus verita
tem ſequi, obmiſsis affectionib⁹
adhunc, vel illū. ¶ Sciendum er
go eſt, ꝙ ſecundus modus ꝓprię Nota.
operationis animæ, ſ. quo ex-
cluditur corporeum obiectum,
manifeſte infert primum, quo
excluditur corporeum organū,
quia ſi operatio animæ libera
eſt ab omni materiali ex parte
obiecti, conſequens eſt, ꝙ in ſub
iecto materiali non ſit, impoſsi-
bile ſiquidem eſt materialis or-
gani operationem ad nullum
corporeum omnino terminari:
an autem primus inferat ſecun-
dum, perſpicuum nō eſt, prima
ſiquidē fronte verba Auerrois
in cōment. 12. & 13. innuunt ꝙ Auer.
non, dum tamē ſollicite diſtin- & Al-
xit duas quæſtiones de exclu- bert.
ſione organi, & de excluſione
obiecti corporei. Et hoc idem
appa-



apparet in Alberto. Secundum
S. Th. vero S. Thomæ principia oppo
ſitum dicēdum eſt, quoniam ip-
ſe excluſione organi cōcluſum
eſſe vult immaterialitatē & in-
corruptibilitatem animæ, & cō
ſequenter quod habeat quando
que operationē excludentem
omne obiectū corporeum in ſta
tu ſeparationis ſaltem.

Cōcor Verū ne inter tales viros diſ
dia au cordia iudicetur, diſtinguendū
thorū. mihi videtur inter operationē
& operantem animam, & dicen
dum quod ſecundus quidē mo-
dus infert primū, & quo ad ope
rationem, & quo ad operantem,
quia ſi operatio abſoluta eſt ab
obiecto corporeo, & ipſa nō fit
per organum & principiū eius
nō eſt forma materialis: primus
verò infert ſecundū, nō quo ad
rationem, quia non ſequitur ꝙ
ſi aliqua operatio fit abſq; cor-
poreo organo, quod ipſamet ex
cludat corporeū obiectū, vt pa-
tet in omni, quam in nobis ex-
perimur, cognitione, & hoc in-
tendunt Auerrois & Albertus
diligenter perſpecti. Sed infert
ſecundū quo ad operantē, quia
optime ſequitur, ꝙ ſi operans
habet operationē non per cor-
poreū organū exercitam, quod
idem operans poſsit habere ali
quam operationem abſq; corpo
reo obiecto, nec refert in ꝓpoſi
to quo vis modo hoc cōtingat. ſ.
in ſtatu iſto vel alio, & hoc in-
tendit diuus Thomas, vnde nul
la inter eos diſſenſio in hoc eſt.
Tertius autem modus in rei ve
ritate coincidit cum primo: nō
enim differt à primo, niſi quia
in primo ponitur, quod opera-
tio recipitur in compoſito ex
anima & parte corporis: in ter-
tio vero ponitur ꝙ recipitur in
aīa, & toto corpore primo: con-
ſtat aūt, ꝙ quāuis totum cōpoſi-
tum & pars differant multiplici
ter: in hoc tamen non differunt,
ꝙ alterum ſit quātum & mixtū
quoddā, & alterum nō, vtrunq;
nanq; eiuſdem rationis eſt quo
ad hoc: licet in modo mixtio-
nis differant: apparet autē ex. 3.
de anima, tex. 4. 5. & 6. ꝙ intel
lectus excludit organum, quia
corpus & mixtū eſt, & non quia
pars, aut tale mixtū eſt: ergo ea
dē ratione excluditur pars cor
poris ab intellectu, & totum, nō
minus enim ſequitur ſi intelle-
ctus actus totius primo eſt, quā
qualis vtiq; fieret, & calidus aut
frigidus, &c. quam ſi partis ali-
cuius organicę actus ſit, vt pa-
tet: fuga ergo valde puerilis eſt
declinare à parte corporis ad
totum, quum de intellectus ſub
iecto quæritur. De duobus er-
go tantum modis habendus eſt
ſermo reliquus, hac ſcotiſtica fi-
ctione procul eiecta à philoſo-
phiæ terminis. Hæc de primo.

Quo ad mentem vero Ariſt. Ariſt.
dico, quod ex ipſo litteræ con- ſentēt.
textu planè liquet proprium
animæ ab ipſo hic vocari tantū

 opus

opus carens organo & miniſterio ſeu obiecto corporeo,& per oppoſitum non proprium animę ſeu cōmune animæ & corpori opus,ſiue organice, ſiue obiectiue coexigens corpus:percipitur autē hoc ex eo, quod cū quęſtionē hanc, an. ſ.aliqua operatio ſeu paſsio ſit propria animæ, an oēs ſint cōes tractat, explicādo quid apparet,loco ly cōisvtitur ly nō ſine corpore, vt patet cū dicit. Videtur autē plurimorum quidē nullū ſine corpore facere,neque pati,vt iraſci,conſidere, deſiderare & omnino ſentire,& ſtatim ad membrum oppoſitum tranſit dicens. Maxime autem aſsimilatur proprio intelligere, apud ipſum ergo in propoſito hic æquiualent ly nō ſine corpore,& cōmune ſeu non propriū animæ. Quia autem ly ſine corpore excludat corpus nō ſolū vt organu,ſed vt obiectū ſtatim manifeſtat ſubdens. Si autem hoc.i. intelligere, eſt phantaſia,aut non ſine phantaſia,non erit hoc ſine corpore, vbi manifeſte videre potes, quod ipſemet declarauit hos ſuos terminos. ſ. proprium & cōmune in propoſito:ita quod ſi abſq; paſsione aliqua cōtextus literę perſpectus fuerit,facile,& clare notum erit, ꝙ Ariſt. quæſtionē cū neceſſariam ac nō leuem propoſuiſſet,& difficultatem ex apparentibus oſtendiſſet, antequam neceſsitatē declararet,quia.ſ.ex hac pendet ſeparabilitas & immortalitas animę: terminos quęſtionis declarauit,vt diximus.

Et cōfirmatur hoc primo,quia alioquin ad nullum allata eſſet ꝓpoſitū talis & tāta propoſitio, ſi intelligere eſt phantaſia, aut non ſine phantaſia,&c. Et confirmatur ſecundo, quia etiam ſi intentio iſta negaretur, ipſa cōditionalis poſita etiam ad idem ducit,vt in tertio huius,cum immortalitas animæ tractabitur, planum fiet. Vide 3. huiꝰ tex.20

Ad primam ergo dubitationē his prælibatis duo dico, primo quid ſit id,quod ex vi illius cōditionalis infertur ſecundū veritatem,ſecundo,quam vera ſit poſitio antecedētis. Aduertendū itaq; eſt, ꝙ ly hoc in cōſequente poſitum, vt Auerroi, Alberto, & S.Thomæ placuit, demōſtrat non ſubſtātiam intellectus, ſed intellectionem: ita quod ſenſus conditionalis eſt, ſi intelligere eſt phantaſia, aut non ſine phantaſia. non erit hoc.i.intelligere ſine corpore. Et hinc patet ſolutio obiectionū ad oppoſitū,quia æquiuocant dum ſupponunt, ꝙ ly hoc demonſtret animam.

Sed contra hanc reſponſionem inſtatur proſequēdo illā cōditionalem ſic. Si intelligere non erit abſque corpore,ergo nec intellectus, quia vnūquodq; eſt propter ſuam operationem,vt dicitur in ſecūdo cœli, cōm.17. ergo de primo ad vltimum: ſi intel





ligere eſt phantaſia, aut nō ſine phantaſia, non erit intellectus abſque corpore, quod erat probandum.

Solut. Ad hoc breuiter dicitur,quod eſſe abſq; corpore dupliciter accipi poteſt,vno modo ſuſtētante,alio modo miniſtrante: intellectus autē noſter de facto creditur, ꝙ ſit abſq; corpore ſuſtētante,quia immaterialis forma eſt, nō autē abſq; corpore miniſtrante. Et quāuis teneatur, ꝙ poſsit abſolui ab indigentia corporalis miniſterij,vel per mortē hominis, vel quōlibet aliter: cōditionalis tamē iſta veriſsimę infert eum nō eſſe abſolubilē, ſeu ſeparabilē:conditionalis nanq; illa eſt optima. Si intelligere eſt phantaſia, aut non ſine phantaſia: intelligere non poteſt abſolui à corpore, etſi intelligere nō poteſt abſolui à corpore, ergo nec intellectus. Ratio primæ illationis eſt, quia phantaſmata corporeum quoddā eſt: ratio ſecundæ eſt,quia intellectus eſſet ocioſus: eſſet.n.abſolutus à corporis miniſterio, & tamen non poſſet intelligere abſq; phantaſmate corporali,hæc eſt ergo vis conditionalis illius.

De affirmatione autē antecedentis dicitur, ꝙ multipliciter contingit, quia aut eſt ſermo de intellectione aīæ noſtræ abſolute,aut nō abſolute,ſed pro ſtatu coniunctionis ad corpus. Si de intelligere animæ abſolute, oēs prædicti philoſophi negāt Ariſtot. affirmaſſe antecedens. Etſi antecedens illud eſſet abſolute de omni intelligere aīę neceſſariū: impoſsibile ſimpliciter eſſet animā ſeparari à corpore ſecundum eſſe & operari aliquid,ſiue per mortē, vt ponimus, ſiue per æternitatē ſubſtantiæ, vt fingit Auerr. Si autē loquimur de intelligere aīæ cōiunctę:ſic Auer. & Albert. negant etiā Ariſtot. affirmaſſe vniuerſaliter antecedens, quia tenēt ꝙ aīa cōiuncta pōt aliquid ſeparatū à materia intelligere abſq; phantaſiæ miniſterio,& gloſant tex. Ariſt. in 3.huius tex.31. & 39. Auerrois quidē, ꝙ loquitur de intellectione noua ipſius animæ, fingit. n. habere aliā æternā. Albert. vero ꝙ loquitur de intellectione ſenſibiliū, l. ab his abſtractorū. S.Tho. autē tenet vniuerſaliter de aīa coniuncta affirmatum ab Ariſt. ꝙ ſine phantaſmate nihil intelligit, & re vera ſic experimur,adhuc.n.nullus inuētus eſt qui ꝓfeſsus fuerit ſe intellexiſſe abſq; phantaſmate aliquo. Ex poſitione ergo illius antecedentis in ſenſu, quo ſuſtinetur, non pōt inferri niſi quod vel anima cōiuncta nil omnino etiā abſq; corpore miniſtrante intelligere poteſt iuxta ſententiā S.Thomæ, vel quod nil cōcretum materiæ poteſt abſq; corpore miniſtrāte intelligere iuxta Auerroim & Albertum.

Ad dubium.

Ad ſecundā dubitationē dicitur, ꝙ tam primo, quā ſecūdo modo ſumi pōt in illis cōditionalibus ꝓpriū, & primo quidē modo, vt. ſ. excludit corp⁹ vt organū intelligūt eas. S. Th. & Auerrois, ſed diuerſimode. S. Thom. quidē intelligit eas vt conditionales ſimpliciter. Auer. vero vt cōditionales de poſsibili. Vnde iuxta S. Thomā ad primā inſtātiam, quę eſt Scoti, patet quid dicendū ſit: oſtēſum eſt. n. ꝙ eadē eſt ratio totius cōpoſiti organici, & cuiuſq; organi, quo ad hoc quod eſt eſſe organū intellect⁹, quia vtrunq; eſt corpus alicuius certe naturę ſenſibilis, & quale, & calidū, aut frigidū, &c. Et propterea qua ratione intelligere excludit corpus organū, excludit etiā ne totū corpus ſit velut organū, &c. Ad ſecūdā vero dicitur, quod ſecunda cōditionalis nō deſtruit primā, nec è conuerſo, quoniā prima cōditionalis, vt ex dictis patet, dicit, ſi intelligere aīę noſtrę abſolute eſt neceſſario cū phātaſia, ſequitur ꝙ nec intelligere ſit abſq; corpore, nec etiā anima, hoc autem verū eſt, quāuis antecedēs ſit falſum: ſecunda vero cōditionalis dicit, quod ſi aliqua opatio animæ excludit organū corporeū, ꝙ aīa eſt ſeparabilis, hoc autem ideo eſt verū, qa ſi opatio excludit organū corporeū, cōſequens eſt ꝙ ſit immaterialis, & conſequēter aīa quoq; ſit immaterialis, & cōſequenter indepēdens à corpore in eſſendo, & cōſequēter, vt S. Th. in. 3. cōtra gēt. c. 45 deducit obligatio eius ad materialia: accidit ei ex vnione ad corpus, & cōſequenter abſolubilis eſt à tali obligatiōe, ac ꝑ hoc ſeparabilis. Iam. n. dicendū eſt ꝙ primus modus ꝓprij infert ſecundū quo ad aīam operantē. i. ꝙ ſi aīa habet operationē ꝓpriā excludēdo organū corporeū, ꝙ ſequitur etiā, ꝙ quādoq; habeat operationē etiā excludentē corporeū obiectū, & cōſequēter ſit ſeparabilis. ¶ Iuxta Auerroim autē nulla eſt ambiguitas, quia cōſtat manifeſte, ꝙ ſi aīa habet propriā operationē excludēdo organū, quod poſsibile eſt, vt ſit ſeparabilis, & quod ſi nō excludit organū, impoſsibile eſt vt ſit ſeparabilis. Secūdo autē modo intelligit illas magnus Albert. vult ſiquidē, quod ly propriū excludat vtranq; cōmunicationē corporis, & vt organi. ſ. & vt obiecti. Nec huic ſenſui obſtāt inſtantiæ adductę: non prima quidem, quia via ad cōcludendum omnimodam, ſeu vltimā ſeparationem aīæ, quanuis inchoet ab excluſione corporis vt organi: oportet tamen ꝙ perueniat ad nō neceſſariam obligationē ad corp⁹ vt obiectū, alioquin vt ex dictis iā patet, impoſsibile eſſet aīæ ſeparabilitatē in rerū natura inferre, quia ocioſum ens cōcluderètur. Et licet nō experia-





mur in nobis intelligere abſque phantaſmate: creditur tamē ex ratione ꝙ intelligēs abſq; organo corporeo, pōt quādoq; abſq; etiā obiecto corporeo intelligere, vt ex ſupradictis aliquo modo patet. Secunda quoq; inſtantia facile retunditur negādo, ꝙ tertia cōditionalis in hoc ſenſu ſit falſa. Si. n. nulla operatio eſt animæ ꝓpria per excluſionem corporis & organi & obiecti, neceſſario ſequitur quod nō poſſit ſeparari, quia otioſa eſſet ſeparata, ꝙ eſt impoſsibile. Sed hoc multos fallit, quia intelligūt cōditionales de intelligere aīæ noſtræ, quod in nobis experimur. Intelligēdę nanq; ſunt de intelligere animæ noſtrę abſolute, non pro hoc vel pro illo ſtatu, nec ſub hac vel illa ratione: hoc enim lumen habenti in directo oculorum ſuorum omnes apparebunt verę & conſonæ.

## ¶ V. habere operationé propriá inferat ſeparabilitaté. Quæſtio. 6.

¶ Themiſti⁹ in. 1. d aīa, capit. 8.

Circa. 2. conditionalē occurrit dubiū à Themiſt. motum, ſed nec ab ipſo, nec à quocūque alio inueni ſolutum: eſt autem contra vim medij aſſumpti ab Ariſt. quod ſcilicet habere operationē propriam nō infert illud poſſe ſeparari, formaturq; obiectio ſic, oculus habet operationem propriā, & tamē nō eſt ſeparabilis, ergo ex habere operationē ꝓpriā nō infertur ſeparabilitas. Antecedēs ꝑ prima parte patet quia videre eſt ita opatio oculi, ꝙ nō auditus, nec guſtus, nec tactus, &c. Quo ad ſecundā vero patet, quia oculus non poteſt ſeparari ab alijs ſenſibus, & quia oculus ſeparatus non eſſet oculus niſi æquiuoce.

Solutio.

Ad hoc dicitur, ꝙ quū ꝓprium dicatur per excluſionē cōis ſibi & alteri, dupliciter cōtingit operationem eſſe alicui ꝓpriā, vno modo excludēdo tātū cōmunicationē illi⁹ alteri⁹ ad illā operationē, alio modo excludēdo nō ſolū illud alterū reſpectu cuius dicitur ꝓpriū, ſed quodcūq; neceſſario colligatū cū illo. Videre igitur quū dicatur ꝓpriū oculi nō per excluſionē totius. ſ. aīalis videntis, ſed aliarū partiū organicarū ad viſionē non concurrentium, dupliciter poteſt intelligi ꝙ ſit operatio propria oculi, aut quia nō eſt cōis ſibi & alijs partibus, & ſic eſt verum, aut quia nec eſt cōmunis ſibi & alijs partibus, nec alicui neceſſario colligato alijs partibus, & ſic eſt falſum, quia ad videre neceſſario communicat anima vt perfectio totius compoſiti, & cōſequēter aliarum partiū. Ariſtoteles in textu accipit habere operationē ꝓpriā ſecūdo modo, & nō primo tantū, ita ꝙ voluit ꝙ ſi aīa habet operatonē ꝓpriā & nō cōem ſibi & corpori,

nec cõmunem ſibi & aliqui ne-
ceſſario colligato cum corpore
organo vel obiecto, ſequitur er-
go eſt ſeparabilis & ſi non, non
vt ex dictis patet. ¶ Deficit er-
go obiectio à Themiſt. adducta
quia non loquitur de propia ope
ratiõe vniuoca, vt loquitur Ari.
Et reſpõſio ꝓcedit ſuſtinẽdo, ꝙ
prædicatũ antecedentis ſit hoc
ſcilicet habens propriam opera
tionẽ. Tenẽdo autẽ quod in prę
dicato antecedentis ſubintelli-
gatur forma, ita quod cõditiona
lis ſit iſta, ſi anima eſt forma ha-
bẽs propriã operationẽ facilior
eſt reſponſio, quoniã conſtat, ne
que oculũ, neq; quãcunque of-
ficialem, aut integralem partem
animalis eſſe formã, & ſic obie-
ctio non eſt ad propoſitũ, & hæc
reſpõſio non ſolũ eſt facilior &
breuior, ſed textui conformior,
quoniã in latitudine formarũ in
quiritur anima, an ſit ſeparabi-
lis, an habeat propriã operatio-
nem, vt de ſe patet, ex hoc ipſo
quod corpus ei cõponitur, à quo
ſit ſeparabilis cũ quo nõ cõicet.

## Vtrũ omnis anima ſit de cõ-ſideratione phyloſophi naturalis. Quæſtio. 7.

Text. 15. Circa tertiam corelarium du-
biũ derelictũ ibidem ab Ariſt.
diſcutiendũ occurrit, an ſcilicet
omnis anima ſit de cõſideratio
ne philoſophi naturalis: videtur
enim quod anima intellectiua
nõ cõſideretur à phyſico. Tum
quia nulliuscorporis intellectus
eſt actus, & ad phyſicũ tantũ ſpe
ctat conſiderare de anima, quæ
abſq; materia ſẽnſibili nõ conci
pitur: vt in hoc textu dicitur, cõ
cludẽdo quod aut de omni ani-
ma, aut de tali, quę ſcilicet ma-
terię cõcreta eſt, phyſici eſt de-
terminare. Tũ quia in primo li-
bro de partibus animaliũ. cap. 1.
Ariſtote. mouet hanc quęſtionẽ
& ſtatim tribus rationibus pro-
bat partẽ negatiuã propter ani-
mam intellectiuã. ¶ Eſt aũt pri-
ma ratio ſua ad probandũ, quod
nõ oĩs anima ſit phyſicæ cõſide
rationis, quia ſi oĩs anima cõſide
ratur à phyſico naturali, nulla
ſciẽtia eſſet pręter naturalẽ, pro
bat cõſequẽtiam, quia naturalis
tũc conſideraret de omni ente,
quia cõſideraret de intelligibili
Eiuſdẽ. n. ſciẽtię eſt cõſiderare
de intellectu & intelligibili. Se
cũda vero, quia nõ oĩs aĩa eſt na
tura, quia intellect⁹ nullius prin
cipiũ eſt motus, vt patet inducẽ
do nõ augmẽti, aut decrementi,
quia hoc eſt vegetatiui, nec alte
rationis, quia hoc eſt ſenſus, ne
que trãslationis, quia motus loca
calis aĩalis, cõuenit etiã ſenſiti-
uis tãtũ. Tertia aũt ratio ſua eſt
quia natura agit propter finem,
in ſeparatis aũt à materia nõ in
uenitur cauſa finalis. ¶ Ex oppo
ſito aũt apparet, ꝙ oĩs aĩa ſit phi
ſicę cõſiderationis. Tũ quia hic
liber đ aĩa pars eſt phyloſ. natu
ralis, & in eo de omni aĩa tracta
tur



tur. Tũ quia cõſtat, ꝙ ad phyſi-
cũ ſpectat tractare de anima in
cõi ſiue vniuocũ quid ſit, ſiue a-
nalogũ, ergo ad ipſum vel ad ali
quẽ poſteriorẽ artificẽ ſpectat
tractare de poſteriorib⁹ ipſa aĩa
in cõi, quũ ſcĩę ſecentur & ordi
nẽtur quẽadmodũ & res, vt in. 3.
huius dicitur tex. 38. ſed nullus
eſt artifex realis poſterior phy-
ſico, cui hoc incũbat: ergo, &c.
Tum qnia eiuſdẽ ſciẽtię eſt con
ſiderare de aliquo genere ſubie
cti, ſiue analogo, ſiue vniuoco, &
de eius per ſe differẽtijs: ſed vt
patet in. 2. huius tex. 18. intelle-
ctiuũ eſt vna de per ſe partibus
animæ: ergo ad phyſicũ tractãtẽ
Solut. de aĩa ſpectat tractare de intelle
ctiuo. ¶ Ad hoc dubium dicitur
breuiter, ꝙ quia in hoc diſcernũ
tur res phyſicæ à metaphyſicis
& mathematicis: ꝙ phyſicę nõ
abſtrahũt ſecũdũ ſuas rationes
formales à materia ſenſibili, vt
dicitur in. 6. meta. tex. cõ. 2. Sic
ſe habẽt aĩę ad phyſicã cõſidera
tionẽ: quẽadmodũ ſe habent ad
materiã ſenſibilẽ. Iudiciũ aũt de
cõcretione, aut abſtractione aĩę
ex operatione propriã ſumẽdũ
eſt, quia operatio: vt inqt Auer.
in. 12. meta. cõ. 14. fecit cognoſ-
cere formã. Quum aũt vegetare,
ſentire, cõcupiſcere & mouere
ſecũdũ locũ à materia ſenſibili
nõ abſtrahãt, cõſequẽs eſt ꝙ ad
phyſicũ ſpectat tractare de vege
tatiuo ſenſitiuo appetitiuo, & ſe
cundum locũ motiuo, quia vero
intellicere vt ſic ab omni ſepa-
ratũ eſt materia, cõmunis eſt ꝙ
extra phyſicã ſit cõſiderationẽ.
Aduertendũ tamẽ eſt ꝙ aliud
eſt loqui de intelligere & intel-
lectu abſolute, & aliud de intel
ligere & intellectu tali, aut tali
modo: abſolute. n. nullã concer
nit materiã, & cõſequẽter meta.
eſt cõſiderationis, tali autem mo
do, puta per colligationẽ, aut cõ
iũctionẽ ad phãtaſmata materiã
cõcernat ſenſibilẽ, phãtaſia. n. sẽ
ſus quidã eſt organo calido, aut
frigido perficitur, & quia ſolum
intelligere humanũ eſt hmõi, vt
in 3. hui⁹ dicetur tex. cõ. 39. ideo
diſtinguẽdũ eſt ꝙ aĩa intellecti
ua dupliciter ſumitur, vno mo-
do, vt reſpicit corpus, & ſic eſt
phyſicę cõſideratiõis, alio modo
vt abſtrahit à corpore, & ſic nõ
eſt phyſicę ſecũdũ meta. ſpecula
tionis. Nec refert in propoſito
quo quis modo exponat at cõiũ
ctionẽ & ſeparationẽ aĩæ reſpe
ctu corporis, ſat. n. eſt ꝙ aĩa in-
tellectiua ſit partim coniuncta,
& partim ſeparata, vt patet in
2. phyſicor. tex. cõm. 26. Ex his
aũt habetur, ꝙ vtraq; pars quę-
ſtionis quodãmodo eſt vera, qa
naturalis cõſiderat de omni aĩa
quodãmodo ſic . i. in quãtũ colli
gatur corpori, & quodãmodo nõ
quia nõ de intellectiua quaten⁹
intellectiua ẽ abſolute, &c. Vn
de ratio in oppoſitũ ꝓ pte affir
matiua adducta ſoluẽda ẽ negã
do ꝙ intellectiuũ ſit poſteri⁹ aĩa,
aut ei⁹ per ſe pars, a.at differẽtia
Intellectiuũ. n. dupliciter ſumi
tur

tur, vt dictum eſt abſolute, & vt depēdens à corporeo aliquo, & primo quidē modo eſt prius natura, quā anima, ſicut vniuerſalia metaphyſicalia ſunt priora natura phyſicis, ſecundo modo eſt p ſe differētia aīæ, & poſterius ipſa, & ſpectat ad phyſicū.

Rationes vero Ariſtotelis pro parte negatiua adductæ non cōcludunt, niſi quod de anima intellectiua quatenus intellectiua eſt, abſolute nō eſt phyſica ſpeculatio. Verum ſunt quædam dubia non mediocria in rationibus illis, quæ ob bonitatē doctrinæ diſcutienda hic videtur.

## ¶ Vtrum rationes Ariſtot. ad probandum quòd anima intellectiua non conſideratur à philoſopho naturali legitimè procedant. Quæſtio. 8.

Circa rationē enim primā ambiguitas eſt, quia nulla apparet ratio illius cōſequētiæ, ſ. ſi philoſophus naturalis tractaret de intellectu, nulla alia ſupereſſet ſcientia. Tū quia iuxta hanc cōditionalē ſequeretur, ꝙ nulla eſſet ſciētia præter metaphyſicā: quæ tractat de intellectu & intelligibili: pari. n. ratione pōt applicari ratio illa ad metaphyſicam. Tum quia vis probationis illius inefficax videtur, non enim ſequitur ex hoc ꝙ aliqua ſcientia tractet de intellectu & intelligibili, quod tractet rōnes oēs omniū entiū. Quāuis enim tractās de intelligibili, oportet quod tractet de omnibus rebus quatenus intelligibilitas eſt paſſio earū: multas tamen rōnes entium oportet, ꝙ derelinquat: puta in quantum ſunt termini phyſicarum mutationum, & alia huiuſmodi.

Circa vero ſecundam rōnem dubiū eſt, quia anima intellectiua eſt etiam principium motus localis animalis, vt patet in. 3. de anima, textu cōmē. 48. Et in mōtibus cælorum, in quibus ſolus intellectus eſt mouēs, ac per hoc natura.

Circa. 3. autem rationē dubiū eſt, quia ipſemet Ariſt. propoſitionē illā, ſ. in ſeparatis à materia nō eſt cauſa finalis, quā hic aſſumit, oſtēdit in. 12. metaphy. tex. cōm. 37. eſſe falſam.

Ad obiecta cōtra primā rationē dicitur pręmittendo ꝙ ſcientiæ poſſūt dupliciter diuidi adinuicē, vno modo penes diuerſitatem rationum formalium, & hoc modo philoſophia diuiſa eſt. 6. metaphy. tex. 2. in metaphyſicā naturalē & mathematicā. Alio modo penes diuerſitatē rerum conſideratarum, quō mathematica nō diſtinguitur à naturali, quia eędem res ab vtraq; conſiderantur: hoc tamē modo naturalis diſtinguitur à metaphyſica, quia aliæ ſunt res proprię metaphyſici, ſ. ſubſtantiæ ſeparatæ, & aliæ res ꝓprię phyſici, ſ. res ſenſibiles. His ſtātibus

dicitur



dicitur, ꝙ ſi philoſophia naturalis tractaret de intellectu, ſequeretur neceſſario, ꝙ tractaret de toto vniuerſo, quia tractaret de entibus intelligibilib9, quę ſunt ſeparata à materia, & ex alia parte tractaret dē oībus ſenſibilib9, & conſequenter quātum eſt ex parte diuerſitatis rerum, nulla res ſupereſſet, quæ ab aliqua alia ſcientia eſſet tractanda. Intelligitur ergo Ariſtoteles de alietate ſcientiarum ſecundum alietatem rerū conſideratarū & non ſecundū alietatem rationū formalium earundē. Et ideo ſua cōditionalis de philoſophia quidē vniuerſaliter eſt vera: de metaphyſica autē non, vt. n. ex dictis iam patet: ideo conſequētia illa tenet, quia in antecedente duo ponūtur, ſ. philoſophia naturalis, & conſiderat de intellectu. Ex primo enim ſequitur, ꝙ tractet de toto ordine ſenſibiliū. Ex. 2. vero, quod tractet de ordine intelligibiliū: etiā quātū ad ſuas ꝓprietates, &c. Quēadmodū in lib. de aīa, & in de ſenſu & ſenſato tractatur de naturis ipſorū obiectorum ſenſibiliū & non ſolum de hac paſsione, quæ eſt ſenſibilitas. Et per hoc patet ad ſecundā obiectionem contra eandē rationē: ſupponit enim obiectio illa, ꝙ Ariſt. voluerit inferre, ergo nulla remaneret alia ſcientia ſimpliciter & abſolute loquendo, quum tamē ipſe intendat, quod nulla remaneret alia alietate rei conſiderata, vt dictum eſt. Ad obiectionem vero contra ſecundā rationem dicitur, quod Ariſt. non intendit negare, niſi quod intellectus in quantum intellectus eſt natura & principium motus localis, quia vt patet in. 3. de anima, tex. 49. motiuum ſecūdum locum ad appetitiuum reducitur, & intellectus in quantū intellectus non mouet, nec huius oppoſitū apparet in motu cœlorum, cuius principium eſt appetitus, vt dicitur. 12. metaphyſicæ, tex. 37. Ad vltimam cōtra tertiam rationē dicitur, ꝙ Ariſtoteles vtitur hic illa propoſitiōe in ſenſu vero, ſ. de fine, qui acquiritur per motum ſiue mutationē: intendit enim dicere, ꝙ quia intellectus nō eſt finis motus, aut mutationis, quòd conſequenter nō eſt forma phyſica.

## ¶ V. Anima humana quiditatiuè, ſit de cōſideratione philoſophi nālis. Queſt. 9.

Circa idē corrolariū dubium occurrit, an aīa humana quiditatiue ſumpta ſit de conſideratione philoſophi naturalis. Videtur. n. ꝙ non, quia cū duo ſint ordines rerū, ſ. materialis & immaterialis, & ordo materialiū quiditatiuā cōſideratione in ſcientia naturali ſortiatur. Immāliū vero natura nō niſi ſecūdū quid à philoſopho inſpiciatur, put. ſ. aliquā connexionē habet cū materiali- Text. 15.

terialibus,cõſequens eſt,ꝙ ſi res
aliquã ſecundũ ſe ſit de ordine
immaterialiũ,& tamẽ habeat ali
quã connexionẽ cum mãlibus
erit de cõſideratione phyſici nõ
abſolute,ſed ſecũdũ quid. Con-
ſtat autẽ quod ſuppoſita immor
talitate aĩæ ipſa eſt de numero
immaterialiũ,ſecundũ ſe igitur
nõ erit quidditatiue ſumpta de
cõſideratione phyſici. ¶ In op-
poſitũ autẽ eſt ſpecificatio ho-
minis ꝑ ipſam. Id.n.qđ eſt ſub-
ſtantialiter cõſtitutiuũ alicuius
ſubſtantię ſenſibilis in ſuo eſſe
ſpecifico eſt de conſideratione
phyſici:aĩa autẽ humana eſt,per
quã homo differt ab alijs, & in
ſpecie reponitur ergo, &c.

In hac dubitatiõe fuerũt duæ
1. opi. opiniones extremę.¶Quidã.n.
dixerũt ꝙ aĩa humana abſolute
eſt de cõſideratiõe metaphyſici
ſecũdũ quid aũt de cõſideratiõe
naturalis,ſicut dicimus de aĩabꝰ
corporũ cœleſtiũ, ꝙ in quantũ
motrices ſpectãt ad naturalẽ,ab
ſolute vero ſpectãt ad metaph.

2. opi. Quidã autẽ opinati ſunt ani-
mam humanã & abſolute, & ſe-
cundũ quid ꝑtinere ad phyſicũ.
Et hi mouẽtur triplici rõne, pri
mo quia aĩa hoĩs eſt đ numero en
tiũ naturaliũ, vt dicit Auerr. 3.
de aĩa,cõm.17. Secũdo quia dif
finitio quiditatiua ipſius inueſti
gatur in.3.đ aĩa. Tertio quia ali
ter Ariſt. in metaphyſ.ſua eſſet
diminutus tractans de ſubſtãtijs
ſeparatis & de numero earũ, &
non de anima hoĩs.¶Mihi autẽ
neutra harũ opinionum aſſeren
da videtur,ſed media via ince-
dendũ. ¶ Ad cuius euidentiam Solut.
ſciendũ eſt,ꝙ in hac qõne eſt ali
quid cõe & certũ,& aliquid pro
prium & dubium, cõe & certũ
eſt, quod ſicut cæterarũ rerum
qõnes ad diuerſas ſcientias per
tinẽt iuxta diuerſitatẽ rationũ
formaliũ quæſitorũ, nec põt vni
ca ſatisfieri reſpõſione quęren-
tibus ad quẽ artificẽ res perti-
neant, niſi ad aliquã rõnem for
malẽ illiꝰ rei ſermo intelligatur
reſtrictus.Ita eſt de anima hoĩs,
ſi.n. quęratur de cuius cõſidera
tione ſit res illa, quæ aĩa eſt ho-
minis,diſtinguere oportet,& di
cere, ꝙ res illa ſecundũ prędica
ta abſtrahentia à materia ſenſi-
bili eſt de conſideratione meta
phyſici, ſecũdũ vero prædicata
cõcernentia materiã ſenſibilem
eſt de cõſideratione phyſici. Si
vero quæratur de illa re, vt eſt
actus hoĩs,planũ eſt,quod eſt de
cõſideratione phyſici. Propriũ
autẽ & ambiguum eſt,an vltima
differentia conſtitutiua illius
rei, quæ eſt aĩa humana abſtra-
hat à materia ſenſibili,aut non.
Si enim abſtrahit conſideratio
ſubſtantiæ animę,erit metaphy
ſicalis,& ſi non abſtrahit,erit na
turalis. Quantum autem ex pro
priè operationis natura conci-
pere poſſumus,verificatur de ea
quod ſcribitur in. 2.phyſi. tex.
cõ.26.ſ.quod eſt partim ſepara-
ta,



tã & partim coniuncta, oritur
enim ex ſuo proprio conſtituti
uo duplex modus intelligendi
ſecundum omnem opinionem
ſupponentem immortalitatem
eius ſcilicet intelligere cum
phantaſmate, & ſine phantaſ-
mate. Et vt ex præcedentibus
patet intelligere abſque phan-
taſmate, eſt de conſideratione
metaphyſici, cum phantaſmate
vero phyſici. Vnde ſecũdũ hoc
differentia conſtituta ſubſtãtiæ
animæ partim ſpectabit ad me-
taphyſicum,& partim ad natura
lem, propter quod. S. Thom.in
2.phyſic.inquit,quod conſidera
re de anima noſtra quatenus eſt
ſeparata, metaphyſici negotij
eſt. Conſanatque hoc his, quæ
de anima intellectiua dicuntur
quod ſcilicet eſt vinculũ intel-
lectualis,& ſenſibilis ordinis,&
quod eſt in horizonte æternita
tis, & ſimilibus. ¶ Si quis vero
diſtinxerit id ꝙ eſt propriũ ali
cui, cõtra illud quod cõuenit ei
dem quaſi ex alio, ideſt ex eo
quod participat naturam ſupe-
rioris, & viderit quod intellige
re per phantaſmata eſt naturaliſ
ſimum humanæ animæ, & quod
intelligere abſque phantaſmate
conuenit animæ ex quadam par
ticipatione ſubſtantiarum ſepa
ratarum, facile percipiet.quod
differentia contitutiua animæ
noſtræ ſimpliciter ſpectat ad na
turalem, ſecundum quid vero
ad metaphyſicũ,ac per hoc ſub-
ſtantia animæ quiditatiue ſum-
pta phyſicæ eſt conſiderationis.
Et hoc procul dubio ſecundum
doctrinam S. Thomæ ſentien-
dum eſt, conſentaneumque eſt
doctrinæ Auerrois.

Ad rationes vero in oppoſitũ
pro quanto contra prædictã de
terminationem militant dicen
dum eſt. Et ad primam quidem,
quod licet ſubſtãtia intellectua
lis,ſeu immaterialis abſolute lo
quendo ſit extra ordinem ſenſi-
bilium,& conſequẽter mathema
ticæ conſiderationis ſubſtantia
tamen immaterialis talis, cuius,
ſcilicet perfectio propria depen
det à phantaſmate, non abſtra-
hit à materia ſenſibili,talis autẽ
eſt anima humana,ideo,&c.

Prima autem, & ſecunda ratio
pro alia opinione noſtro fauet
intento, nõ enim concludit ali-
qua earum, quòd differentia cõ
ſtitutiua animæ non conſidere-
tur à metaphyſico ſecundũ quid
ſed quod conſideretur à phyſi-
co ſimpliciter.¶ Ad tertiam ra-
tionem dicendum eſt quod Ari
toteles incepit tractare de ſepa
ratione animæ in. 12, metaphy
tex.17.& dixit poſterius hoc eſ
ſe perſcrutandum, quod ſi fecit
ad nos nõ peruenit:neque enim
erat ad numeranda cum ſubſtan
tijs ſeparatis, quia eius quiditas
non niſi ſecundũ quid abſtrahit
à natura ſenſibili, cuius oppoſi-
tum cõuenit intelligentijs.¶Cir
ca differentiã aſsignatam inter
dialecticum.

dialecticū & phyſicū in diffiniē
do, aducrtendum, quod nomine
formę accipiendum eſt cōmune
eo quod forma quantum eſt de
ſe cōmunis eſt, non intēdit enim
Ariſtoteles, quod diffinitio ſum
pta à ꝓpria forma rei ſit dialecti
ca, ſed quia dialectica vtens ex
cōmunibus procedit, & cōmune
formę rationem habet, quod dif
finitio per cōmunia ſit dialecti-
ca. Dicitur autem omnis diffini
tio rei materialis non explicās
materiā illius per cōmunia, quia
dicit rem illam abſque coarcta-
tione eius ad talem materiam.
Diffinitio vero explicans mate
riam, quia coarctatiuum formæ
exponit, phyſica, & ex proprijs
dicitur, &c.

Cōmē. 19. INtendentes autē de anima
neceſſe eſt ſimul dubitātes,
de quibꝰ bene dubitare opor
tet, pertranſeuntes primorū
opiniones cōprehēdere quę
cunq; aliquid de ipſa enūcia-
uerunt, vt bene quidem di-
cta accipiamus. Si vero ali
quid non bene, hæc verea-
mur. Principium autem quę
ſtionis apponere, quæ maxi-
me videntur ipſi ineſſe ſecū-
dum naturam. Animatū igi-
tur ab inanimato in duobus
maxime differre videtur mo
tu, & ſenſu. Accepimus au-
tem & à progenitoribus fe-
rè duo hæc de anima. ¶Di- Cōmē. 20.
cunt enim quidam & maxi-
me, & primo animā eſſe id,
quod eſt mouens. Exiſtiman
tes autē quod non mouetur,
ipſum non cōtingere moue
re alterū eorū quæ mouetur
animā ſic arbitrati ſunt eſſe.
Vnde Democritus ignē quē
dam, aut calorem dicit eſſe Opin. Democriti de anima
ipſam: infinitis enim exiſten
tibus figuris & athomis, quę
ſpeciei rotundę ignē, & ani-
mam dicit, vt in aere mota
corpora, quæ vocātur deciſ-
ſiones, quæ videntur per por
tas in radijs, quarum omne
ſemen elementa dicit Demo
critus totius naturę. Simili-
ter autē & Leucippus, horū Opin. Leucippi.
autem ſphęrica animā pro-
pter id, ꝙ maxime patet per
omne penetrare hmōi figu-
rę & mouere reliquam, cum
moueātur, & ipſa arbitrātes
animam eſſe efficiēs in ani-
malibus motū. ¶ Vnde & vi Cōmē. 21.
uēdi terminū eſſe reſpiratio
nem. Conſtringēte enim eo
quod cōtinet corpora, & ex
trudēte figuras prębētes ani-
malibus motū ex eo, ꝙ non
eſt ipſas quieſcere, nullate-
nus auxilium fieri de foris in
gre



grediētibus alijs hmōi in reſ
pirādo. Prohibere enim has,
& quę inſunt animalibus diſ
gregari, ſimul prohibens, cō-
ſtringēs, & comprimens, &
viuere autē quandiu poteſt
Cōmē. 22. hoc facere. ¶ Videtur aūt &
à Pythagoricis dictū eandē
Opin. Pythagor. habere intelligētiā. Dixerūt
enim quidā ipſorum animā
Opin. Archelai. eſſe, quę ſunt in aere deciſio
nes, nam quidam de ſecta py
thagoricorū in hoc diſcorda
bant ab alijs pythagoricis,
quia non dicebant athomos,
ſ. virtutē, quæ mouet eos, ani
mam eſſe. Alij autē has mo-
uēs, de his autē dictū eſt, pro-
pter quod id continue vidē
tur moueri, & ſi ſit tranquil-
litas nimia. In idem autē fe-
runtur quicūq; dicūt animā
eſſe, quod ſeipſum mouet.
Videtur autē hi omnes exi-
ſtimantes motū maxime pro
priū eſſe animę, & alia quidē
omnia moueri propter ani-
mā. Ipsā aūt à ſeipſa ꝓp quas
nihil videri mouēs quod nō
Cōmē. 23. Anaxagor. & ipſum moueatur. ¶Simi-
liter autem & Anaxagoras
animā dicit eſſe mouentē, &
ſi aliquis alius dixit, ꝙ omne
mouet intellectus. Nō tñ pe
nitus ſicut Democr. Ille qui- Diffe. opin. Democriti & Anaxagoræ.
dem ſimpliciter dicit idē eſ-
ſe aīam & intellectū, verū. n.
eſſe ꝙ videtur. Vnde bene fa
cere Homerū, ꝙ Hector ia-
cet, aliud ſapiēs. Nō itaq; vti
tur intellectu tāquā potētia
quadā, quæ eſt circa veritatē
ſed idē dicit aīam & intelle-
ctum. ¶ Anaxagoras aūt mi Cōmē. 24.
nus certificat de ipſis. Multo
tiens quidem cauſam eius ꝙ
bene, & recte dicit intellectū
alibi aūt intellectū hunc eſſe
aīam. In omnibꝰ. n. ipſum in
eſſe aīalibꝰ magnis & paruis
& honorabilibus & inhono
rabilibus. Nō videtur aūt ſe-
cūdū prudētiā dictus intelle-
ctus oībꝰ ſimiliter ineſſe ani
malibꝰ, ſed neq; hoībꝰ omni
bus. ¶ Quicūq; igitur aīatū Cōmē. 25.
ad ipſum moueri aſpexerūt.
Hi quidē maxime motū opi
nati ſunt aīam eſſe. Quicūq;
aūt ad cognoſcere & ſentire
ea quę ſunt, iſti dicūt aīam eſ
ſe principia. Alij quidē plura
faciētes hęc, alij vero vnum
hoc. Sicut Empedocles qdē Opin. Empedocles
ex elemētis oībꝰ eſſe, & vnū
quodq; horū aīam dicēs, ſi-
cut terram quidē terra cog-
noſcimꝰ ęthere ęthera, aquā
autem

antem aqua, ſed igne ignem
maximum eſt, cōcordia aut
cōcordiā, diſcordiā diſcordia
Cōmē. triſti. ¶Eodē autē modo &
26. Plato thimeo animam facit
Opin. ex elementis, cognoſci enim
Plato. ſimile ſimili, res autē ex prin
cipijs eſſe. Similiter autem &
in his, quæ ſunt de phyſica
dicta, determinatum eſt ip-
ſam quidem animam ex ip-
ſa vnius idęa, & ex prima lō
gitudine, & latitudine, & al
titudine, alia autē ſimili mo-
Cōmē. do. ¶Adhuc autem & aliter
27. intellectum quidem vnū ſciē
tiam autem duo, ſingulariter
enim ad vnum, plani autem
numerum ad opinionē, ſen
ſum vero eum qui firmi. Nu
meri quidem enim ſpecies
& principia entium diceban
tur. Sunt autem ex elemētis.
Iudicantur autē res, alię qui-
dem intellectu, alię vero ſciē
Cōmē. tia, aliæ autem opinione, alię
28. vero ſenſu. Species autē nu-
Opin. meri hi rerū. ¶Quoniā autē
quorū & motiuum videbatur ani-
rūdam ma eſſe & cognoſcitiuū, ſic
philo- quidā cōplexi ſunt ex vtriſ-
ſopho- que enunciantes animā eſſe
rū qui numerū mouētem ſeipſum.
diffini Differunt autem de princi-
erūt a- pijs quæ & quot ſunt, maxi-
nimā. mē corporea facientes in-
corporea. His autem miſ-
centes, & ab vtriſque princi-
pia enunciantes. Differunt
autem & circa multitudinē,
hi quidem enim vnum, illi ve
ro plura dicunt. ¶Conſequē Cōmē.
ter autem his & animam aſ- 29.
ſignant, motiuū enim ſecun
dum naturam primorum exi
ſtimauerunt non irrationabi
liter Vnde quibuſdā viſum
eſt ignem eſſe. Etenim hoc
in partibus ſubtiliſsimus eſt
& maximē elemētorū incor
poreum. Adhuc autem mo-
uetur, quia & mouet alia pri
mo. ¶Democritus autē dul- Cōmē.
cius dixit enūcians, propter 30.
quid vtrunque horum. Ani Opin.
mam quidem enim & intel- Demo
lectum idem. Iſtud autē eſſe criti.
primorum & indiuiſibilium
corporum. Motiuum autem
propter ſubtilitatem partiū
& figuram. Figurarum autē
leniter mobiliſsimam ſphæ
ricā dicit. Huius autē. ¶Ana Cōmē.
xagoras autem videtur qui- 31.
dam alterum dicere & ani- Opin.
mam intellectum, ſicut dixi Ana-
mus prius, videtur autē vtriſ xagor.
que ſicut vna natura, verum

tamen



tamē intellectū ponit princi
pium oīum maxime, ſolūq;
dicit ipſum eorum, quę ſunt
ſimplicē eſſe, & immixtum
& purū. Aſsignat autē vtrun
que eidē principio cognoſ-
cereq; & mouere, dicēs intel
Cōmē. lectū mouere omne. ¶Vide
32. tur autē Thales, ex quibus re
Opin. miniſcimur, motiuū aliquid
Thale aīam opinari, ſi quidē dixit
tis. lapidē aīam habere, qm̄ ferrū
Opin. mouet. Diogen. autē ſicut &
Dioge alteri quidā aerem hunc opi
nis. nians oīum ſubtiliſsimū eſſe
& principiū: & propter hoc
cognoſcere & mouere aīam
ſecūdum quidē ꝙ primū eſt,
& ex hoc reliqua cognoſce-
re, ſm̄ vero ꝙ ſubtiliſsimum
Opin. eſt motiuū eſſe. Heraclit. aūt
Hera- principiū eſſe dicit: ſiquidē
cliti. vaporē, ex quo alia cōſtituit
& incorporaliſsimū autē &
fluens ſemper. Quod vero
mouetur motu cognoſci. In
motu autē eſſe quæ ſunt &
ille arbitratus eſt & multi. Si
Opin. militer autē his & Alcineō.
Alci- Alcineō opinari viſus eſt de
neōis. aīa. Dicit. n. ipſam immorta
lē eſſe ꝑpter hoc ꝙ aſsimilat̄
immortalibꝰ: hoc autē ineſſe
ipſi tāquā ſemper motę: mo
ueri. n. & diuina oīa cōtinuē
ſemper lunā, ſolē, aſtra, & to
tum cælū. Magis autē rudiū
& aquā quidā exiſtimauerūt:
vt Hippo. Suaderi enim viſi Opin.
ſunt ex genitura, qm̄ omniū Hippis
humida eſt, arguit namque
ſanguinē dicentes aīam: qm̄
genitura nō eſt ſanguis, hāc
autē eſſe primam animam.
Alij autē ſanguinē, quemad
modū Critias ipſum ſentire Opin.
aīę magis propriū opinātes: Critiæ
hoc autē ineſſe propter na-
turā ſanguinis. Oīa. n. elemē
ta iudicē acceperunt præter
terrā. Hanc autē nulli ꝓtule
runt, niſi ſi aliquis dixit ipsā
ex oībus elementis eſſe, aut
oīa. ¶Diffiniūt autē omnes Cōmē.
aīam tribꝰ, vt eſt dicere mo- 33.
tu, ſenſu, & incorporeo. Ho
rū autē vnūquodq; reducit̄
ad prīcipia: vnde & incogno
ſcēdo diffinientes ipsā, aut ele
mētū; aut ex elemētis faciunt
dicētes ſiľr inuicē ꝑter vnū.
Dicūt. n. ſimile cognoſci ſi-
mili. Qm̄ autē aīa oīa cogno
ſcit conſtituunt eā ex oībus
prīcipijs. ¶Quicūq; ꝗdē igit̄ Cōm.
vnā aliquā dicūt causā vt ele 34.
mētum vnū & aīam vnā po
nūt: vt ignē, aut aerē: pꝛ̄a vero

D dicen

dicentes principia & animã
plura dicũt. Anaxagoras aũt
ſolus impaſsibilem dicit in-
tellectũ & nihil cõmune vbi
aliorum habere. Huiuſmodi
autẽ cũ ſit, quõ cognoſcit, &
propter quã cauſam, neq; il-
le dixit, neq; ex his quę dicta
Côme. 35. ſunt, cõſpicuũ eſt. ¶ Quicũ
que aũt cõtrarietates faciunt
in principijs & aĩam ex con
trarijs cõſtituunt. Quicũq;
aũt alterũ cõtrariorũ, vt cali
dũ, aut frigidum, aut aliquid
hmõi aliud, & aĩam ſimiliter
vnũ aliquid horũ ponũt: vn
de & nomina conſequuntur
quidẽ calidum dicẽtes, quia
propter hoc & viuere nomi
natũ eſt. Qui autẽ frigidum
propter reſpirationẽ & refri
gerationẽ vocati aĩam. Tra-
dita quidem igitur de aĩa, &
propter quas cauſas dicũt ſic
Côme. 36. hæc ſunt. ¶ Conſiderãdum
aũt primum quidẽ de motu.
Fortaſsis. n. nõ ſolũ falſum ẽ
ſubſtãtiã ipſiꝰ hmõi eſſe qua
lẽ aiũt, dicẽtes animã eſſe ꝙ
eſt ſeipſum mouẽs, aut poſsi
bile mouere, ſed vnũ quiddã
impoſsibiliũ ineſſe ipſi mo-
tum. Quod quidẽ igitur nõ
neceſſe ſit mouens & ipſum
moueri, prius dictũ eſt. ¶ Du Côme. 37.
pliciter. n. mouetur omne,
aut enim ſm̃ alterũ, aut ſm̃ ſe
ipſum, ſm̃ alterũ dicimꝰ quę
cũq; mouentur ex eſſe in eo
ꝙ mouetur, vt nautę. Nõ. n.
ſimiliter mouetur naui. Hęc
quidẽ ſm̃ ſeipſam mouetur,
illi aũt ex eſſe in eo ꝙ moue
tur. Manifeſtũ aũt in partibꝰ
eſt, proprius quidẽ. n. motus
pedũ ambulatio, hæc aũt &
hominũ eſt. Nõ ineſt aũt nau
tis tũc. ¶ Dupliciter itaq; di- Côme. 38.
cto moueri nũc intẽdimꝰ de
aĩa, ſi per ſe ipſam mouetur
& ꝑticipat motu. Quatuor
aũt motus cũ ſint loci muta
tionis, alterationis, augmẽti
& decremẽti, aut ſm̃ vnũ ho
rũ mouebitur, aut ſm̃ plures
aut oẽs. Si vero mouetur nõ
ſm̃ accidẽs natura inerit mo
tus ipſi. Si autẽ hoc, & locus.
Omnes. n. dicti motus in lo
co ſunt. ¶ Si aũt eſt ſubſtãtia Côme. 39.
aĩę mouere ſeipſam, non ſm̃
accidẽs moueri ipſi inerit, ſi
cut albo & tricubito mouẽ
tur. n. & hæc, ſed ſm̃ accidẽs.
Cui enim inſunt, mouetur
illud corpus, vnde nõ eſt lo-
cus ipſorũ, aĩę aũt erit, ſiqui
dẽ natura motu participat.
Am



Côme. 40. ¶ Amplius aũt ſi natura mo
uetur, & violẽtia mouebitur
& ſi violẽtia, & natura. Eo-
dẽ autem modo ſe habet de
quiete. In ꝙ. n. mouetur na-
tura, & quieſcit in hoc natu
ra, in ꝙ aũt violẽtia, & quieſ
cit violẽtia. Quales aũt vio-
lẽti motus aĩę erũt, & quie-
tes neq; fingere volẽtibꝰ faci
le eſt reddere. Ampliꝰ ſiqui
dẽ ſurſum mouebitur, ignis
erit, ſi vero deorſum, terra.
Horũ. n. corporũ motus hi.
Eadẽ aũt ratio & de medijs.
Côme. 41. ¶ Qm̃ aũt videtur mouere
corpꝰ, rõnabile ẽ his mouere
motibus, quibꝰ & ipſa moue
tur. Si aũt hoc & cõuertẽtibꝰ
dicere verũ, ꝙ ſm̃ ꝙ corpus
mouetur, hoc & ipſam. Cor
pus aũt mouetur ſm̃ loci mu
tationẽ, quare & aĩa mouebi
tur ſm̃ corpꝰ, aut tota, aut ſm̃
partes trãſlata. Si aũt hoc cõ
tingit, & exeunte iterũ ingre
di. Ad hoc aũt ſequetur re-
Côme. 42. ſurgere mortua aĩaliũ. ¶ Mo
tũ aũt ſm̃ accidẽs ſi ab altero
moueat̃. Depelletur. n. vtiq;
violẽtia aĩal. Nõ oportet au
tẽ cui à ſe ipſo moueri ineſt
in ſubſtãtia, hoc ab alio mo
ueri, niſi ſm̃ accidẽs ſicut ne
que ꝙ ſm̃ ſe bonũ, aut prop-
ter ſeipſum, hoc quidẽ prop
ter aliud eſſe, hoc aũt alteriꝰ
cauſa. ¶ Aĩam aũt maximẽ Côme. 43.
dicet aliquis vtiq; à ſenſibili
bus moueri: ſiquidẽ moue-
tur. At vero ſi mouet ipſa ſe
ipſam, & ipſa mouebitur vti
que. Quare ſi oĩs motus eſt
diſtãtia ab eo ꝙ mouetur ſm̃
ꝙ mouetur & anima extabit
vtiq; à ſubſtãtia ipſius ſm̃ ſe
ipſam, niſi ſm̃ accidens ſeip
ſam moueat, ſed eſt motus
ſubſtãtiæ ipſiꝰ per ſe. ¶ Qui Côme. 44.
dã aũt & mouere aĩam dicũt
corpꝰ in quo ẽ, ſicut ipſa mo
uetur, vt Democr. ſimiliter
dicens Philippo comediarũ
didaſcolo, refert. n. Dedalũ
mobilẽ feciſſe ligneã Miner
uã effũdẽs argẽtũ fuſile. Simi
liter aũt & Democ. dicit, mo
tas. n. inq̃t indiuiſibiles ſphę
ras, ꝑpter id ꝙ aptę natę ſũt
nuſquã manere, cõtrahereq;
& mouere corpꝰ omne. Nos
autem interrogabimus, ſi &
quieſcere facit hoc idẽ, quõ
aũt faciet, difficile eſt aut im
poſsibile dicere. Omnino
autem non ſic videtur ani-
ma mouere animal, ſed per
voluntatẽ quãdã & intelle-

 ctum

Cõm. 45. ctum. ¶Eodẽ autẽ modo &
Thimæus phyloſophizat a-
nimam mouere corpus. In
eo enim quod eſt moueri
ipſam & corpus mouet,pro
pter id quod cõplexa eſt ad
ipſum. Cõſtitutam autẽ ex
elementis & diſpartitam ſm̃
harmonicos numeros,quate
nus cõnaturalẽ ſenſum har-
monię habeat,&vt omne fe
ratur ſm̃ cõſonantes motus.
Aſpectũ rectũ in circulũ re-
flexit,& diuidens ex vno in
duos circulos dupliciter co-
ordinatos: iterũ vnum diui
ſit in ſeptẽ circulos tanquã
eſſent cęli motus aię motus.
Cõm. 46. ¶Primũquidẽ igit̃ non bene
dicitur aĩam magnitudinem
eſſe: eam.n.quæ oĩs talẽ eſſe
vult, qualis eſt aliquãdo vo-
catus intellectꝰ. Nõ.n.velut
ſenſitiua eſt,neq; vt deſidera
Cõm. 47. tiua. ¶Harũ.n.motus nõ cir
culatio eſt.Intellectꝰ aũt vnꝰ
& cõtinuus ſicut & intelligẽ
tia eſt: intelligẽtia autẽ vt in
tellectualiã:hęc autẽ eo ꝙ cõ
ſequuntur vnũ, ſicut nume-
rus, ſed nõ ſicut magnitudo,
propter ꝙ quidẽ,neq; intelle
ctus ſic cõtinuus,ſed aut im-
partibilis,aut nõ ſicut magni
tudo aliqua continuus eſt.

Qualiter autẽ intelliget ma-
gnitudo, cũ ſit qualibet par-
tiũ ipſius: parte autẽ aut ſm̃
magnitudinẽ, aut ſm̃ pũctũ:
ſi oportet & hoc partẽ dice
re. Si quidẽ igit̃ ſm̃ pũctum:
hæc autẽ infinita, manifeſtũ
eſt, qm̃ nequaquã pertranſi-
bit.Si vero ſm̃ magnitudinẽ
multotiẽs & infinities intelli
get idẽ:videtur autẽ & ſemel
cõtingere. Si autẽ ſufficiens
quãlibet partiũ tangere,quid
oportet circulo moueri, aut
& omnino magnitudinẽ ha
bere. ¶Si autẽ neceſſariũ in Cõm. 48.
telligere toto circulo tangẽ
tem,quis eſt partibus tactus.
Amplius quõ intelliget par-
tibile impartibili, aut impar
tibile partibili.Neceſſarium
autẽ eſſe circulũ intellectum
hunc: intellectus enim mo-
tus intelligentia: circuli aũt
circulatio,ſiergo intelligẽtia
circulatio, & intellectꝰ vtiq;
erit circulꝰ: cũ hmõi circula
tio ſit intelligẽtia:ſemper aũt
aliquid intelliget,ſiquidẽ per
petua ſit circulatio.Practica
rum quidẽ.n.intelligentiarũ
termini ſunt: oẽs.n.alterius
cauſa ſunt, ſpeculatiuę autẽ
rõnibus terminant̃ ſimiliter.
Ratio autẽ oĩs diffinitio eſt,
aut



aut demonſtratio. Demon-
ſtrationes vero & à princi-
pio ſunt, & habet quodãmo
do finẽ ſyllm̃, aut cõcluſio-
nẽ,ſi aũt nõ cõcludãtur, ſed
nõ reflectũtur iterũ in prin-
cipiũ accipientes ſuper me-
dium & vltimũ recte proce
dunt, ſed circulatio iterũ in
principiũ reflectit. Diffini-
tiones aũt oẽs finitę ſũt. Am
plius aũt ſi eadem circulatio
multotiẽs eſt,oportebit mul
totiẽs intelligere idẽ. Adhuc
autẽ intelligẽtia aſſimilatur
cuidã ſtatui & quieti magis
quã motui,eodem autẽ mo-
Cõm. 49. do & ſyllm̃.¶At vero neque
beatũ ꝙ nõ facile,ſed violen
tũ.Si aũt eſt motus ipſius nõ
ſubſtãtia, extra naturã vtiq;
mouebit. Laborioſum autẽ
eſt cõmiſceri aĩam corpori,
nec poſſe abſolui. Et adhuc
fugiẽdũ ſiquidẽ melius eſt in
tellectui nõ cũ corpore eſſe,
quemadmodũ & cõſuetum
Cõm. 50. eſt dici,& multis videt̃.¶Im
manifeſta aũt & circulo fer-
ri cęlũ cauſa.Neq;.n.aię ſub
ſtãtia cauſa circulariter ferri
ſed ſecundũ accidẽs ſic mo-
uet̃. Neq; corpus cauſa, ſed
aĩa magis illi. At vero neque
quia melius dicitur,& opor-

tebat propter hoc Deum fa
cere circulariter ferri aĩam,
quia dignius ſit ipſi moueri
quã manere, moueri aũt ſic
quã aliter. ¶Quomodo aũt Cõm. 51.
huiuſmodi intẽtio eſt alteris
rationibus magis ꝓpria, hãc
quidẽ dimittamus nũc. Illud
aũt inconueniens accidit &
huic rationi & pluribus quę
de aĩa,copulãt.n. & ponunt
in corpꝰ aĩam nihil determi
nãtes pp quã cauſam,& quo
modo habẽte corpe.¶Et tñ Cõm. 52.
videtur hoc vtiq; neceſſariũ
ineſſe pp.n.cõmunitatẽ hoc
aũt patit̃, & hoc quidẽ mo-
uet, illud aũt mouet̃. Horũ
aũt nihil ineſt ad inuicẽ qui
buſcunq;.¶Hi aũt ſolum co Cõm. 53.
nant̃ dicere quale qd ſit aĩa.
De ſuſcepto aũt corpore ni
hil adhuc determinatũ: tan-
quã cõtingens ſit ſm̃ Pytha
goricas fabulas quãlibet ani
mã quodlibet corpꝰ ingredi.
Videt̃.n. vnũquodq; ꝓpriã
habere ſpeciẽ & formam. Si
mile itaq; aliqui dicunt,ſicut
ſi aliquis dicat tectonicam
in fiſtulas ingredi. Oportet
.n.artẽ quidem vti organis,
aĩam aũt corpore.¶Alia aũt Cõm. 54.
quędã opinio tradita eſt de
aĩa, credibilis quidẽ multis,


&

& neq; vna minor his, quæ
dictæ ſunt:rationes autē tan
quā directiuas præbens, &in
cōmuni factis rationibꝰ, har
moniā enim quandā dicunt.
Cõm. 55. ¶ Etenim harmoniam tēpe
ramentū & cōpoſitionē eſſe
contrariorū, & corpus cōpo
ni ex cōtrarijs. Et quidē har-
monia quędā ratio cōpoſito
rū eſt, aut cōpoſitio: aīam aūt
neutrū poſsibile eſt eſſe ho-
rum. Amplius autē mouere
nō eſt harmoniæ, aīæ autem
Cõm. 56. attribuunt hoc oēs. ¶ Con-
gruit autē magis de ſanitate
dicere harmoniā, & oīno de
corporeis virtutibus quā de
aīa. Manifeſtū autē, ſi aliquis
tentauerit reddere paſsiones
& opera aīæ harmonia qua-
dam: difficile.n.eſt adaptare.
Cõm. 57. ¶ Amplius autē dicimus har
moniam in duo reſpicientes
maximè quidē propriā ma-
gnitudinū in habētibus mo-
tū, & poſitionem cōpoſitio
nē ipſarū, cum ſic cōgruant
vt nullū congeneum præter
mittatur. Hinc autē & eorū
quæ cōmiſcentur rōnē. Neu
tro quidē igit̄ modo rōnabi-
le. Cōpoſitio autē partiū cor
poris multum inueſtigabilis
eſt. Multæ.n. cōpoſitiones
partiū & multipliciter ſunt.
Cuius igitur & qūo cōgruit
accipére intellectū cōpoſitio
nē eſſe, aut & ſenſitiuū & ap
petitiuū. ¶ Siſr autē & incon Cõm. 58.
ueniēs & rōnē mixtionis eſſe
aīam. Non.n. eandē habet ra
tionē cōmixtio elementorū,
ſm̄ quam caro, & ſm̄ quam
os, accidit igitur multas aīas
habere, & ſecūdū omne cor
pus, ſiquidē oīa ex elemētis
cōmixtis ſunt, cōmixtionis
autē ratio harmonia aīa. ¶ In Cõm. 59.
ueſtigabit autē hoc vtiq; ali-
quis ab Empe. vnūquodque
.n. horū rōne ī quadā dicit eſ
ſe: vtrū igit̄ hęc rō aīa eſt, aut
magis alterū aliqd, cū ſit in
partibus. Amplius aūt vtrū
cōcordia cuiuslibet mixtio-
nis cauſa, aut eius quæ ſm̄ ra
tionē. Et hoc vtrū rō eſt, aut
alterū aliquid pręter rōnem.
¶ Hæc qdē igitur hn̄t hmōi Cõm. 60.
dubitationes. Si vero alterū
eſt â mixtione aīa, quid igit̄
carni eſſe intermittitur, &
alijs ptibꝫ aīalis. Adhuc autē
ſiquidē nō vnaquæq; partiū
habet aīam, ſi nō eſt aīa ratio
cōpoſitionis, quid eſt ꝑpter
ꝙ corpus corrūpitur aīa de-
ficiente. ¶ Quod quidē igit̄ Cõm. 61.
nō harmoniam poſsibile eſt





eſſe aīam, neq; circulariter
moueri manifeſtū ex dictis,
ſm̄ accidēs autē, moueri eſt,
& mouere ſeipſam, vt moue
ri quidē in quo eſt: hoc autē
moueri ab aīa: animaliter aūt
nō eſt poſsibile moueri ſm̄
Cõm. 62. locū ipſam. ¶ Rationabiliū
aūt dubitabit vtiq; aliquis de
ipſa tanquā quę mouetur ad
hmōi cōſiderans: dicimus.n.
aīam triſtari, gaudere, confi-
dere, timere. Amplius autē
iraſci, & ſentire, & intellige
re. Hæc autē oīa motus eſſe
videntur, vnde opinabitur
aliquis ipſam moueri. ¶ Hoc
Cõm. 63. autē non eſt neceſſe. Si enim
& quā maximè gaudere, aut
dolere, aut intelligere, motus
ſunt, & vnūquodq; moueri
aliquid, moueri autē eſt ab
anima, vt iraſci, aut timere
eo quod cor hoc modo mo
uetur. Intelligere autem
huiuſmodi forſitan alterum
aliquod. Horum autem acci
dunt alia quidem ſecundum
loci mutationem quorun-
dam modorum: alia verò ſe-
cundum alterationē, qualia
autem & quomodo alterius
Cõm. 64. rationis eſt. ¶ Dicere autem
iraſci animā ſimile eſt, & ſi
aliquis dicat eam texere vel
edificare, melius enim fortaſ
ſis eſt nō dicere animam mi
ſereri aut adiſcere, aut intel-
ligere, ſed hominem anima.
Hæc autem non tanquam
motu in illa exiſtente, ſed
aliquando quidem vſque ad
illam, aliquando quidem ab
illa, vt ſenſus quidem ab his:
reminiſcentia vero ab illa,
motus qui ſunt in ſenſibili-
bus organis, aut quies. ¶ In- Cõm. 65.
tellectus autē videtur in fieri
ſubſtantia quædam exiſtens
& non corrumpi. Maximè
autem corrumperetur vti-
que ab ea, quæ eſt in ſenio
debilitate. Nunc autem for
tè quemadmodum in ſenſi-
tiuis accidit. Si enim acci-
piat ſenior oculum iuuenis,
videbit ſicut & iuuenis, qua
re ſenium non eſt in ſubſti-
nendo aliquid anima, ſed
in quo, ſicut in ebrietatibus
& infirmitatibus. Intellige-
re igitur & conſiderare mar
ceſcunt alio quodam inte-
rius corrupto, ipſum autem
impaſsibile eſt.
¶ Intelligere autem & ama Cõm. 66.
re, & odire non ſunt illius
paſsiones, ſed huius haben-
tis illud, ſecundum quod
illud habet. Quare &

hoc corrupto, non reminiſ-
citur, neque amat, non enim
illius erant ſed communis,
quod quidem deſtructũ eſt,
intellectus autẽ fortaſsis di-
uinũ aliquid & impaſsibile
eſt, quod quidẽ igitur nõ ſit
poſsibile moueri animã, ma
nifeſtum ex his. Si autẽ peni
tus non mouetur, manifeſtũ
quoniam neque à ſeipſa.
Cõmẽ. 67. ¶ Multum autem ijs quę di
cta ſunt irrationabilius, dice
re animam eſſe numerũ ſeip
ſum mouentẽ. Inſunt enim
his impoſsibilia, prima qui-
dẽ quæ ex ipſo moueri acci
dũt, propria autẽ ex eo quod
dicunt ipſam eſſe numerum
quomodo enim oportet in-
telligere vnitatem motam,
& à quo, & quomodo im-
partibilem & indifferentem
exiſtentem. Si nãque eſt mo
ta & mobilis, differre opor-
Cõmẽ. 68. tet. ¶ Amplius quomodo di
cunt lineam motam planũ
facere, punctum autẽ lineã,
& vnitatũ motus lineę erũt.
Punctum autem vnitas eſt
poſitionem habens. Nume-
rus autem animæ iam alicu-
bi eſt, & poſitionem habet.
Amplius autem à numero ſi
auferat aliquis numerũ aut
vnitatẽ, relinquitur alius nu
merus. Plantę autem & ani-
maliũ multa diuiſa viuũt, &
videntur eandẽ habere ani- Cõmẽ. 69.
mã ſpecie. ¶ Videbitur autẽ
vtiq; nihil differre dicere vni
tates, aut corpora parua. Et
nãque ex Democriti ſphęris
ſi fiant pũcta, ſolum aũt ma-
neat quantitas, erit aliquid
in ipſo. Hoc quidẽ mouens:
illud aũt ꝙ mouetur, ſicut in
magnitudine. Nõ enim pro-
pter hoc ꝙ eſt magnitudine
differre, aut paruitate acci-
dit quod dictum eſt, ſed quia
quãtum. Vnde neceſſe eſt ali
quid eſſe motiuum vnitatũ.
Si autẽ in animali quod mo-
uens aĩa & in numero, quare
non mouens & quod moue
tur eſt anima: ſed mouens ſo
lum. ¶ Contingit autẽ quo- Cõmẽ. 70.
dãmodo hanc vnitatem eſſe
oportet enim ipſi ineſſe quã
dam differentia ad alias. Pũ-
cti autem ſolitarij, quæ vtiq;
differẽtiã erit, niſi poſitio. Si
q̄dẽ igitur ſunt altere in cor
pore vnitates & pũcta, in eo
dẽ erũt vnitates, obtinebit. n.
locũ pũcti, tamẽ & quid pro
hibet in eodẽ eſſe, ſi duæ sũt
& infinitas. Quorum enim
locus eſt indiuiſibilis, & ipſa
¶ Si



Cõm. 71. ¶ Si autem in corpore pun-
cta numerus aĩæ, aut ſi qui
eorum qui in corpore pun-
ctorũ numerus anima, quare
non omnia habent aĩam cor
pora? puncta enim in omni-
bus videntur eſſe & infinita.
Amplius aũt quomodo poſ
ſibile eſt ſeparari puncta &
abſolui à corporibus, ſiqui-
dem non diuiduntur lineę
Cõm. 72. in puncta. ¶ Accidit autẽ ſi-
cut diximus, ſiquidem dice-
re corpus quoddã ſubtilium
partium ipſam ponentibus,
ſic autẽ ſicut Democritus di
cit ab anima moueri, pro-
priũ inconueniens. Si enim
eſt anima in omni eo quod
ſentit corpore, neceſſe duo
in eodẽ eſſe corpora, ſi cor-
pus aliquod aĩa. Numerũ aũt
dicentibus in vno pũcto pũ
cta multa, aut omne corpus
aĩam habere, niſi quidã nu
merus differens fiat, & alius
ab his quæ in corpore pun-
Cõm. 73. ctis. ¶ Accidit autẽ animal
moueri à numero, ſicut &
Democritꝰ dixit ipſum mo
uere. Quid enim eſt differrę
dicere ſphæras paruas, aut
vnitates magnas, aut omni-
no vnitates ferri. Vtrobique
.n. neceſſe eſt mouere aĩal
in eo quod mouentur ipſę.
¶ Complectẽtibus igitur in Cõm. 74.
vnũ numerum & motũ, hęc
quidẽ accidũt & multa alia
huiuſmodi. Nõ enim ſolum
diffinitionẽ animæ impoſsi
bile eſt huiuſmodi eſſe, ſed
& accidens. Manifeſtum eſt
aũt ſi quis argumẽtauerit ex
ratione hac paſsiones & ope
ra animæ reddere, vt cogita
tiones, ſenſus, lętitias, triſti-
tias, & quęcunque alia huiuſ
modi, ſicut. n. diximus prius
neque diuinare eſt facile ex
ipſis. ¶ Tribus aũt modis tra Cõm. 75.
ditis ſecũdum quos diffiniũt
animã. Alij quidẽ maxime
motũ enunciauerunt in mo
uendo ſeipſam. Alij autem
corpus ſubtiliſsimũ, aut in-
corporaliſsimũ aliorũ. Hæc
autem quas dubitationes &
ſubcontrarietates habẽt, prę
teriuimus fere. Relinquitur
autem conſiderare quomo-
do dicitur ex elementis: ip-
ſam eſſe. Dicunt enim qua
tenus ſentiat ea quæ ſunt, &
vnunquodque cognoſcat.
¶ Neceſſarium autem eſt Cõm.
accidere multa & impoſsibi 76.
lia rationi. Ponũt enim cog-
noſcere ſimile ſimili, tanquã
ac ſi animam res ponentes.
Non

Non ſunt autem hæc ſola, multa vero & alia. Magis autem fortaſsis infinita numero, quæ ſunt ex his.

Cõm. 76. ¶ Ex quibus igitur eſt vnũquodque horum cognoſcere animam & ſentire, ſed compoſitum non cognoſcet, neq; ſentiet, vt quid Deus, aut homo, aut caro, aut os. Similiter autẽ quodlibet aliud cõpoſitorum. Non enim quolibet modo ſe habentia elementa horum vnũquodque, ſed ratione quadam & compoſitione, ſicut Empedocles dicit os, Terra autem bene apta in bene amplis receptaculis duas ex octo partibus ſortita eſt: quatuor autem vulcani, oſſa autẽ alba ſunt. Nihil igitur profectus eſt elementa in anima eſſe, niſi & rationes inerunt & compoſitio. Cognoſcet enim vnumquodque ſimile. Os autem aut hominem nihil, niſi & hæc inerunt. Hoc autem quod impoſsibile ſit, nihil oportet dicere. Quis enim dubitabit ſi inerit in anima lapis aut homo: ſimiliter autem & bonum, & nõ bonum, eodem modo & de alijs?

Cõm. 77. ¶ Amplius autem cum multipliciter id quod eſt: ſignificat enim aliud quidẽ hoc aliquid: aliud autem quantitatem, aut qualitatem, aut & quoddam aliud diuerſorum prædicamentorum, vtrum ex omnibus erit anima, aut non, ſed non videntur communia omnium eſſe elemẽta. Si igitur quæcunque ſubſtantiarum ſunt ex his ſolũ, Quomodo igitur cognoſcet & aliorum vnũquodq;? aut dicet vniuſcuiuſque generis eſſe elementa & principia propria, ex quibus animam cõſtare. Erit ergo qualitas, & quantitas, & ſubſtantia, ſed impoſsibile eſt ex quantitatis elemẽtis eſſe ſubſtantiam & non quantitatẽ. Dicentibus itaque ex omnibus, hæc, & huiuſmodi alia accidunt.

¶ Inconueniens Cõm. 79. autem eſt dicere quidẽ impaſsibile eſſe ſimile à ſimili, ſentire autem ſimile ſimili, & cognoſcere ſimile ſimili: ſentire autem pati aliquid, & facere, & moueri ponunt: ſimiliter autem cognoſcere & intelligere. Multas autem dubitationes, & difficultates habẽte ipſo dicere, ſicut Empedocles, quod corporeis elementis

mentis



mentis ſingula cognoſcuntur, & ad ſimile teſtatur, qđ nunc dictum eſt. Quæcunque enim inſunt in animalium corporibus ſimpliciter terræ, vt oſſa, nerui, pili, nihil ſentire videtur, quare neque ſimilia, & tamen conueniret.

Cõm. 80. ¶ Amplius autẽ vnũquodque principiorum ignorãtia plurimum quam intelligẽtia exiſtet, cognoſcet quidem enim vnum quodlibet, multa autem ignorabit, omnia enim alia. Accidet autem & Empedocli inſipientiſsimum eſſe Deum. Solus enim elementorum vnum non cognoſcet diſcordiam, mortalia autẽ omnia. Ex omnibus enim vnũquodque eſt.

Cõm. 81. ¶ Omnino autẽ propter quam cauſam non omnia habent animam, quæ ſunt. Quoniam omnia aut elementum, aut ex elemento, aut vno, aut pluribus, aut omnibus. Neceſſe enim eſt vnum aliquod cognoſcere, aut quędam, aut omnia.

Cõm. 82. ¶ Dubitabit autem vtiq; aliquis, & quid eſt vnũ faciens ipſa. Materiæ enim comparantur elementa. Maximẽ autẽ propriũ eſt illud continens quodcunque eſt. Anima autẽ aliquid eſſe melius & antiquius impoſsibile eſt: impoſsibilius autem adhuc intellectu. Rationabiliſsimum autem eſſe hunc nobiliſsimum, & diuinũ ſecundũ naturam. Elementa autem dicunt eſſe prima entium.

¶ Omnes autẽ, & qui Cõm. 83. ex eo quod cognoſcit & ſentit anima, quæ ſunt, ex elementis dicunt ipſam, & qui maximẽ motiuum non de omni dicunt anima. Neque enim ſenſitiua oĩa motiua. Videntur enim eſſe quædã animalium mouentia ſecundum locum, & tamen videtur hoc ſolo motu mouere anima animal. Similiter autẽ & quicũq; intellectiuum, & ſenſitiuum ex elementis faciunt. Videntur enim plantæ viuere, non participantes loci mutatione, neque ſenſu, & animalium multa intelligentiam non habere.

¶ Si Cõm. 84. autẽ aliquis & hæc ſegregauerit: poſueritq; intellectũ partem aliquam animæ, ſimiliter autem & ſenſitiuum, neque vtique ſic dicet de omni anima, neque de tota, neque de vna. Hoc autem ſubſtinuit,

nuit,

nuit, & quæ eſt in orphani-
cis vocatis carminib⁹ ratio.
Dicit enim animá ex toto
ingredi reſpirátibus quæ fer
tur â ventis. Nõ poſsibile ita
que plantis hoc accidere, ne
que animalium quibuſdam,
ſiquidem nõ omnia reſpirát
Cõm. 85. ¶ Hoc autem latuit ſic opi-
nantes. Si vero ex elementis
animam facere oportet, ni-
hil oportet ex omnibus. Suf
ficiens enim eſt altera pars
contrarietatis ſeipſam diju-
dicare & oppoſitam. Recto
enim & ipſum & obliqúum
cogniſcimus. Iudex enim
vtrorunque canon eſt recto:
Obliquum autem neque ſui
Cõm. 86. ipſius, neque recti. ¶ Et in to
to autẽ quidã ipſam miſceri
dicũt. Vnde fortaſsis & Tha
les opinatus eſt oĩa eſſe ple
na dijs. Hoc autẽ habet quaſ
dã dubitationes, ꝓpter quã
enim cauſam in aëre, aut in
igne aĩa cum ſit, nõ facit ani
mal in miſtis aũt, & hęc in il
lis melior eſſe putata. Quæ-
ret enim vtiq; aliquis quã ob
cauſam quæ in aere anima,
ea quæ in animalibus melior
& immortalior, accidit autẽ
vtrobique in conueniens &
Cõm. 87. irrationabile. ¶ Et namque

dicere animã ignem, aut ae-
rem magis irrationabilium
eſt, & non dicere animalia,
cum anima inſit, inconue-
niens eſt. ¶ Opinari autẽ vi- Cõm. 88.
detur animã eſſe in his, quo
niã totũ cũ partib⁹ ſimilis ſpe
ciei, quare neceſſariũ ipſis di
cere animá & ſimilis ſpeciei
partibus eſſe, ſi q̃a intercipit
aliq̃d cõtinetis in animalib⁹
aĩata animalia fiunt. Si autẽ
aer quidem diſcerptus ſimi-
lis ſpeciei, anima autem diſsi
milis partis. Hæc quidem ali
quid ipſius exiſtet videlicet,
aliud autem non exiſtet. Ne
ceſſe eſt igitur ipſam ſimilis
partis eſſe aut nõ ĩeſſe in qua
liber parte omnis. Manifeſtũ
igitur ex dictis eſt, quod ne-
que cognoſcere ineſt animę
propter id, quod ex elemen
tis, neque moueri ipſam be-
ne, neque vere differentiæ.
Quomodo autem cognoſ-
cere animæ & ſentire, & opi
nari, adhuc autem concupiſ
cere & deliberare, & omni-
no appetitus. ¶ Fit autẽ & Cõm. 89.
ſecundum locum motus ab
anima in aĩalibus. Adhuc
autem & augmentum, & ſta
tus, & decrementũ, vtrũ toti
aĩę vnũquodq; horũ inſit &
omni



omni, & intelligimus & ſen
timus, & aliorum vnũquod
que facimus & patimur, aut
partibus alteris altera. Et vi-
uere igitur, vtrum in aliquo
horum ſit vno, aut pluribus,
aut in omnibus, aut in alia
Cõmẽ. 90. aliqua cauſã. ¶ Dicunt ita-
que quidam partibilem ip-
ſam, & alio autem intellige-
re, alio quidem concupiſce-
re. Quid igitur continet ani
mam, ſi partibilis eſt apta na
ta. Non enim vtique corpus:
videtur enim contrarium
magis anima corpus conti-
nere. Egrediente enim expi-
rat & marceſcit. Si igitur al-
terum aliquid vnam ipſam
facit, illud maximè vtique
erit anima. ¶ Oportebit au
Cõmẽ. 91. tem iterum & illud quęrere
vtrum vnum, aut multarum
partium ſit. Si quidem vnũ
eſt, propter quod non mox
& anima vnum, ſi vero di-
uiſibile iterum ratio quæret
quid eſt continens, & ſic vti
que procedet in infinitum.
Cõmẽ. 92. ¶ Dubitabit autem aliquis
& de ipſius partibus, quam
poſitionem habet vnaqueq;
in corpore, ſi enim tota ani-
ma omne corpus continet,

conuenit & partium vnam-
quanque continere aliquid
corporis. Hoc autem aſsimi
latur impoſsibili. Qualem
enim partem, aut quomodo
intellectus continebit, grauê
eſt & fingere. Dicuntur au- Cõmẽ. 93.
tem plantæ viuere diuiſę, &
animalium quædam inciſo-
rum tanquam eandem habẽ
tia animam ſpecie, & ſi non
numero, vnaquęque quidẽ
enim partium ſenſum habet
& mouetur ſecundum locũ Comẽ. 94.
in quoddam tempus. ¶ Si au
tem non permanet, nullum
inconueniens eſt. Inſtrumẽ
ta enim non habent quibus
ſaluent naturá, ſed nihil mi-
nus in vtraq; partiũ oẽs ine-
xiſtunt partes aĩę, & ſimilis
ſpeciei ſunt adinuicem & to
ti. Adinuicem quidem, ſicut
quæ nõ ſeparabiles ſunt. To
ti autẽ animæ tanquam indi Comẽ. 95.
uiſibili exiſtente. ¶ Videtur
aũt & quę in plantis aĩa prin
cipium quoddã eſſe. Hac. n.
ſola cõmunicant & aĩalia &
plantę. Et ipſa quidem ſepa
ratur à ſenſibili principio,
ſenſum autem nullum ſine
hac habet.

¶ Finis Libri primi.

LIBER

# LIBER SECVNDVS.

## ¶ Quid eſt anima in communi. Cap. I.

Cõm. 1 CVm igitur quæ
à prioribꝰ tradi
ta ſunt de aĩa di
ctaſint. Iterũ aũt
tanquã ex prin-
cipio redeamus tentantes de
terminare quid eſt anima,
& quæ vtiq; erit cõmuniſſi-
Cõmẽ. 2. ma ratio ipſius. ¶ Dicimus
itaque vnum quoddam ge-
nus eorũ, quæ ſunt ſubſtan-
tiam. Huius autem aliud qui
dem ſicut materiam, quæ ſe
cundum ſe quidẽ nõ eſt hoc
aliquid, aliud autẽ ſicut for-
mam & ſpeciem, ſecundum
quã dicitur iam hoc aliquid,
& tertium ꝙ ex his. Eſt au-
tem materia quidẽ potentia,
ſpecies autem entelechia. Et
hoc dupliciter, hoc quidem
ſicut ſcientia, illud aũt ſicut
Cõmẽ. 3. cõſiderare. ¶ Subſtantiæ au-
tẽ maxime eſſe vniuerſaliter
corpora & horum phyſica:
hæc enim aliorũ principia.
Phyſicorũ autem alia quidẽ
habent vitam, alia autẽ non
habent: vitam autem habere
dicimus id, quod per ſeip-
ſum alimentũ, & augmentũ,
& decremẽtum habet. Qua
re omne corpus phyſicum
participans vita ſubſtantia
erit. Subſtantia autẽ ſic ſicut
cõpoſita. ¶ Quoniam autẽ Cõmẽ. 4.
eſt corpus & huiuſmodi vi-
tam habens, non vtique erit
corpus anima. Non eſt enim
eorum quæ in ſubiecto cor-
pus. Magis autem ſicut ſub-
iectum & materia eſt. Neceſ
ſe eſt ergo animam ſubſtan
tiam eſſe, ſicut ſpeciem cor-
poris phyſici potentia vitã
habentis. ¶ Subſtãtia autem Cõmẽ. 5.
actus & perfectio eſt, huiuſ-
modi igitur corporis actus
eſt. Hic autẽ dicitur duplici
ter. Alius quidẽ ſicut ſcien-
tia. Alius autem ſicut conſi-
derare. Manifeſtum ergo, ꝙ
anima eſt actus ſicut ſciẽtia:
inexiſtẽtium. n. animam, &
ſomnus, & vigilia eſt, propor
tionale autem vigilantia qui
dem ipſi conſiderare. Sõnus
autem ipſi habere & nõ ope
rari.



Cõmẽ. 6. rari. ¶ Prior autem genera-
tione in eodem ſcientia eſt.
Vnde anima eſt actus primꝰ
corporis phyſici potentia vi
tam habẽtis. Tale autẽ quod
cunque organicum. Organa
autem & plantarum partes
ſunt, ſed penitus ſimplices,
vt folium fructiferi cooperi
mentum. Fructiferum autẽ
fructus. Radices vero ori ſi-
miles ſunt: vtranque. n. tra-
Cõmẽ. 7. hunt alimentum. ¶ Si autẽ
aliquid cõmune in omni ani
ma oportet dicere: erit vti-
que primus actus corporis
phyſici organici. Vnde non
oportet quærere, ſi vnum eſt
anima & corpus, ſicut neq;
cera & figura, neq; omnino
vniuſcuiuſque materia, & id
cuius materia eſt: vnũ enim
& eſſe, cum multipliciter di
cantur, qđ propriè eſt actus
Cõmẽ. 8. eſt. ¶ Vniuerſaliter quidem
igitur dictũ eſt quid ſit ani-
ma. Subſtantia enim eſt, quę
ſecundum rationem. Hæc
autem eſt quod quid erat hu
iuſmodi corporis, ſicut ſi ali
quod organorum phyſicũ
eſſet corpꝰ, vt dolabra. Erat
quidem. n. dolabrę eſſe ſub-
ſtantia ipſius, & anima hæc.
Diuiſa autẽ hac nõ vtiq; am
plius dolabra erit, ſed aut æ-
quiuocè, nunc autem eſt do
labra. Non. n. huiuſcemodi
corporis quod quid eſt eſſe,
& ratio anima, ſed phyſici
huiuſcemodi habentis in ſe-
ipſo principium motus &
ſtatus. ¶ Conſiderare autem Cõmẽ. 9.
in partibus oportet quod di
cẽdum eſt. Si enim eſſet ocu
lus aĩal, aĩa vtiq; ipſius viſus
eſſet. Hic enim ſubſtãtia eſt
oculi, quæ eſt ſecundum ra
tionem. Oculus autem ma-
teria viſus eſt, quo deficien-
te non eſt adhuc oculus, niſi
æquiuocè, ſicut lapideus aut
depictus. Oportet igitur ac-
cipere quod eſt in parte in
toto viuente corpore; pro-
portionaliter nanq; ſe habet
ſicut pars ad partẽ, totus ſen
ſus ad totum corpus ſenſiti
uum ſecundum quod huiuſ
modi. ¶ Eſt autem non abij Cõmẽ. 10.
ciens animam potentia ens,
vt viuat, ſed quod habẽs. Se-
men autẽ & fructus potentia
huiuſmodi corpus eſt. Sicut
quidem igitur inciſio & vi-
ſio, ſic & vigilantia actus, vt
autem viſus, & potentia or-
gani anima. Corpus autem
quod

quod potentia eſt, ſed ſicut
oculus eſt pupilla & viſus,
ita anima & corpus animal.
Cõmẽ. ¶ Quod quidẽ igitur nõ ſit
11. anima ſeparabilis â corpore
aut partes quędam ipſius, ſi
partibilis apta nata eſt nõ im
manifeſtum eſt. Quarundá
enim actus partium eſt ipſa-
rum. At vero ſecundũ quaſ
dam nihil prohibet propter
id, ꝙ nullius corporis ſunt
actus. Amplius autẽ inmani
feſtum, ſi ſit corporis actus
anima, ſicut nauta nauis. Fi-
guraliter quidem igitur ſic
determinetur & deſcribatur
de anima.

¶ Summa huius capituli
hæc eſt.

Inten
tio.
INtandũ eſt de
terminare quid
eſt anima, & quę
vtiq; erit cõmu-
niſsima ratio ip-
ſius

Prima Eorum quę ſunt vnum genus
diuiſio dicimus ſubſtantiam.
2. diui Subſtantię alia materia, alia
ſio. forma, & tertia quæ ex his eſt.
differẽ Materia ſecundum ſe non eſt
tia. hoc aliquid, ſecundum formam
eſt hoc aliquid, materia eſt po-
tentia, forma eſt entelechia, id
eſt actus.

Actus alius ſicut ſcientia, alius 3. diui
ſicut cõſiderare. ſio.
Corpora & horum phyſica ma Diui-
ximè videntur eſſe ſubſtãtię, pro ſio du-
batur ſecũda pars à poſteriori, plex
quia hæc aliorum ſunt princi- Impli-
pia. cite.
Corporum phyſicorum alia ha 6. diui
bent vitam, alia non. ſio.
Omne corpus phyſicum parti Corre
cipans vitã, ſubſtantia eſt com- lariũ
poſita. 1. con-
Anima non eſt corpus, ſed ſub cluſio.
ſtãtia ſicut ſpecies corporis phy
ſici potẽtia vitã habentis, proba
tur ex vi reſolutionis corporis
viui in corpus, & id ſecundum
quod huiuſmodi viuum eſt, de-
ſtruendo ex cõmunibus eam eſ
ſe corpus, quia corpus nõ eſt in
ſubiecto, quia eſt ſubiectum &
materia, & inferendo conſtru-
ctiue deinde reliquas partes cõ
cluſionis ex vi huius reſolutio-
nis, & diuiſionum pręcedentiũ,
& differentiarũ aſsignatarum.
Anima eſt corporis phyſici po 2. con-
tentia vitam habentis actus pri cluſio.
mus, probatur vltima pars, prop
ter cuius additionem repetita
eſt tota concluſio à poſteriori
ſuppoſita diſtinctione act⁹, quia
inexiſtente anima vterq; actus
habetur, & ille qui eſt vt ſomn⁹
& ſcientia, prior eſt ordine ge-
nerationis in eodem.
Anima eſt actus primus corpo 3. con-
ris phyſici organici, declaratur cluſio.
vltima pars oſtendendo à poſte
riori quodcunque corpus vitã





habens eſſe organicũ, quia par
tes plantarum organa ſunt.
Corre Non oportet quærere ſi vnũ
laria. eſt anima & corpus, neque om
nino materia, & id cuius eſt ma
teria, probatur à priori, qa vnũ
& eſſe quũ multipliciter dica-
tur, qđ propriè eſt, actus eſt.
4. Con Anima eſt ſubſtãtia ſecundũ
cluſio. rõem, & quod q d erat eſſe hu
ius corporis declaratur dupli-
citer. Primo in artificialibus,
& ex ficta in eis ſimili condi-
tione, & ex oppoſita de facto
eorum cõditione. Secundo in
partibus animalis: quia propor
tionaliter ſe habet totus ſenſus
ad totum corpus ſenſitiuum in
quantum huiuſmodi, & pars ad
partem: modo autem ſi oculus
eſſet animal, viſus qui eſt ſub-
ſtantia, & quod quid erat eſſe
oculi, & quo deficiente non re
manet oculus, niſi æquiuoce
eſſet eius anima, ergo, &c.
5. cõcl. Corpus organicũ eſt poten-
tia vitá habens, non abijciens
animam, ſed habens animã, de-
claratur ſecunda pars ex diffe
rentia ad ſemen & fructũ. Ter
tia verò ex differẽtia inter a-
ctum vt vigiliam & ipſam ani-
mam in eſſe actus. Prima vero,
quia corpus eſt potentia: ani-
ma vero & corpus eſt animal,
ſicut oculus, pupilla, & viſus.
Corre Anima ſecundũ quas partes
larium non eſt ſeparabilis à corpore,
ſecundum quaſdam vero nihil
prohibet, probatur à priori,

quia ſecundum quaſdam eſt a-
ctus corporis, & ſecundũ quaſ
dam non.
Aĩa an ſit act⁹ corporis, ſicut Reli-
nauta nauis, immanifeſtũ eſt. quum.

Series autem hæc eſt.

INtendens Ariſtot.
iuxta propriã opi-
nionem determina
re de anima. primo,
&c. In hoc capitulo intendens
diffinire animam in communi
intẽtionem præmittit, qua ſol
uit quæſtionem motam in pri-
mus text. 9. an prius de anima,
aut de partibus eius agendum
ſit, vt ſatis faciat quæſtionibus
motis in primus text. 6. vtrum
anima ſit ſubſtantia, & vtrum
actus vel potentia à ſex diui-
ſionibus incipit annexa ſecun
dæ diuiſioni differẽtia duplici
membrorũ, & vltime adiuncto
correlario, quod eſt fundamen
tum inueſtigationis diffinitio-
nis animæ: ſecundo diffinitio
nem tribus concluſionibus in
ueſtigat, & concludit, adiuncta
correlariæ excluſione cuiuſ-
dam quæſtionis mote in pri-
mo tex. 90. 91. Tertiò duabus
concluſionibus declarat duas
particulas diffinitionis, prima
quòd eſt ſpecies, & quod quid
erat eſſe talis corporis, ſecun-
da quomodo corpus tale ſit po-
tentia vitam habens. Quarto
correlariè ex omnibus dictis

ſoluit in communi quæſtionē tactam in primo tex. 12. & ſubdit adhuc ignotam eſſè queſtionem tactam in primo de anima, an ſcilicet ſit act⁹ vt nauta.

Tex. 2 Circa tertiam diuiſionem nota, quòd dupliciter intelligi poteſt. Primò vt actus diſtinguatur in primum & ſecundū id eſt, in formam & operationem, & ſit ſenſus diuiſionis, quòd actuum alius eſt forma, alius operatio, & hoc licet ſit verum, non eſt hic tamen intentum. Secundò, vt actus diuidatur in duplex genus formæ, ſ. formæ non ſemper operantis, & formæ ſemper operantis, & hoc eſt hic intentum: ita quòd ſenſus diuiſionis eſt: actuū alius eſt nō ſemper operans, alius eſt ſemper operās, & hunc ſenſum manifeſtè inſinuant verba textus, dum dicitur ſicut ſcientia, & ſicut cōſiderare, forma nanq; & actus ſicut ſcientia eſt, quę quandoque operatur, & quandoq; nō: forma autem & actus ſicut conſiderare ſemper operatur. Separata autem hæc diuiſio formas purę naturales ab alijs. Ille enim ſemper quātum eſt ex ſe operantur, vt patet de igne & cæteris: animalium autē formas experimur quandoq; quieſcere ab opere.

Tex. 3 Circa quartam & quintā diuiſionē nota tria. Primo ꝙ Ariſtot. quāuis duas ibidē diuiſiones innuat. ſ. ſubſtantiæ per corpoream & incorpoream, & corporis in naturale & nō naturale, quia tñ vtriuſq; diuiſionis reliquo mēbro nō egebat, maluit per modū concluſionis illas innuere, ſtabiliēdo corpora phyſica eſſe ſubſtātias, quia ex reſolutione corporis viui erat inueſtigatur⁹ aīam eſſe ſubſtātiam, vt patet in. 1. cōclu. Secundò ꝙ corpora ſunt triplicia, quædā naturalia, vt lignum quædā artificialia: vt domus, & quædā mathematicalia: vt ſphęra, & naturalia quidē ſunt ſubſtātiæ rōe materię & formæ: artificialia verò ſunt ſubſtātiæ ratione materiæ, & accidētia ratiōe formæ: mathematicalia verò quū à materia abſtrahant accidētia oīno ſunt ſecundū veritatē: & iccirco phiſica corpora maxime apparent ſubſtātię. Nota tertiò, ꝙ corpora phyſica ſunt aliorū principia, q̄a artificialiū quidē cauſæ ſunt, & in gn̄e cauſę materialis, quia ex naturalibus artes formant artificiata, & in gn̄e efficiētis, quia corporeæ tantū ſubſtantiæ artificialia fingunt, & in gn̄e cauſæ finalis, quia ſumus nos finis artificialiū oīum, vt dicitur in 2. phyſi. tex. 24. mathematicorū autē ſecundum eſſe cauſæ ſunt in gn̄e cauſę materialis, q̄a nō ſaluātur, niſi in materia ſenſibili, & in gn̄e cauſæ finalis, q̄a accidentia oīa corporalia ſunt propter ſubſtantias corporeas & quaſi in gn̄e cauſæ effectiue pro quanto per naturalē quandam reſultantiam ex ſubſtātiæ corporeæ natura fluit corpus de genere quantitatis.





tex. 4. Circa. 1. concluſionē nota, ꝙ cōcluſio illa habet quatuor partes, primā negatiuā. ſ. ꝙ nō eſt corpus, & tres affirmatiuas. ſ. ꝙ eſt ſubſtātia, & quòd ſpecies, & ꝙ corporis talis, &c. Et prima quidē manifeſtè in tex. probatur: reliquæ autē cōcluduntur hac vt reor rōne. Ex vi quidē reſolutionis corporis phyſici vitā participantis, quod ſtabiliuit eſſe ſubſtantiā, & reſoluit in duas partes. ſ. in corpus & hmōi vitā habēs. Excluſo ꝙ aīa nō eſt corpus: relinquitur per locū à diuiſione, ꝙ ſit reliqua pars, ſecundū quā corpus viuit ac per hoc ꝙ ſit ſubſtātia. Dictū eſt enim, ꝙ ſubſtātia cōpoſita ex ſubſtantijs cōſtat in ſecunda diuiſione, & cōſequēter ꝙ ſit ſicut ſpēs. i. forma, & quia ſubſtātia nō eſt niſi triplex, vt in. 2. diuiſiōe patet. Quia verò ſit talis corporis. ſ. phyſici potētia vitā habētis: partim habetur ex vi reſolutiōis, & partim ex adductis ad probandū primā partē huius cōcl. & partim ex differētia aſsignata inter materiā & formā. Ex vi quidē reſolutionis patet ꝙ corpus phyſicū eſt aliq̄d & habēs vitā. Ex adductis vero ꝙ eſt ſubiectum & materia aīæ. Ex differentia autem quòd eſt in potētia, quia materia eſt in potentia.

Tex. 5 Circa eandē concl. dubiū occurrit in probatiōe primæ partis. ſ. ꝙ aīa non eſt corpus, quia aīa eſt in ſubiecto: hoc. n. videtur eſſe contrarium ei, quod in p̄dicamentis dictū eſt. ſ. ꝙ cōe eſt omni ſubſtātiæ & partibus earū in ſubiecto nō eſſe. Si. n. omnibus ſubſtantijs conuenit, ergo & animæ, cuius oppoſitū hic dicitur. Dubiū

Ad hoc dicitur, ꝙ eſſe in ſubiecto æquiuocè ſumitur hic & ibi. Sumitur nanq; hic eſſe in ſubiecto cōiter ꝓ ineſſe, quō forma quæcunq; in alio recepta eſt in illo receptiuo: ibi verò pro ineſſe, quo aliquid eſt in aliquo, nō ſicut pars, & impoſſibile eſt eſſe ſine illo. Vnde vt in prædicamentis diffuſè declarauim⁹: eſſe in ſubiecto, vt ibi ſumitur, ſolummodo accidentibus conuenit, & nulli formæ ſubſtātiali. Tū ex ly aliquo, q̄a ſubiectū accidentis eſt aliquid quia eſt ens in actu: ſubiectū verò formę ſubſtātialis nec eſt q̄d, nec quantū, nec quale, quia eſt mā prima. Tū ex ly non ſicut pars, quia accidens non eſt pars alicuius compoſiti entis per ſe: forma verò ſubſtātialis eſt pars ſubſtātię cōpoſitę: eſſe vero ī ſubiecto, de quo hic eſt ſermo tot limitationes non requirit, ſed cōis ſumitur, & ideo

In añ. prædicamentis ſup ſecundā diuiſionē.

nulla eſt contradictio. Et hoc intendebat Auerr. in cõm. 4.

## ¶ V. recte Auerr. aſsignet differentiam inter formá ſubſtantialem & accidentalem. Quæſtio. 1.

¶ Circa ſecundã differentiam aſsignatã ab Auerroi in cõ. 4. inter ineſſe accidentis, & formæ ſubſtantialis dupliciter dubitatur. Primo qũo ſtet in doctrina ſua, ꝙ ſubiectum accidẽtis vniuerſaliter ſit ens actu, quũ dimenſiones interminate apud ipſum ſint in materia prima, vt patet in de ſubſtãtia orbis. Secundo quid ſit dictu, ꝙ ſubiectũ formæ ſubſtãtialis in quantũ ſubiectũ nõ eſt in actu quum enim nõ fruſtra addiderit illam ſpecificationẽ inquantum ſubiectũ, ſed vt inſinuaret, ꝙ intentio ſua eſt dicere, ꝙ differẽtia non conſiſtit in hoc, ꝙ ſubiectũ accidẽtis eſt ens actu: formæ verò eſt ens nõ in actu quod eſt pura potentia, ſed in hoc, quod ſubiectũ accidentis eſt in actu: ſubiectũ verò formę nõ eſt actu inquantũ ſubiectũ eſt nõ apparet quã differẽtiã ex hoc innuat. Id. n. quod eſt cõe omni ſubiecto, non eſt differẽtia inter ſubiectũ formę accidẽtalis & ſubſtantialis, ſed nõ eſſe actu inquãtũ ſubiectũ, cõe eſt omni ſubiecto: ergo nõ eſt ponẽda differẽtia inter ſubiectũ formæ ſubſtãtialis & accidentalis, patet minor. Tũ quia oẽ ſubiectũ cuiuſcunq; formę habet rõnem materiæ, inquantũ ſubijcitur, & potẽtiæ reſpectu illius. Tũ qa lignũ non eſt ſubiectũ caloris inquantũ eſt actu lignũ, ſed inquantũ eſt potẽtia calidũ: & ęs nõ eſt ſubiectũ figurę inquãtũ eſt actu æs, ſed in quantũ eſt in potẽtia ſtatua, vt patet in 3. phyſ. tex. 9.

Ad primũ horum dicitur dupliciter. Primo ꝙ ſermo Auer: eſt de oĩbus accidentibus terminatis, non autem determinatis: accidentia. n. interminata ſunt magis in genere potentiæ quã actus. Secundo dicitur, ꝙ ſat eſt præſenti propoſito ſaluare hanc differentiam particulariter hoc modo; ꝙ accidẽs quaſi omne, vel aliquod, requirit ſubiectum in actu: forma autem ſubſtantialis nulla requirit ſubiectum in actu, ergo ineſſe vnius differt ab ineſſe alterius quoad ſubiectum, & ſic non obſtat de dimenſionibus interminatis: & ſi qua ponantur alia accidentia in materia prima: prima tamen reſponſio videtur magis de intentione Auerrois.

Ad ſecundũ verò dicitur, ꝙ Auerrois addidit illam ſpecificationem ad oſtendendum neceſsitatem ſui dicti: forma enim ſubſtantialis & accidentalis conueniunt in duabus





ſubiecti conditionibus, ſcilicet & quod ſubiectum vtriuſque eſt in potentia reſpectu ipſius, & cõſequẽter neutrius eſt in actu, ſed differũt in hoc quod potentialitas, ad quã cõſequitur non eſſe in actu, diſsimiliter in vtriuſquè ſubiecto inuenitur, potentialitas ſiquidem ſubiecti formæ ſuſtantialis eſt pura, nec fundatur ſuper aliquem actum, vt patet in 5. phi. tex. & cõm. 8. quia eſt potentia materiæ primæ: potẽtialitas verò ſubiecti accidentis fundatur ſuper aliquod ens actu, puta hominem, lignũ, &c Et hoc intendebat Auerr. vt patet ex duobus. Primo quia expræſſe dicit, quod ſubiectũ accidentis, vt puta: lignum nõ indiget in ſuo eſſe accidente, ſubiectum verò formæ ſubſtãtialis indiget in ſuo eſſe ipſa forma, cuius eſt ſubiectũ & nõ habet eſſe in actu niſi per illã. Secundò ex eo quod ipſe nõ loquitur de eſſe in actu tali vel tali, vt obiectio ad oppoſitũ adducta ſupponit, ſed de eſſe in actu abſolute, & abſque determinatione aliqua. Aliud eſt enim loqui de eſſe vel nõ eſſe in actu, & de eſſe vel non eſſe in actu tali. Quamuis enim cõmune ſit omni ſubiecto nõ eſſe in actu tali illo ſcilicet cuius eſt ſuſceptiuum, non tamen cõmune eſt omni ſubiecto nõ eſſe in actu, De ſubiectis enim accidentium vere dicitur ens actu, quod non dicitur de materia prima. Quanuis etiam in obiectione illa ſit aliud peccatum: quia id ſecundum quod, ſeu in quantum ſubiectũ, quũ teneatur ibi ſpecificatiue, poteſt ſpecificare vel rationem formalem ſubiecti vt ſic, vel conditionem neceſſariam ipſius ſubiecti. Si enim primo modo intelligeretur, cõſtat eſſe falſum ꝙ hic dicitur, quia omne ſubiectum formæ, ſiue ſubſtantialis, ſiue accidentalis ſubiecti rationem habet inquãtum eſt in potentia, & non in quantum in actu, vel non in actu, vt ex autoritate inducta tertij phiſicorum patet quo ad primam partem, & ex eo quod negatio non poteſt eſſe ratio formalis alicuius ſubiecti quo ad ſecundam. Secundò autem modo veriſsimum eſt quod dicitur: quia neceſſaria conditio ſubiecti exiſtentis in pura potentia eſt non eſſe in actu, & ſubiecti non exiſtentis in pura potentia, ſed aliquali, neceſſaria cõditio eſt eſſe in actu. Obiectiò autẽ vtraque ad oppoſitũ adducta vtebatur ipſo in quantum, vt ſpecificat rationẽ ſuſcipiendi ipſius ſubiecti, & ideo in æquiuoco laborat.

## ¶ Vtrum omnis anima ſit actus primus. Quæſt. 2.

Tex. 6 Circa ſecundā cōcluſionem occurrit dubium motū ab Themiſt. Auerr. & Albert. quō. ſ. eſſe actum primum conueniat omni aīæ. Eſt autem dubitandi ratio, quia anima vegetatiua ſēper eſt in actu ſecundo: aſsimilaturq; ſemper vigilanti, & nūquā dormienti, &c. Corporum quoq; cœleſtiū animæ in actu ſemper ſunt ſecundo, tū quoad mouere, tū quoad cognoſcere.

Ad huius dubij euidentiam ſciendū eſt, ꝙ actus primus dupliciter diſtingui pōt cōtra ſecundū, primo modo formaliter ſeu realiter: alio modo ſeparabiliter, diſtingui formaliter ſeu realiter ſonat ꝙ primus actus nō eſt formaliter, aut realiter actus ſecūdus, & ēconuerſo, vt forma terræ non eſt deſcenſus eius, nec ēconuerſo, diſtingui ſeparabiliter ſignificat, ꝙ actus primus poteſt eſſe in rerum natura ſine ſecundo, vt viſus eſt ſine videre.

Reſpōſio themiſtij hic. c. 4 & Alber. ca. 4.

¶ Dicunt ergo Themiſtius & Albertus duo. Primò ꝙ vniuerſaliter loquendo in diffinitione animæ ſumitur actus primus, vt diſtinguitur contra ſecundū primo modo, quia anima eſſentialiter eſt actus primus & nō ſecundus. Secundò, ꝙ ſumendo actū primū ſecūdo modo, oportet dicere ꝙ aīa partim eſt act⁹ prim⁹, quia ſēſitiua & intellectiua nōſtra ſeparātur ab operatiōe, & partim nō, quia vegetatiua nūquam dormit.

Improbatio.

Sed pace eorum dixerim, mentem Ariſt. non attigerunt: ꝙ enim anima ſit act⁹ primus eſſentialiter manifeſtū erat per ſe, nec oportebat Ariſ. ſollicite inueſtigare diſtinguere, & etiam probare, quòd anima ſit actus primus. Secūdum eos autē ly primus poſitum in diffinitione animæ, quum illa diffinitio conueniat animæ vegetatiue, nihil aliud dicit, niſi ꝙ anima ſit eſſentialiter prim⁹ actus, quòd autem quandoq; ſit primus ſecūdo modo, & quādoque non, nihil ex diffinitione hac habetur, quia in diffinitione nulla hmōi diſtinctio oſtēditur. Amplius quū nec de aīa ſenſitiua verū videatur, ꝙ ſit ſeparabilis ab actu ſecundo, quia à motione cordis abſtinere ſe non poteſt: diffinitio illa nulli conueniet differētiæ aīæ quia nec vegetatiue, nec ſenſitiue, nec intellectiue: præter. n. tres has animæ differētias non datur quarta.

Reſpōſio Auerr.

¶ Auerroys verò in cō. 5. parum aut nihil ab his differēs tria dicit, primo quòd ſi verū eſt animā vegetatiuam in aliquibus animalib⁹ eſſe ocioſam quādoq;, vt puta, in ranis magnis, & alijs, quæ nō theſaurizant, & hyeme non perquirunt cibum, patet, ꝙ nulla eſt ambiguitas. Sed quia hoc non conſtat: imò Albertus oſtendit hoc eſſe falſum ex ſigno, qa. ſ. huiuſmodi aīalia poſt hye-

Vide Alber. hic, c. 2.



hyemē egredientia macilenta admodū ſunt, quaſi pinguedo & humiditas conſumpta cibus hyemalis fuerit. Secūdo dicit, quòd loquendo de anima ſenſitiua & vegetatiua in ſpeciali, ſeu ſecundum propria ſibi: actus primus æquiuocè inuenitur in eis, qa in ſenſitiua vtroque modo, id eſt, eſſētialiter & ſeparabiliter: in vegetatiua eſſentialiter tantum. Tertiò dicit, ꝙ in diffinitione animæ ly actus primus ſumitur indeterminate ad vtrunq; iſtorum modorum præciſe, & vt cōfundit in ſe eſſentialiter, & ſeparabiliter verificatur de quibuſdam, vt autē eſſentialiter verificatur de vegetatiua, &c. quia impoſſibile eſt aliter ſumi.

Improbatio Auer.

Sed hæc reſpōſio cū in idem redeat cū priori, quia actus primus vt abſtrahit ab vtroq; modo præciſe, nihil aliud ſonat quam actū primū eſſentialiter, ſiue ſeparabilē à ſecundo, ſiue non, quod Themiſtius & Alber. dixerāt, eandem patitur difficultatem. Et quod plus eſt dici quòd impoſſibile eſt aliter hoc eſſe.

Solutio autoris.

Oſtendam ergo cōmentari aliter poſſe hoc cōmentari & melius iudicio meo

Ad cuius euidentiā recolendū eſt, ꝙ alicui rei in cōmuni dupliciter aliquid attribuitur ꝑ ſe, aliquid poſitiue ſeu actu, aliquid nō repugnanter ſeu in potentia. Et ea quæ primo modo cōueniūt illi cōmuni concomitantur ipſum in quocūq; inueniatur, vt patet de riſibili & hoīe. Ea verò quæ ſecundo modo cōueniunt quandoq; in nullo, qñq; in aliquo ipſū concomitātur, vt patet de motu & eius velocitate, propter quod in 6. phy. Auerr. inquit, cō. 15 ꝙ quedā ſunt ꝓpoſitiones poſſibiles ꝑ ſe, & impoſsibiles per accidēs. Et de hoc diffuſe ſcripſim⁹ in lib. de ente & eſſentia

Cap. 4 tex.

Dico igitur in propoſito, ꝙ in diffinitiōe aīæ ſumitur ly act⁹ primus, vt diſtinguitur cōtra ſecundū ſeparabiliter, & ꝙ hoc cōuenit aīæ inquantū aīa, & cōſequēter nulli aīæ repugnat in quantū aīa eſt, quāuis alicui repugnet inquantū talis aīa, puta vegetatiua. Patet aūt hoc, quia experimur nos aīam intellectiuā habere, & nulla eius operatiōe quādoq; vti: ex hoc. n habetur, ꝙ aīæ inquantū aīa non repugnat ſeparabilitas ab operatiōe: quāuis repugnet vegetatiue & ſenſitiue. In diffōne aūt aīæ vtroq; modo aliquid ponitur: ly. n. actus ponitur poſitiue & actualiter, qa aīa vēdicat ſibi hoc, qꝺ eſſētialiter ſit act⁹. Et ideo abſolute loquēdo quælibet aīa ſpecialiter ſumpta eſt actus: ly verò primus quū ſumatur hic, vt diſtinguitur contra. 2. eſſentialiter & ſeparabiliter, quoad primū et ponitur poſitiue & actua. & eadē rōne, qa ſcili-

ſcilicet, anima hoc ſibi vendicat: quo ad ſecundum verò ponitur non repugnanter & poſſibiliter: quia anima inquantũ anima non ſibi vendicat ſeparabilitatem ab actu ſecundo, quia ſic anima vegetatiua eſſet ſeparabilis ab actu ſecundo, & ſimiliter anima cæli. Sed ſibi non repugnat ſeparabilitas ab actu ſecundo; ſed eſt ſibi poſſibilis inquantum anima, quanuis repugnet forte ſibi inquantum talis anima. Eſt autem hoc conſonum naturæ talis particulæ, quia ly primus vt diſtinguitur cõtra ſecundũ ſeparabiliter poſſibilẽ ſeparationẽ ab actu ſecũdo ſignificat & nõ ſignificat aliquod poſitiuũ, qđ claudatur actualiter in ratione aĩæ, vt de ſe patet. Vnde ſicut illa propoſitio omnis aĩa eſt ſeparabilis ab actu ſecundo, eſt poſſibilis ꝑ ſe, & impoſſibilis ꝑ accidẽs, quia omni animæ inquantum anima non repugnat ſeparatio ab operatione, licet repugnet inquantum ſaluatur in vegetatiua & cæleſti. Ita diffinitio claudens in ſe illam poſſibilitatem reſpectu animę per ſe: & ſimpliciter eſt vera: cum ſigno autẽ vl̃r diſtributa: dicendo, omnis anima eſt actus primus: eſt vera per ſe. i. cum nota ſpecificationis ſcilicet inquantum anima quanuis per accidẽs. i. adiunctam differentiam contrahentem: puta vegetatiuum reddatur falſa. ¶ Et ſic ſaluatur intentio Ariſt. volentis oſtendere, quod anima ſit actus velut dormiens, & ſaluatur vl̃itas iſtius diffinitionis ad omnes animas. Nec oportet de anima cæli aliter reſpondere quã de vegetatiua. Si enim cælum eſt proprie animatum, vt multi credunt, oportet de ipſius anima dicere: ſicut de vegetatiua dictum eſt, hæc ſiquidẽ diffinitio Ariſt. vniuerſalis eſt ad omnes animas: vt in tex. 7. & 8. dicitur. ¶ Poſſet forte abſque tot ambiguitatibus facilius hæc quæſtio ſolui ſubdiuidendo & dicendo: quod actum primum diſtingui contra ſecundum ſeparabiliter contingit dupliciter vno modo contra omnem ſuum actum ſecundum. Alio modo contra aliquem. Et quanuis hactenus omnes tractantes rem hãc primo modo intellexerit, & propterea de anima vegetatiua dubitatur, niſi nouitas exoſa ſit: Secundo modo congruè intelligi poteſt: ita quod iuxta hoc non eſt intentio Ariſt. dicere quod anima ſit actus ſeparabilis ab omni ſuo actu ſecundo, ſed quod anima eſt ſeparabilis ab actu ſecundo indefinite, ſiue quãdoq; verificetur pro omni: ſiue pro quodã, & hoc modo poteſt diffinitio verificari etiam poſitiue & vniuerſaliter quo ad animas inferiorum rerum, ex quibus hanc diffinitionem figuraliter collegit Ariſt. Anima ſiquidem vegetatiua quanuis ſemper operetur diſſoluendo, digerendo, &c. non tamen nutriendo: augẽdo, &c. quia hæc non ſunt continua ſed in certa menſura. Animæ autem cæli ſi animatum eſt diffinitio hæc nõn niſi (vt ante dictum eſt) conuenit. De hoc tamen non multũ videtur curandum: quia Ariſt. vniuerſalem diffinitionem reſpectu horũ inferiorum colligere ſe manifeſte oſtendit ſubiungens proprium ſubiectum animæ eſſe corpus organicum, hoc enim de primo mobili, quod homogeneum videtur non apparet. Saluari autem ſufficienter philoſophi intẽtionẽ iuxta hãc expoſitionem ex eo haberi poteſt: quia nihil aliud intendit mõſtrare de natura animæ per ly primus, niſi quod ipſa anima eſt talis actus, quod eſt ſeparabilis ab operatione ſua, & quod ipſa conſtituit animatũ in hoc, quod eſt poſſe operari abſque hoc, quod conſtituat ipſum neceſſario in operari, hoc autem nihil refert, ſiue ſit reſpectu vnius, ſiue plurium, ſiue omnium operationũ ſuarum, dũmodo ſint operationes diſparatæ omnino, vt videre, & audire, quales non ſunt digerere & nutrire. Accedit ad hoc, quod vt dictum eſt, diffinitio in hoc ſenſu poſitiue, & vniuerſaliter ſaluaretur. ¶ Et poſtquam hæc ſcripſi inueni in Ioanne de Ianduno opinionem hanc, acceptari itaque facilius poteſt in ſenſu, tamen in ſequenti dubio explicãdo alio, quin à formis mere naturalibus anima nõ differret in hoc. Primæ tamen expoſitioni fauet littera probans animam eſſe actum primum, non ex inductione, ſed ex vna ſingulari, quia ſcilicet anima inexiſtens dat ſomnum, & dat vigilare nihil dicens de intellectu, neque vegetatiuo, q. d. hoc ſufficere ad probandum, quod aĩa eſt ſeparabilis ab operatiõe, quod enim in vno inuenitur, eidem in cõmuni nõ repugnat. ¶ Vera autẽ ſolutio dubij huius eſt quod aĩa omnis eſt actus primus ſeparabiliter ex ſuo naturali ſtatu, & quod licet anima vegetatiua ſemper ſit in aliqua operatione, non tamẽ ſemper eſt in actu ſecundo conueniẽti animæ inquãtum eſt anima: opera enim continua partis vegetatiue ſunt, vt pendent ab agentibus naturalibus, puta calido ſuperante humidum & nõ animæ vt ſic: quemadmodum enim augere quanuis fiat calido, proprium tamen animæ opus probatur in ſecundo de anima tex. 41. contra Empedoclem, quia anima terminũ ponit. Ita è conuerſo calefacere: diſſol-

Opin. Ian Ianduno, q. 5.

diſſoluere, & ſimilia propria ſunt opera elementorũ & non animæ, quia interminata ſecundum ſe ſunt. Et in hac ſolutione quieſcit intellectus: animæ enim cœleſtes non ſunt præſentis propoſiti tractantis de anima exigente corpus organicum: quod de primo ſaltem cœlo dici nequit. Motus verò cordis non eſt proprius ſenſitiuo: primum enim vnde aliquid eſt ſenſitiuum & animal eſt ſenſus tactus: vt inferius dicet Ariſtot. text. 16.

## ¶ V. anima ſit actus primus, id eſt ſeparabilis à ſecundo. Quæſtio. 3.

¶ Circa eãdem particulam dubitatur quomodo aĩa ſit actus primus, id eſt ſeparabilis à ſecũdo, ſiue vniuerſaliter, ſiue indefinite. Eſt autem ratio dubij, quia aut ideo dicit, quod anima eſt ſeparabilis ab actu ſecundo quia cõcurrẽtibus & præſentibus omnibus requiſitis ad eius operationem anima poteſt eſſe ſine ſua operatiõe, aut quia poteſt eſſe ſine ſua operatione non præſentibus omnibus requiſitis ad operationem ſuam: ſi propter hoc ſecũdum anima dicitur actus primus, non differret anima ex hoc à formis elementorum & mixtorum, terræ enim non ſemper deſcendit, neque magnes ſemper trahit ferrum. Nihil enim ſingulare de anima dictum eſſet; quia cõmune eſt omni formæ, vt impedita, aut deficiente aliquo requiſitorum ab operãdo ceſſet. Si verò propter primũ dicatur anima actus primus, hoc non videtur verum niſi de operationibus voluntatis. Tota enim pars ſenſitiua cum omnibus requiſitis ad ipſius operationes infra latitudinem agentium naturalium clauditur, naturalia autem agentia approximata paſſis cum cæteris conditionibus requiſitis neceſſario operationem cauſant nõ quãdoq; ſed ſemper. Ergo anima tam vegetatiua quam ſenſitiua & intellectiua vt præuenit voluntatem concurrentibus omnibus requiſitis ad operationes earum ſunt ſemper in omni ſuo actu ſecundo. Signum autem huius eſt, quod anima ſenſitiua vtique tunc non operatur quando per ſomnum eſt impedita, aut per abſentiam obiecti, ſiue obiectum illud ſit extra animã, vt obiecta ſenſuum exteriora, ſiue in aliqua alia virtute retineatur, vt ſpecies ſenſibilium in imaginatione, & intẽtionũ in memoria ¶ Ad hoc dicitur, quod aĩa dicitur act⁹ primus ad differẽtiã formarũ pure naturalium: quæ ſemper quãtũ eſt ex ſe ſunt in actu ſecundo. ¶ Ad cuius euidentiam aduertendum eſt primo, quod dupliciter contingit for



formã aliquã nõ operari actualiter primo ex defectu alicuius requiſiti ad operationẽ; ſiue illud ſit aliquod abſolutũ actionis, vel paſſionis principiũ, ſiue aliquod reſpectiuũ, puta approximatio debita extremorũ adinuicẽ. Alio modo ex natura ipſius formę, quia ſcilicet eſt talis forma: quę omni impedimẽto deducto poteſt naturali ſuo ſtatu ſeruato operari, & ab operatione ceſſare. Et primo quidẽ modo formæ pure naturales ab actibus ceſſant. Secũdo aũt modo anima ab operatione eſt ſeparabilis, percipiq; facile hoc poteſt in aĩa ſenſitiua vt ſic ex duobus. Primo ex eo quod anima habẽs apud ſe omnia abſoluta requiſita ad operationem ſuã, tam ex parte agentium quã patientiũ principiorum quãdoque operatur & quãdoq; nõ: vt patet in opere phãtaſię, hoc aũt nulli rei inaĩatæ cõuenit. Secũdo ex eo quod ſomnus, quã cõſtat eſſe naturalẽ quietẽ ſenſuũ omniũ naturalis paſſio eſt animalium quantũ igitur eſt ex parte ſua aĩa quãdoque operatur, & quãdoq; nõ, ſaluo ſemper naturali eius ſtatu, & ipſamet ſibi ipſi parit, & ociũ, & operationẽ, ꝙ nulli inanimatorum conuenire clare liquet.

¶ Aduertendũ eſt ſecũdo, ꝙ cũ duplicia ſint requiſita ad operationẽ ſcilicet abſoluta & reſpectiua, nõ eodẽ modo hæc fiunt in aĩa. Abſoluta quidem quo ad vires interiores ſunt actualiter in aĩa: Sunt enim ipſa non ſolum virtutes operatiue, ſed ſpecies obiectorũ, & receptiuum operationum: reſpectus verò debite coniunctionis ipſarum ſpecierum ad virtutes operatiuas ſunt in ipſa anima, non actualiter ſemper, ſed tunc tantum actualiter quũ operatur: quando verò nõ operatur, ſunt in ipſius animæ poteſtate, quod eſt eſſe medio modo inter potentiam & actũ & ex ſola animæ intentione ad actum completum reducũtur. Quum enim aliquis retinet in aĩa phantaſma alicuius, nec imaginatur actualiter de illo habet actualiter in aĩa quicquid abſoluti requiritur ad imaginationem illius: ſed coniunctio illius phantaſmatis ad imaginatiuam eo modo, quo coniunctum eſt ſibi: quando actualiter imaginatur: non eſt tunc actualiter: ſed in potentia valde proxima. Quia in poteſtate animæ eſt vſus illius phãtaſmatis. Intentio ſiquidẽ animæ circa illud ad actũ cõpletum ſufficienter ipſum reducit, & tunc imaginatur illud actualiter, omnia ergo requiſita ad operandũ habẽtur in anima, quanuis diuerſimode abſoluta & reſpectiua: quia illa actu: hęc poteſtate. Et ideo ad dubium motum dicen-

dicendū eſt, quod anima ideo ſingulariter dicitur actus primus, quia concurrentibus & preſentibus in ipſa omnibus requiſitis ad operandum, tam ex parte agentis quam patientis nō neceſſario operatur. Et quum cōtra hoc inſtatur, quia agens naturale approximatum paſſo cum cæteris requiſitis neceſſario agit. Dicitur quod vt iam ex dictis patet, non dicimus quod omnibus abſolutis & reſpectiuis requiſitis ad actionē in anima actualiter exiſtentibus non ſequatur actio: hoc enim eſt impoſsibile, ſed quod omnibus requiſitis præſentibus in aīa abſolutis quidē actu: reſpectiuis verò in eius poteſtate nō neceſſario ſequitur operatio. Hoc enim non eſt impoſsibile, imo & verum & ſingulare in anima, quæ in hoc excedit cæteras formas naturales, quia nulla earum habet in poteſtate ſua vſum abſolutorum præſentiū apud ſe, ſed ſola anima ſiue ſenſitiua: ſiue intellectiua: quanuis intellectiua hoc ex libertate annexa excellentius habet: Vnde patet reſponſio ad id, quod de ſomno & theſauris ſpecierū obijciebatur. Iā enim liquet: quod hoc ipſum fauet propoſito, quia & quietem ex ſe ſibi parere & retinere apud ſe tam actiua quam paſsiua operationum & non operari concludit aīam eſſe ſic actum primū, quod inexiſtente ipſa quandoq; quies quandoque operatio ineſt: ſiue hoc ſit reſpectu omniū ſuarum virium, vt cōtingit in parte intellectiua, ſiue aliquarum, vt in parte ſenſitiua. ¶ Vera tñ ac vniuerſalis modo ſolutio extendens ſe ad animam vegetatiuam eſt, quod neutro modo intelligitur, ſed ſic ſcilicet quod aīa vt ſic ex ſe nata eſt, quandoque ſibi ipſi ocium parere ab opere ꝓprio ſiue hoc fiat per libertatem: ſiue per intentionem animę, ſiue per moderationem operis, ſiue quouis alio quid dicat modo, non eſt curę, ſat enim eſt propoſito ex ſe ipſa animam hoc habere vt opus, & ocium ſibi parere nata ſit. Per hoc nanque à naturalibus formis anima differt, quæ quantum eſt ex ſe ſemper operantur, & ſi quandoque vacāt aliunde hoc accidit, patet autem ita eſſe intuenti, quod animal ex ſe habet, quod non ſemper alatur, augeatur: & reliqua huiuſmodi habeat loquendo de his, vt ſunt animæ propria opera.

Dubiū

¶ Circa eandē particulam occurrit adhuc dubiū quia actus ſecundus nobilior eſt primo, & cōſequēter anima quæ eſt nobiliſsima omnium, quæ ſunt in animato, non videtur eſſe in genere actus primi, ſed ſecundi. Aſſumptum probatur. Tum quia actus primus

eſt



eſt ſicut habitus, vt in tex. cōmen. 6. dicitur. Conſtat autem ex primo ethi. quod actus eſt nobilior habitu. Tū quia priora via generationis ſunt imperfectiora, vt dicitur. 9. metaphi. tex. 15. Tum quia felicitas conſiſtit in actu ſecūdo. ¶ Ad hoc breuiter omiſsis multis reſponſionibus, quas Ioannes de Ianduno affert, quia non ſunt relatione dignę, dicitur quod de actu primo & ſecundo contingit dupliciter loqui ſcilicet materialiter, id eſt, de re, quæ eſt actus ſecundus, & formaliter, ideſt, de re, vt habet rationem primi actus, & vt habet rationem ſecundi actus, primo modo non eſt ad propoſitum, quoniam ſermōe formali philo. vti debet, vt patet in. 4. metap. tex. 23. Secundo verò modo quum actus primns & actus ſecūdus conueniant ratione ly actus, & differant ratione ly primus, & ly ſecundus, ly primus intelligatur habere ſecum annexam imperfectionem quādam, quia potentia'itatem claudit ad actū ſecundum, quia ſignificat actū perficientem per modum dormientis, ly verò ſecundus nullam claudat in ratiōe ſuę actualitatis potentialitatem ad mixtam, quia actum per modum vigiliæ ſignificat, conſequens eſt quod actus ſecundus eſt nobilior primo. Vnde Ariſt. 12. metaphi. tex. 51. dicit, ꝙ ſi Deus eſſet non in actu ſecundo, ſed primo: nihil nobilitatis haberet. ¶ Ad rationem autem in oppoſitum dicitur, quod nihil aliud ſequitur, niſi quod operatio inquantum actus ſecundus eſt nobilior anima inquantum actus primus, & quod anima non ſit diffinita per nobiliſsimum genus actus, cum his tamē ſtat: quod res, quæ eſt aīa, eſt nobilior re, quæ eſt ſua operatio, & quod ipſa aīa eſt nobilior ſua operatione: quia aīæ rationem habet, non ſolum cū per modum actus primi dormit, ſed etiam cum vigilat, immo magis animatū dicimus operans quam vacans. Nec obſtat, quod res nobiliſsima ſcilicet anima per minus nobile genus ſcilicet actum primum diffinita ſit, quando melius propria illius innoteſcunt per minus nobilem modum actuandi quam per nobiliorē, vt in propoſito contingit, vt ex præcedente dubio patet: diffinitio n. cauſam innoteſcendi principaliter inuenta eſt, vt dicitur in. 6. topico. ¶ Ad illam verò maximā ſcilicet priora generatione ſunt imperfectiora dicitur quod intelligenda eſt cum pręciſione, ideſt, quod ſunt priora via generationis tantum, tunc enim ſunt imperfectiora, ſed ſi ſunt priora via generationis, & alio modo prioritatis propoſitio non eſt vera. Talis autem

eſt

Iādun. in. 2. de anima, q. 5.

eſt diſpoſitio ſubſtantię & accidentis, & ideo non ſequitur, ergo ignobilior.

## ¶ V. anima debuerit definiri per corpus organicū Queſtio. quarta.

¶ Circa tertiā concluſionē occurrit dubium, quia diffinitio debet per priora diffinito aſſignare, & non per poſteriora eſſe autem organicum eſt poſterius naturaliter anima, quia effectus ipſius eſt, vnde remota anima non niſi ęquiuocê organa remanent: non igitur debuit diffiniri anima per organicum. ¶ Ad euidētiam huius dubij notanda ſunt tria. Primo,
Not. 1. quod quum in diffinitione formæ poni debeat proprium ſubiectum, vt ex. 7. meta. text. cō. 2. elici poteſt, dupliciter contingit formam per propriū ſubiectum diffiniri, vno modo per ꝓprium ſubiectū in formę alio modo per ſubiectum formatū. Vocatur autē ſubiectū in formæ propriū ſuſceptiuum alicuius formæ abſque additione aliqua, vt diaphanum reſpectu lumini. Subiectum verò formatum dicitur proprium ſuſceptiuum alicuius formæ adiūcto ſibi eo, quod ſortitur ex ſuſceptione illius formæ, vt diaphanū ſecundum actum reſpectu luminis, eſſe enim actu diaphanū, ſeu tranſparens ex lumine ſuſcepto diaphanū ſortitur, tenebroſum enim non tranſparet actu. Manifeſtant aūt Ariſ. opera vtroque modo formas rectè diffiniri, quoniam ipſæ in de ſenſu & ſenſato colorē per ſubiectū in formæ diffiniuit, dicens colorem eſſe extremitatē perſpicui in corpore terminato. Et in. 2. huius tex. cōmē. 73. diffiniuit lumen per ſubiectū formatum, dicēs lumē eſſe actum diaphani ſecundū actū. ¶ Secundo notandū eſt, quod
Not. 2. inter p̄dictos duos modos diffiniēdi formam tātum intereſt, quod primus manifeſte eſt per priora: ſecundus autē difficultatem magnā continet, quia cū aperte cōſtet, quod in tali modo diffiniendi in diffinitione formę admiſcetur eius effectus oportet vnum iſtorū quatuor dicere, aut quod talis effectus non eſt poſterior diffinitio, aut quod hm̄ōi diffinitiones ſunt potius deſcriptiones, aut quod ad circūloquendum occultam cōditionē ſubiecti, vel formæ effectus admiſceatur, aut quod taliū entinm, ſcilicet formarum natura exigit hunc ſingularem diffinitionis modum. Quum autem huiuſmodi diffinitiones maximè manifeſtēt diffinitiuorū ſubſtantias & poſterioritas effectus negari non poſsit, nec vlla ratio ſuffere videatur veram diffinitionem per poſteriora dari debere. Concludēdū videtur, quod quem

quem



quemadmodū loco differentiarū propriarū cōſueuimus proprietatibus vti, ita in diffinitione formarum earum effectus ad circūloquendū vel ſubiecti vel formæ occultam conditionē priorem ponitur. ¶ Tertio notandū eſt, quod quemadmo
nota. 3 dum organizario, ſicut & quęlibet generatio dupliciter ſumitur ſcilicet pro diſpoſitione & alteratiōe præuia, & pro inſtātanea introductione formę organi, ita organū dupliciter ſumitur. Primo ꝓ cōplexione, quātitate ſitu, &c. talibus requiſitis ad ipſum. Alio modo pro forma, qua cōſtituitur in eſſe organi, ſi primo mō ſumatur organū, prius naturaliter eſt ipſa anima, quia oportet animam in materiam diſpoſitam introduci: generans enim prius diſponit corpus, in quod agit qualitatiuè, & quantitatiua, &c. vt ſit præparatū receptiuū formę quod reſpectu animæ oportet eſſe etherogeneum: parteſque officiales habere prius quā ipſam aīam perfectiuā totius, & partium oīum introducat. Si autē ſecūdo modo ſumatur organū, ſic quū conſtitutiuū cuiuſq; organi ſit poteſtatiua pars animæ: neceſſe eſt quod eſſe organicū ſit naturaliter poſterius ipſa anima. Impoſſibile nāque eſt prius poteſtatiuas partes animæ imaginari quam animam. ¶ Dicendum ergo ad dubium dupliciter eſt. Primo tenendo, quod in diffinitione animæ ſit poſitum ſubiectū in formæ, & ſic dicitur, quod ly organicū ſumitur primo modo, & idē ſignificat quod proprium & proximum ſuſceptiuū vitæ, & ſic exponit S. Tho. in quæſtione de ſpi. creaturis. ar. 3. ad. 2. Secundo tenendo ꝙ in diffinitione animæ ſit poſitū ſubiectum formatum: vt S. Tho. tenet in. q. de anima, ar. 1. ad. 15. & ſic dicitur, quod ly organicū circunloquitur occultā proprietatē ſubiecti ꝓprij ipſius animæ. Cōſonum autem magis eſt textui poſitū eſſe hic ſubiectū formatū: eo quod ipſe vult, quod ly organicum, & ly habens vita in potētia ęquiualēt, & cōſtat quod loquitur de potentia ordinata ad actum ſecūdū tātū, vt patet in tex. 10

## ¶ V. plures formę poſuit eſſe in eodem ſubiecto. Queſtio quinta.

Circa eandē concl. ipſamq; aīæ diffinitionem quæſtio occurrit de pluralitate formarū, q̄ quia metaphyſicalis eſt, hic tractanda oīno eſt, ſed ille tantum rōnes pertractandæ ſunt, quæ ex aīati rōne inquātū aīatum eſt difficultatē faciunt, & quas qdā hoc in loco cōtra poſitionē D. Th. adducunt. Duæ autem ſunt qōnes cōes animatis inquantū huiuſmodi de pluralitate

ralitate

ralitate formarũ. Prima de for
ma corporeitatis, ſeu mixtio-
nis: vtrum ſit alia forma ab ani
ma. Secunda de formis partia-
libus organorum: vtrum ſcili-
cet cor, caput, epar, & reliquæ
corporis partes habeant ſingu
las formas ſubſtantiales partia
les an anima ſola ſit omnium
ſubſtantialiter forma. ¶ Et pri
mę quidem quęſtionis pars af-
firmatiua multipliciter perſua
detur. Primo ex ipſa diffinitio
ne: quia ꝓpria materia, in qua
recipitur aliqua forma diſtin-
guitur realiter ab illa. Sed ex
hac diffinitione corpus phiſi-
cum, &c. eſt propria materia
in qua recipitur aĩa: ergo cor-
pus tale diſtinguitur realiter
ab anima ſicut materia à forma
quod dico ne aliquis diceret,
quod diſtinguitur realiter ſi-
cut totum à parte. Conſtat. n.
quod corpus non eſt materia
formata ipſius animæ, ſed infor
mis, hæc autem eſt, in qua reci
pitur forma. Tũc vltra; corpus
dicit compoſitum ex materia
& forma: ergo compoſitum ex
materia & forma diſtinguitur
realiter ab anima tanquam ma-
teria informis à forma: ergo
præter animam eſt ibi alia for-
ma prior, per quam ſaltem eſt
corpus phiſicum.

Scotus d[illegible] hac [illegible] lo- [illegible]
Secundo ad idem arguit Sco
tus in. 4. di. 11. q. 3. corpus So-
cratis in morte remanet idē nu
mero, anima non remanet: er-
go forma corporeitatis diſtin- etiã in
guitur realiter ab anima. Ante 2. diſt.
cedens probatur ſic, forma ca- 15. q. 1.
daueris non eſt de nouo geni-
ta in morte Socra. ergo eſt for
ma corporeitatis pręcedens, an
tecedens hoc probatur ſic, for
ma cadaueris Socr. quandocũ-
que moriatur Socr. modo non
reſoluatur ſtatim in cineres, eſt
eiuſdem ſpeciei: ergo non eſt
de nouo genita hoc antecedēs
patet ad ſenſum, quia ſiue gla-
dio, ſiue ſuffocatione, ſiue ſuſ-
pēdio, ſiue vl̃ter moriatur So-
crat. ſemper cadauer eius eiuſ
dem rationis apparet. Conſe-
quentia verò patet ex eo quod
ab agentibus diuerſarum ratio
num regulariter non prouenit
effectus eiuſdem rationis.

Tertio arguit hic Ioannes de Ioãnes
Ianduno multipliciter probã- in. q. 2
do, quod anima non inducitur huius
in materiam nudam, ſed in ma ad. 3. ar
teriam habentem diſpoſitio- mẽtum
nes præcedentes pro ipſa, &
conſequenter habentem aliam
formam, quia tales diſpoſitio-
nes non ſmnt immediate in ma
teria prima. Eſt ergo vis ratio-
num ſuarum in hoc: Si præter
animam non inueniretur alia
forma ſubſtantialis in animato
ſequeretur quod in inſtanti, in
quo producitur anima, omnes
diſpoſitiones diſponentes ma-
teriã pro ipſa anima eſſent cor
ruptę. Sed hoc falſum eſt, con-
ſequentia admittitur, falſitas co





quentis probatur quatuor me
dijs. Primò, quia ſic eſſet mo-
tus finitus abſq; aliquo muta-
to eſſe terminãte ipſum, quod
eſt impoſsibile, tenet conſe-
quentia, quia alteratio diſpoſi
tiua ad generationem animalis
ſecundum illam viam careret
mutato eſſe terminante ipſam.
Secundò, quia aut ille diſpo-
ſitiones corrumpuntur per ſe,
aut per accidens: non per ſe,
quia non à contrario, nec per
accidens, quia vnũquodq; eo
tantũ modo corrumpitur, quo
eſt corruptibile, ſed hmõi non
ſunt corruptibilia per accidēs,
vt patet in. 10. metaphy. tex.
25. vbi dicitur, ꝙ corruptibili
tas & incorruptibilitas inſunt
eſſentialiter, & non per acci-
dens rebus, ergo. Tertiò, quia
aut ille diſpõnes corrumpun-
tur in inſtanti, aut in tempore:
nõ in tēpore, quia nec in tem-
pore præcedenti inſtans gene
rationis, nec conſequenti, vt
patet, nec in inſtãti. Tum quia
res eo modo corrumpitur quo
generatur, ſed ille generantur
in tēpore, quia ſucceſsiuæ, er-
go, &c. Tũ quia duo contradi-
ctoria eſſent ſimul, ſ. eſſe & nõ
eſſe illarũ, quia ſubiectũ muta
tionis debet eſſe ſub vtroq; ter
mino. Tũ quia omne corruptũ
eſſe pręcedit aliqua corruptio
vel alteratio ad corruptionem,
ſed ad corruptũ eſſe iſtarũ nul
la præcedit alteratio, quia alte
ratio præcedens eſt ad genera-
tionē ipſarũ. Quartò, quia ſi il
le diſpoſitiones corrumpũtur:
fruſtra fuerũt introductæ, pro
batur cõſequētia, quia in inſtã
ti corruptionis ipſarum rema-
net materia nuda, ac per hoc in
differens ad oēs formas, & con
ſequēter nõ magis diſpoſita re
ſpectu formæ pro qua erant
diſpoſitiones quã reſpectu al-
terius. Et vt vlteri⁹ ſequitur ꝙ
nulla forma poſſet tunc induci
in materia, quia non eſt maior
ratio de vna quã alia. Nec ſuffi
cit dicere ꝙ maior eſt ratio de
forma, cuius diſpõnes pręceſ-
ſerunt propter præſentiã ſui
agētis. Tũ quia tale agens erat
etiã præſens à principio, & ta
men non ſufficiebat, ergo nec
nunc. Tũ quia actus actiuorũ
fiunt in patiente diſpoſito, vt
dicitur in hoc. 2. tex. 24 &. 26

Secunda quoq; quæſtio de
partialibus formis ambiguita-
te non caret, ꝙ enim ponendę
ſint præter animam formæ ſub
ſtantiales partium organicarũ
probatur multipliciter. Tum
quia diuerſitas ſpecifica pro-
priarũ operationum & cõple-
xionũ arguit diuerſitatē ſpeci
ficã formarũ, quæ ſibi tales cõ
plexiones, & operationes ven
dicant. Conſtant autem tales
eſſę complexiones & operatio
nes organorum. Tum quia im
poſsibile eſt: quòd vna forma
ſit contrariarũ actionum prin

cipium poſitiue, & ſecundũ ꝙ eſt in vna parte ſit nãlis cauſa corruptionis ſui ipſius in alia parte eiuſdem animalis. Tum quia caro abſciſa & ſtatim reunita integratur cũ reliqua carne. Ergo aut datur regreſſus đ priuatione ad habitũ, quum abſciſa caro eandem numero animam recuperat, aut aliam carnis propriam formam ſeruat, vel de nouo induit. Tum quia ſanguis habet aliam formã propriam præter animã, ergo par eſt ratio de carne & oſſe, &c.

Ad euidentiam huius quæſtionis, quia vt dictum eſt, ad metaphyſicum ſpectat, duo pro nunc dicenda ſunt: primo breuiter narrabitur opinio diui Thomæ, quam ſequimur vt pote veritati valde conſonam: deinde ſimul medijs philoſophicis arguetur cõtra alios, & probabitur intentum.

¶ Sciendum eſt ergo omnes conuenire in hoc, quòd ſi ponantur plures formæ in eodẽ: ſemper poſterior ordine generationis eſt perfectior priore, quia natura tendit de imperfecto ad perfectum. Animaduertit autem vltra hoc Diuus Thomas, Ariſtotelis veſtigia ſequens, quòd omnium formarum ſeu perfectionum compoſsibilium in eodemque taliter ordinatarum imperfectior clauditur in poſteriore: vt trigonum in tetragono: quemadmodum dicit Ariſtoteles de animabus inferius, tex. 31. & conſequenter quòd forma perfectior dat quicquid daret imperfectior, & aliquid vltra; ac per hoc inexiſtente in aliquo forma perfectiore ſuperfluerent omnes imperfectiores in illo, & ideò in aduentu formæ perfectioris abijcitur forma imperfectior, quæ præexiſtebat: natura enim ſuperflua abhorret, verbi gratia, forma leonis eſt perfectior forma corporeitatis: & elementi, & mixtionis, & vegetatiua, & ideo non ſolum dat leoni quòd ſit leo, ſed quòd ſit corpus graue mixtum & viuum: & propterea quum generatur leo adueniente in materia illa perfectione vegetatiua: abijcitur forma talis mixti, quæ fuit materia tranſiens illius: puta ſanguis, & cum illa quicquid ipſa dabat, ſcilicet, corporeitas ſua, & cætera. Paululum poſtmodum adhuc magis diſpoſita materia introducitur forma leonis, afferens ſecum quicquid omnes priores habuerunt, & ipſa adueniente præcedens cum omni, quod eius erat cedit.

Et ſi quæratur, cur non à principio forma leonis fuit inducta, patet reſponſio, quia eſt adeo perfecta, vt non potuerit ſuſceptiuum eſſe eius capax, niſi poſt tot tranſmutationes.





Et ſi rurſus quæratur, cur illę formæ præcedẽtes inductæ ſunt, ſi abijciendæ ſunt ab ea, pro qua inductæ ſunt, patet reſponſio, quia inductæ ſunt vt conſtituerent materiam tranſeuntem leonis, & nõ materiã permanentem. Inter materiam enim tranſeuntẽ & permanentẽ alicuius tantum refert, quòd cõſtitutiuum materiæ permanentis manet cũ actu, pro quo materiã cõſtituit. Cõſtitutiuũ verò materiæ tranſeuntis non permanet cũ forma, cuius eſt præparatoria, vt patet de farina reſpectu panis, &c. ¶ Probatur autẽ naturalibus rationib⁹ poſitio iſta, & ſimul improbatur oppoſita dupliciter. Primò ſic. Subiectũ cuiuſq; gñationis ſubſtantialis eſt materia prima ſola omnino denudata à forma ſubſtãtiali, ergo vna tantũ forma eſt in cõpoſito ſubſtantiali, cõſequentia eſt nota per ſe, & quia antecedens excludit vtrũque modũ ponendi plures formas: quidam. n. ſic ponunt plures formas, ꝙ dicunt proximũ ſubiectũ poſterioris formæ eſſe cõpoſitum ex materia & forma priori, quidã verò dicunt, ꝙ licet in materia prima ſit forma prior quæ remane cũ poſteriore: nõ tamen cõpoſitum ex materia & forma priore eſt ſubiectũ poſterioris, ſed materia ſola habẽs tñ priorẽ formã ſuſcipit poſteriorẽ: ita ꝙ ambę ſunt ſimul in eodẽ receptiuo proximo: ordinę tamẽ quodã, quia materia nõ reciperet poſteriorem, niſi haberet priorẽ: ideo ergo in antecedente duo aſſumpſi, ſ. materia prima ſola contra primam opinionẽ, quæ eſt Scoti, & omnino denudata à forma ſubſtantiali contra ſecundam, quæ eſt quorundam modernorum.

Probatur autẽ antecedens hoc quo ad primã partem ex. 5. phyſi. tex. 8. Vbi Ariſtoteles volens concludere diſtinctionem inter generationem & motum facit illam rationem: Quod generatur non eſt, quòd mouetur eſt, ergo generatio nõ eſt motus, & intendit ſecundũ omnes per ly quod generatur ſubiectum generationis ſubſtãtialis, quod conſtat eſſe ſubiectũ formæ ſubſtãtialis. Sed de nullo cõpoſito ex materia & forma verificatur, quod nõ eſt ſed de ſola mã, ergo ſola materia eſt ſubiectũ gñerationis & formæ. ¶ Reſpõdet ad hoc Scotus in. 4. diſt. 11. q. 3. quòd ly non eſt tenetur priuatiuæ, & non priuat niſi eſſe ſubſtãtiale formæ generandæ, quia æquiualet huic, qđ generatur caret eſſe ſubſtantiali, ex qua nõ ſequitur, ergo caret omni eſſe ſubſtantiali, ſed eſt fallacia cõſequentis: ſtat enim ꝙ careat aliquo eſſe ſubſtantiali, ſcilicet formæ generandæ.

Reſpõſio Scoti.

Impro-batio. Sed hæc reſpōſio peccat dupliciter, primo eſt contra Ariſtot. & Commentatorem ibidem, ſecundo eſt falſa in ſe, ꝙ enim ſit contra textū hæc gloſſa patet ſic Ariſt. dicit ſubiectū generationis ſic non eſſe, ſeu eſſe nō ens, ꝙ de ipſo, nec per ſe, nec per accidēs pōt dici ꝙ mouetur, ſed de quocunque nō ente, cui ſubſternitur cōpoſitū ex materia & forma verificari pōt per accidens ꝙ mouetur, ergo nō ens, de quo loquitur philoſophꝰ, quod dicit eſſe ſubiectū gn̄erationis, nō cōpatitur ſecū cōpoſitū ex materia & forma, & cōſequēter excludit omne eſſe ſubſtantiale oēs propoſitiones aſſumptæ ſunt manifeſte, ergo. ¶ Preterea. Iuxta hanc gloſſam ratio Ariſt. nō eſſet efficax, quia non conſtaret ex propoſitionibus neceſſarijs: altera. n. premiſſarum eſſet cōtingens: illa. ſ. qd' mouetur eſt, quia medius terminꝰ ſecundū ipſum eſt habere eſſe ſubſtantialē vltimatū. Conſtat enim ꝙ non eſt neceſſarium, quod mouetur habere eſſe vltimatū: imò oportet quādoq; eſſe oppoſitū, vt patet de omnibus alterationibus præcedētibus generationes ſubſtantiales: mobile enim tūc nō habet eſſe vltimatū. ¶ Contra Auerroim vero eſt gloſſa illa, quia ibidem in cōmento. 8. inquit Auerrois, ꝙ ſubiectum generationis ſubſtantialis oportet ꝙ nō ſit aliquod demonſtratū ſub vtroq; termino. Conſtat autem quòd hoc corpus quod ſuſcipit animam ſecundū iſtos eſt aliquod demōſtratū permanens ſub vtroq; termino. ſ. nō eſſe animę, & eſſe animæ: ergo hoc corpus non eſt illud non ens, quod nō eſt aliquod demōſtratū. ¶ Quod autē prædicta euaſio ſit falſa in ſe, patet ex eo, quia dicit cōſequentiā hāc eſſe ſophiſticā, caret eſſe ſubſtantiali: ergo caret omni eſſe ſubſtātiali, quum tñ ſit optima propter negationē ſignificatā per ly caret: perinde. n. eſt dicere caret & nō habet: conſtat autē ex logica ꝙ illa eſt bona cōſequētia. A. non habet eſſe ſubſtātiale, ergo nullū eſſe ſubſtātiale: negatio. n. confundit terminū ſequentē diſtributiue & mobiliter. ¶ Secunda verò pars antecedētis cōtra ſecūdā opinionē ex eodē tex. 5. phy. patet ſic, ꝙ ſubijcitur gn̄erationi eſt ſic non ens quòd tali nō ente neque per ſe, neq; per accidēs pōt dici ꝙ mouetur, ſed ſtāte illa hypotheſi de tali non ente poteſt per accidēs dici ꝙ mouetur: ergo, probatur minor, quia li nō ens, & cōpoſitū ex priori forma cōſtitutū eſsēt idē ſubiecto: Conſtat autem ꝙ quæcunque ſunt idē ſubiecto ſic ſe habēt ꝙ id, quod dicitur de vno poteſt per accidens dici



dici de alio, quū ergo illud cōpoſitū poſsit moueri: ſequitur ꝙ non ens, quod eſt illi idem ſubiecto, pōt dici ꝙ mouetur, per accidens tñ, quod eſt contra Ariſt. ibidē. ¶ Et quia hæc opinio omnino eſt irrationabilis, quia non poteſt ſaluare vnitatem compoſiti, quia non ponit formas vniri, niſi ratione tertij ſubiecti, ſcilicet ideo omnino dimittatur, quanuis rationes factæ & faciendæ contra eā poſsint applicari, quod exercitio ſcholariū dimittam. Se-

Rat. 2. cūdò prīcipaliter arguitur ſic. Generatio eſt tranſmutatio totius in totū non manente aliquo eodem ſubiecto ſenſibili: ergo eſt vna tantum forma ſubſtantialis ingenito, cōſequentia patet, & antecedēs habetur ex. 1. de Gn̄erat. tex. 23. ¶ Ad

Reſpōſio Ianduni in q. 2. hanc rōnē Ioānes de Ianduno dupliciter reſpōdet hic. Primo ꝙ intelligitur hoc de gn̄eratione elemētorū. Sed hoc eſt manifeſte falſum, quia Ariſt. expreſſe incipiendo capitulū de generatione in cōmuni, & proponens ſe velle aſsignare differentiā inter generationē & alterationē aſsignat hanc differentiam, quia alteratio eſt tranſmutatio manente eodem ſubiecto ſenſibili: Generatio verò nullo manēte eodem ſubiecto ſenſibili. Dicit ergo, ſecūdo ꝙ intelligitur de ſubiecto ſenſibili ſub eodē gradu, quāuis. n, remaneant qualitates ſenſibiles: non tamē remanent ſub eodē gradu. ¶ Sed hæc quoq; gloſſa

Impro-batio. vndiq; conuincitur falſa, Primo quia non ſaluat veritatem textus: non. n. valet cōſequentia, lignū non remanet ſenſibile ſub eodē gradu: ergo non remanet idē ſenſibile, ſed eſt ſophiſma à ſecundū quid ad ſimpliciter, nihil autē refert cōmittere talem proceſſum inſcriptis, aut in mente: quare ſi Ariſtoteles ex hoc quod mente tenuit, ꝙ ſubiectū non remanet ſub eodem gradu ſenſibilitatis in generatiōe, expreſsit quod nullum ſubiectū remanet ſenſibile, & ſophyſmate deceptus eſt, & propoſitionem falſam dixit, ſicut ſi dixiſſet, ethiops nō eſt niger, id in mente retinens, quia non ſecundū omnes partes eſt niger, &c.

Secūdò ex parte generationis, qa hoc nō cōuenit omni generationi: quoniā quū formæ ſubſtantiales determinent ſibi accidētia ſenſibilia nō punctualiter, ſed infra quandam latitudinē, cōtingit ꝙ idem gradus aliquorū accidentium ſenſibilium cōis erit pluribus formis ſubſtantialibus, & cōſequēter quādo ex corruptiōe vnꝰ iſtarū generatur altera: remanebit apud iſtos idē ſubiectū ſenſibile ſub eodem ſenſibilitatis gradu quo ad quædam accidentia, ergo falſum eſt nullum ſub

iectum ſenſibile ſecundũ eundem gradum remanere. Patent hæc oĩa, poſito ꝙ lac vendicet ſibi quantitatẽ infra tria & ſex cubita, & calorẽ infra duos & quinque gradus: ſanguis vero vendicet ſibi quantitatẽ infra quatuor & octo cubita, & calorem in tres & ſex gradus: tunc enim poſsibile erit ꝙ ex lacte quinq; cubitorũ & calido vt quatuor fiat ſanguis etiã quinq; cubitorũ, & calid⁹ vt quatuor, ergo non eſſet generatio ſecundũ iſtã gloſſam.

Tertio ex parte alterationis, quia eſt poſsibile alterationem fieri talem & tantam, quòd omnia accidentia ſenſibilia varientur ſecundum gradus, hoc enim non implicat, ergo tunc non ſaluabitur iuxta illam gloſſam ratio alterationis, quæ apud iſtos eſt, quôd remaneat ſubiectũ ſenſibile ſub aliquo eodem gradu.

Ad primã ergo rõem in oppoſitũ dicitur, ꝙ de aĩa poſſumus loqui dupliciter. ſ. realiter .i. de re quæ eſt aĩa, & formaliter, id eſt, de re illa inquãtũ anima. Si primo modo eſt ſermo: ſic negatur, ꝙ corpus phyſicũ ſit propria materia, in qua recipitur aĩa: dico. n. ꝙ res illa, quæ eſt aĩa, recipitur in ipſa eſſentia materię primæ: ita ꝙ materia prima eſt materia in qua reſpectu omnis formæ ſubſtãtialis realiter loquẽdo, & hoc modo dixit S. Tho. ꝙ in definitione aĩæ non ſolum ly organicum, ſed ly etiã corp⁹ phyſicum nominat materiã formatam ipſius aĩæ, quia illa res, quę eſt anima, conſtituit & eſſe corpus, & eſſe phyſicum, & eſſe organicum. Si verò loquamur ſecundo modo ſic conceditur corpus phyſicũ organicũ eſſe propriam materiã in qua ipſi⁹ aĩæ, ſed tunc nõ ſequitur, ergo aĩa ſecundũ rem, ſeu ſecundũ id quod eſt recipitur in re, quę eſt corpus vt materia in qua, ſed tantũ ſequitur res illa quæ eſt aĩa inquantum aĩa præſupponit ſuum perfectibile eſſe corp⁹ phyſicũ, quod gratis cõcedimus, quia ex hoc nõ ſequitur ꝙ illud eſſe corporeũ phyſicũ ſit ab alia forma, quia ſtat ꝙ illud ſit à ſeipſa non inquantum aĩa, ſed inquãtũ forma ſubſtantialis, Et hoc modo dicim⁹ ꝙ anima diffinita eſt per corpus phyſicum organicum, tanquam per propriam materiam.

Et aduerte hic diligenter, ꝙ cauſa quare multi in hoc articulo falluntur eſt, quia digrediuntur de ordine in ordinẽ. Aliud eſt. n. loqui de rebus inquantum res abſolutę, & aliud de eis in quãtũ tales in adæquàtas rõnes formales habent: de rebus. n. vt res ſunt, loquendũ eſt ſecundũ realem ordinẽ, & diſtinctionẽ, &c. De rebus vero vt rõnes formales ſunt, lo-

quendum



quendũ eſt ſecundũ ordinem formalẽ, & diſtinctionẽ formalẽ, &c. nec licet ex vno ordine in aliũ ordinẽ dclinare. Et ideo non valet: animæ formaliter loquẽdo propria materia eſt corpus phyſicũ ſuſceptiuũ vitæ, ergo rei quę eſt anima propria materia, eſt corpus phyſicũ ſuſceptiuum vitę. Nec ſimiliter valet, rei quæ eſt anima receptiuum immediatũ eſt materia prima, ergo animæ formaliter loquẽdo propria materia eſt materia prima, quia vtrobiq; fit digreſsio de ordine in ordinẽ: ibi de formali in realem, hic è contra. Si enim anima nõ eſſet identice aliud quã anima, materia propria eius inquantũ res, in qua, eſſet corpus phyſicum ſuſceptiuum vitæ. Et ſimiliter, ſi res quæ eſt anima, non eſſet aliud identice quã forma ſubſtãtialis dans eſſe materiæ, &c. materia propria eius omnino eſſet nuda materia prima: modo autẽ quia anima eſt idẽtice etiam forma ſubſtantialis, & è conuerſo quædam forma ſubſtantialis eſt anima, diſtinguitur de duplici materia eius, quędam eius vt res eſt, & quædam eius vt anima eſt.

Ad ſecundũ quod eſt Scoti negatur corp⁹ ſortis poſt mortem remanere idem numero, & ad probationem dicitur quòd forma cadaueris eſt de nouo genita in morte, quia ſemper corruptio vnius eſt generatio alterius, vt patet primo de generatione, tex. 17. quod tamen Scotus non poteſt ſaluare, qa ponit corruptionẽ hic ſine generatione: imò peius ſequitur ꝙ agens naturale particulare agat per ſe ad corruptionem, quod eſt impoſsibile. ¶ Et quũ dicitur, ꝙ forma eiuſdem rationis nõ poteſt à diuerſarum rationum agentibus regulariter produci, &c. Dicitur dupliciter, primo tenendo quod cadauer omnium hominum ſit eiuſdem ſpeciei, ſecundo tenendo quòd ſit diuerſarum ſpecierũ.

Si credimus ꝙ ſit vnius rationis, diſtinguendum eſt de formis, quòd formæ ſunt duplices in vniuerſo, quædam vt per ſe intentæ ad conſtituendas ſpecies rerum, vt forma leonis, & forma bouis, quædam vt intentæ propter alias, vt ſint viæ ad alias, vt forma embrionis, & forma ſeminis, &c. Et inter illas eſt magna latitudo, quia quædam ſunt cõmunes, & quędam minus communes, & quædam propriè vni tantum. Et licet formæ per ſe intentæ vt termini regulariter nõ producantur ab agẽtibus diuerſarum rationum: formæ tamen non aliter intenta quam vt via communis poteſt ab omnibus illis agentibus produci, ad quorum terminos intentos poteſt eſſe via, quia nullius eo- *(margin: Nota opinionẽ duplicẽ in hac materia.)*



rum

rum eſt effectus vniuocus, talis eſt autē forma cadaueris, quia eſt via naturalis à viuo ad elementa, & ideo ab omnibus elemētis produci poteſt. ¶ Si verò credimus cadauer poſſe eſſe diuerſarum rationū, quod forte eſt verius: dicendum eſt quod quū corruptio animalis non ſit niſi propter exorbitantem motum alicuius elementi in ipſo, quia quandiu manet temperantia debita elementorum in animalia nunquam corrumpitur, diuerſificabitur cadaueris forma iuxta agentis elementi diuerſitatē: ita quod quando in animali colore vincit: ignis cuius virtus eſt humor colericus agit vt animal reſoluat in ignē, & quia non pōt ad hoc ſtatim perducere paulatim ad hoc diſponit per multas generationes & corruptiones, quarū prima eſt ad cadauer, nec refert a quo extrinſeco fuerit excitatus ille humor vincens, an ex gladio: an ex ſuſpendio, &c. hæc enim cōcurrunt non vt eſſentiæ cadaueris, ſed vt adducentia vel applicantia actiua paſsiuis. Erit ergo cadauer tot ſpecierum, quot cōtingit eſſe propria corruptiua animalis, hæc autem quatuor iuxta numerū elementorū ſunt. Nec eſt verum, quod ſenſus teſtetur cadauera omnium hominū eſſe eiuſdem ſpeciei, quoniam accidentia cōmunia ſcilicet figurā derelictam & alia huiuſmodi tantum ſimilia videt, ſed an propria mixtio iſtius geniti à colera ſit eiuſdem rationis cum illo genito à flegma, ſenſus nō dicit. ¶ Ad tertiam Ioannis de Ianduno conceditur, quod diſpoſitiones omnes in aduentu formæ corrumpūtur, quia forma in nuda eſſentia materiæ recipitur. Et quum dicitur ergo motus finitus ſine termino. Reſpondetur quod motus dupliciter inuenitur, quandoque vt motus tantum, & tūc impoſſibile eſt ſi ſit finitus, quod nō habeat terminum intrinſecum poſitiuè & in actu, quādocūq; vt via per ſe ad generationem ſubſtātiæ: & ſic impoſsibile eſt quod habeat terminum intrinſecum poſitiuè & in actu, quia non datur inſtans immediate præcedens inſtans generationis, ſed habet terminum extrinſecum primum eſſe rei genite. Dixi autē per ſe via, quia licet quęlibet alterio magis facta abijciat à ſubſtantia, ac per hoc omnis alteratio poſsit dici via ad ſubſtantiæ generationem, non tamen per ſe, ſed illā tantum voco per ſe viam, quæ neceſsitat generatione ſubſtantiæ naturali neceſsitate, talis autem neceſſario non habet terminum niſi extrinſecum, quia non datur vltimum eſſe rei corrumpende, & de tali nos loquimur. ¶ Ad aliam probationem





dicitur, quod diſpoſitiones illę corrumpuntur per accidens & ad obiectionem in oppoſitum dicitur, quod aliud eſt loqui de perſeitate coniunctionis corruptibilitatis ad rē corruptibilē, & aliud eſt loqui de perſeitate corruptibilitatis in ordine ad actualem corruptionem, primo .n. modo oē corruptibile eſt per ſe corruptibile, ſecundo modo non. Vbi ſcito quod corruptibile in communi eſt prædicatum vel eſſentiale, vel cōſequēs eſſentialia cuiuſque corruptibilis, vt dicitur 10. metaphy. tex. 25. quia non poteſt natura transferri de corruptibili in incorruptibilē, aut ècōuerſo, & propterea demōſtrata quæcunque re corruptibili, ſi dicatur, hoc eſt corruptibile, eſt p̄dicatio per ſe, quia coniūctio corruptibilitatis ad rem eſt eſſentialis. Verū quia corruptibile diſtinguitur in corruptibile, quod ad actum corruptionis â ſuo contrario deducitur, & in corruptibile quod ad actū corruptionis nō niſi conſequutiue natū eſt deduci: ideo corruptibile diſtinguitur in corruptibile per ſe, & corruptibile per accidens, ideſt per aliud. Et quia vtrumque eſt inferius ad corruptibile in communi: ideo vtrūque per ſe ineſt: ita quod & illa eſt per ſe, homo albus eſt corruptibilis per ſe, & illa eſt per ſe, punctum eſt corruptibile per accidens, deceptus eſt ergo arguēs quia non diſtinxit quando ly per ſe determinat coniunctionem ad rem, & quando ordinē ad actū corruptionis, nec vidit quod corruptibile per accidens per ſe conuenit rei corruptibili. Vnūquodque ergo eo modo corrūpitur, quo eſt corruptibile, & aptum natum corrumpi ſi per ſe, per ſe & ſi per accidēs, nec eſt verum, quod quodlibet corruptibile ſit corruptibile per ſe, quāuis cuilibet corruptibili inſit per ſe corruptibile ꝓprie loquendo, & hoc tātū habetur ex. 10. metaphy. & hāc doctrinam oportet oēs peripateticos ſequi, quia apud eos nulla forma ꝑ ſe corrūpitur, & tamē eſſentiale eſt cuique corruptibili ꝙ ſit corruptibile. ¶ Ad tertiā ꝓbationē dicitur, ꝙ iſte diſpoſitiones corrūpūtur in inſtāti. Et ad primā huius improbationē dicitur, ꝙ ſtat rem per accidens .i. ad corruptionē alterius corrūpi in inſtāti, quæ per ſe eſt generata in tēpore, ſic autem eſt in propoſito, quia iſte diſpoſitiones nulla alia ratione corrūpuntur niſi ad corruptionem ſubſtentatis ſubiecti. ¶ Ad ſecundā verò improbationem dicitur negando conſequentiam quoniā vt patet ex. 8. phyſicorum, tex. 69. ſubiectū mutationis inſtantaneæ, quāuis debeat

eſſe ſub vtroque termino, non
tamē pro inſtanti mēſurāte mu
tationem, ſed debet immediate
ante illud fuiſſe ſub vno termi
no, & ī illo eſſe ſubaltero termi
no. ¶ Ad tertiā autē improba-
tionem dicitur, quod eo modo
quo hic inuenitur corrumpun
tur eſſe, præcedit etiā alteratio
corruptiua, quum enim iſte diſ
poſitiones corrumpantur per
accidens quemadmodum diſ-
poſitiones iſte, non ſortiuntur
corrumptum eſſe niſi per acci-
dens, id eſt, per ſubiectum: ita
non præcedit alteratio corrup
tiua niſi per accidens, ideſt per
ſubiectū: alteratio.n. corrupti
ua ſubiecti per ſe eſt corrupti-
ua diſpoſitionum per accidēs.
Sicut & corruptio ſubiecti eſt
corruptio diſpoſitionū ex cō
ſequenti. ¶ Ad quartā demum
improbationē dicitur negando
conſequentiam, & quum inſta
tur, quia nō remanet niſi mate-
ria nuda & indifferens, &c. Di
citur qđ aliud eſt loqui de ma
teria nuda abſolute, & aliud eſt
loqui de materia nuda immedia
te poſt tales diſpoſitiões, mate
ria ſiquidē nuda nihil aliud im
portat quā ipſam ſubſtantiam
materiæ primę abſque ordine
aliquo ad certam formā, & pro
pterea ſonat indifferens ad om
nes formas, & qua ratione reci
peret vnā, recipere aliam, &c.
Materia verò nuda per expo-
liationē formæ per tales diſpo
ſitiones immediate præceden-
tes nō ſonat quid indifferens,
ſed addit ſupra ipſam materiā
primā appropriationē eius reſ
pectu formæ illius ad quam ne
ceſsitant pro illo inſtanti diſ-
poſitiones immediate præcedē
tes. Eſt enim natura neceſſita-
tionis earum vt neceſsitēt pro
inſtanti immediate ſequēte tē-
pus earum. Et ideo non fruſtra
inducte fuerūt, quoniā ad hoc
inducuntur tantū vt diſponāt
materiā, nō vt in earum tempo
re ſuſcipiat formam, ſed vt im-
mediate poſt tempus earum ma
teria ſit capax illius formę.
Quod autē formæ pręcedentes
& non manentes cum forma ſe
quenti habeant talē efficaciam
vt ſcilicet expolatione earum
materia ſit propria reſpectu ta
lis formæ & non alterius: teſta
tur materię tranſeuntis ratio &
ſenſus: materia.n. ſpoliata â for
ma vini, nō cuiuſcūque formæ
ſed aceti naturaliter eſt capax,
& ſimiliter materia farinæ reſ-
pectu panis. ¶ Puerile ergo
eſt credere q materia appro-
prietur alicui formæ ſolū per
diſpoſitiones, quas tunc præ-
habet, oportet enim dicere, vel
quas tunc præhabet, vel imme-
diate ante hoc habuit neceſſi-
tantes ad hoc. Ad præſentiam
aūt agentis quę in arguēdo ta-
cta eſt, recurrendum non ea
ratione rear quaſi agens illud
tunc in paſſum præſens nul-
lo

Vide de hac mate-ria auctorē ſuper 1. parte q. 76. art. 6.



lo modo in diſpoſitū in inſtan
ti agat. Sed ea ratione, quia il-
lud agēs in illo inſtāti eſt in ter
mino actionis ſuæ reſpectu il-
lius materiæ, quia quod in illo
inſtāti generatur ab ipſo, in to
to tempore pręcedente genera
batur ab ipſomet, vt dicitur in
6. phyſicorū tex. cômē. 52. nō
ſic aūt ſe habet quodcūq; aliud
agens reſpectu illius materiæ
quantumcunque fingeretur,
quod de nouo approximetur,
lex aūt naturaliū agentiū eſt,
vt nō niſi in termino actionis
ſuæ ſubſtātiā producāt, ac per
hoc eſſentiā materiæ primę nu
dam attinguāt. Et propterea â
principio præſentia agētis nō
ſufficit, & ipſa materia nuda
per expoliationē à talibus diſ
poſitionibus immediate præce
dētibus eſt patiens diſpoſitiſsi
mū reſpectu talis agentis in ter
mino actionis ſuæ, & non reſ-
pectu cuiuſcūq; alterius. ¶ Ad
euidentiam autē ſecundæ dubi
tationis de formis partialibus
ſciendum, quod in quodam tra
ctatu attributo ſancto Thomæ
cuius titulus eſt de natura ma-
teriæ: inuenitur quod formæ
partium homo genearum vt
ſunt caro, oſſa, & ſimilia ſunt
in eodem animali multæ ſecun
dum eſſentias, & non ſecundū
eſſe, imaginatur ſiquidē quod
ex materia illa & forma partia
li cōponitur pars illa. Sed pri-
uſquā tale cōpoſitū proprium

ōpinio q̄ habetur in tractatu de natura materię cap. 8.

Improbatio.

eſſe ſortiatur: pręuenitur ab eſ
ſe totius aīalis, & potētia ad eſ
ſe propriū occupatur ab eſſe
totius, & ad actū nō pōt proue
nire, donec eſſe totius deſinat
in ipſa. Et propterea in ſepara
tione à toto non generatur no
ua forma ſecundum eſſentiam,
ſed antiqua nouum eſſe acqui-
rit.

¶ Sed hæc chimerica fictaque
eſſe ex eo poteſt patere,
quia nulla ratione pluralitas tā
ta ponēda eſt, nullū nāque fun
damentum poſitio hæc habet
partes enim poteſt ſeparationē
non remanēt tales niſi æquiuo
cè, caro enim mortui non eſt
caro niſi æquiuocê, & ſimiliter
de oſsibus, &c. Ergo non reti-
nent proprias formas per quas
erant tales, quia iam eſſent eiuſ
dem rationis, quoniam à pro-
pria forma ſumitur ratio rei:
fruſtra ergo ponuntur. Repug
nant quoque doctrinæ S. Tho
mæ, & iccirco non eſt accep-
tandus tractatus ille tanquam
ſit S. Thom. Habemus S. Tho-
mam in hac materia in ſuis ope
ribus certis ſemper vnitatē for
mæ tenuiſſe.

¶ Ad primā igitur obiectionē
in oppoſitum dicendum eſt,
quod diſtinctio ſpecifica pro-
priarum operationū & cōple-
xionū eſt duplex, ſcilicet adæ
quatarum & inadæquatarum,
quum enim operatio & com-
plexio propria vnius adæquate
reſ-

reſpondet vniformæ & differt ſpecie ab operatione & complexione propria alterius adæquate alteri, tunc formę ille neceſſario differunt ſpecie. Si autem non adæquant formam, nõ oportet inferre differentiã ſpecificam : poteſt enim forma illa eſſe adeo perfecta & multiplex in virtute, vt ſit principiũ diuerſarum operationũ & cõplexionum ſecundum ſpeciẽ. Diſcerni autẽ poteſt adæquatio operationum, & cõplexionum ad formam in ſenſibilib9 ex adæquatione & inadequatione ſubiecti: vt enim docent Albertus, & diuus Thomas. Anima quia eſt vna & ſimplex ſecundum eſſentiam & multiplex ſecundum virtutẽ requirit ſubiectum primo perfectibile multis diſtinctum organis, vt inquantum multas habet virtutes multiplex complexio organorum deſeruiat ſibi ad tam diuerſas operationes exercendas inquantum vero vna eſt & ſimplex: totum corpus ſibi reſpondeat, vt vnum primo perfectibile ab ipſa. Vnde quando cõplexio & operatio propria adæquati ſui totius primo perfectibilis ab anima vel quacũque forma differt ſpecie ab operatione & cõplexione propria totius primo perfectibilis ab alia : optime concluditur diſtinctio ſpecifica formarum, & non quando complexiones & operationes partiales ſic ſe habent: ita autem eſt in propoſito, vt ex dictis patet.

Ad ſecundã conceditur quidem, ꝙ anima eſt principium contrariorum partialiter ſe habentium ad ipſam: mouet. n. ad omnes differentias poſitionis: & hoc habet ex ſua excellentia, ſed negatur ꝙ anima ſecundum quòd eſt in vna parte ſit corruptiua ſuæ exiſtentiæ in alia parte per ſe loquẽdo, ſemper enim per accidens excluſum intelligitur ab arte. Et quũ dicitur calore partis corruptiuus eſt cerebri frigidi naturaliter : reſpondetur ꝙ contraria quæcunq; requirit, aut cauſat anima ſic moderatur, vt quãuis inter ſe contraria ſint abſolute vt contineantur: tamen ab anima conſonant intemperatam complexionẽ totius primo perfectibilis, ſicut in fidibus muſicorum organorum videmus, & quãdiu ab anima humores corporis regulantur, nunquã corruptio alicuius partis contingit. Euenit. n. corruptio quum humor aliquis exorbitat à regimine animæ. Vnde calor cordis non inquantum naturalis animæ corrumpit cerebrũ, ſed in quantum præter naturalis, id eſt, ab armonia totius & diſcordans, & ab animæ regimine ſubtractus.

Ad tertiã dicitur dupliciter. Primò quòd caro totaliter abſciſa ( de hac enim loquimur) in qua conſtat non remanſiſſe animam, nunquam redibit ad vitam recuperandam, ſed videbitur fortè viuere, quia fiet vnum continuitate cum reliqua, non tamen viuet. Secundò dicitur quod ſi viuet, quod non inconuenit fieri regreſſum ad habitum in parte primi ſuſceptibilis, quanuis impoſsibile ſit in ipſo primo ſuſceptibili. Hãc autem gloſam conceſſo tali regreſſu ad vitam, oportet etiam dare tenentes pluralitatẽ formarũ, quia nõ eſt dubiũ quod caro illa tunc reinformaretur anima, quæ primo eſt forma totius animalis, quanuis, vltra eã formam aliam propriam haberet ex quo enim iterum pars animalis fieret, eſſet etiã per formam & eſſe totius. ¶ Ad quartam dicitur quod non eſt eadẽ ratio de ſanguine & carne, quia vult Ariſt. in ſecundo de partibus animalium cap. 2. quod ſanguis eſt vltimum nutrimentũ, ac per hoc non eſt adhuc pars animalis nutrimenti, ſed continetur in corpore, vt ibidem dicitur, ſicut vinum in vaſe, &c.

## ¶ V. Quomodo ex anima & corpore vnũ fiat. Queſt.

Tex. 7 ¶ Circa excluſionem quæſtionis, quomodo ex anima & corpore fiat vnum: dubitatur. Tũ quia falſum videtur aſſumi in probatione ſcilicet quod actus eſt, quod proprie eſt: eius enim eſt proprie eſſe, cuius eſt fieri & ecõuerſo, ſed quod proprie fit, non eſt actus, aut forma, ſed compoſitum, vt patet. 7. metaphyſicę tex. 28. ergo quod proprie eſt, nõ eſt forma, aut actus ſed compoſitum. Tum quia ex iſta Ariſt. ratione nõ magis habetur quod ex anima & corpore fiat vnum quam ex cera & figura, & vniuerſaliter ex materia & forma, ſed cum tali vnitate ſtat, quod non fiat niſi vnum per accidens: vt patet in exemplo adducto: ergo ex iſta ratione non habetur quod ex anima & corporę fiat vnum per ſe quod tamen erat quæſitũ, non enim erat antiquorum quæſtio de vno per accidens. ¶ Ad euidentiam horum ſciendum eſt, quod de forma contingit dupliciter loqui: vno modo abſolute vt forma eſt: alio modo ſecundum quod eſt talis ſcilicet materialis ideſt informãs materiã. Si loquimur de forma abſolute ſic eſſe ea ratione eſt proprium formæ, quia ipſa quidẽ & ſine materia & ſine compoſito eſſe poteſt & eſt : vt patet in formis ſeparatis, nec materia autem nec compoſitum ſine forma entis rationem habet: vt patet inductiue. Si loquimur verè de forma inquantum informans materiam ſic eſſe ea ratione eſt propriũ formę, quia eſſe

eſt comes inſeparabilis ipſius formæ: ita quod & quod materia habeat eſſe, & ꝙ compoſitũ habeat eſſe, à forma mendicat, in tantum habetur enim quodcunque eſſe ſiue ſubſtantiale ſiue accidentale, inquantum forme dans illud eſſe habetur. Diſtinctio igitur vniuerſo in tres ordines ſcilicet formarum materiarum & compoſitarum, ſi quæratur cuius ordinis ꝓpriũ ſit eſſe. Dicendum eſt quod eſt proprium coordinationis formarum, quia formæ conuenit non per aliud, & alijs quibuſcũque conuenit per ipſam: hæc autem eſt ratio vere proprij, vt dicitur in primo poſteriorum. Diſsimiliter tamen formarum latitudo vendicat ſibi eſſe, quia forma abſolute ꝓprie eſt quod eſt, tanquã id quo eſt, & quod eſt, quia non dependet à materia, aut compoſito vt ſic, forma verò talis ſcilicet informans materiam proprie eſt quod eſt tanquam quo compoſitum eſt, & hoc eſt eſſe proprie id quod eſt formaliter, quia eſt ratio eſſendi. Ex hoc autem quod eſſe eſt proprium formæ ſequitur, quod ſecundum quancunque entis ſpeciem aliquid dicatur eſſe, hoc erit ſecundum aliquã formam ferentem ſecum illud eſſe, ac per hoc in nullo compoſito ſiue ſubſtantiali ſiue accidentali vt ſic eſt duplex eſſe, ſed vnum tantum: iuxta vnum tantum quod quid erat eſſe ſecundum vnam formam. Et propterea Ariſtoteles ex hoc ꝙ anima eſt actus, concluſit vnũ tantum eſſe conflari ex ipſa & eius matetia. Et hoc enim quod eſſe viuum eſt proprium animæ, & nihil viuit niſi quatenus animam habet, conſequens eſt quod corpus ſecluſa anima nõ habet eſſe viuum. Et ſi adiungas quod anima eſt actus corporis, ſequetur quod illud eſſe viuum, quod eſt proprium animæ, participabit corpus, & ſic conſtituetur corpus viuum ſecundum vnum tantum eſſe viuum, & conſequenter non fiet niſi vnum viuum, ſicut ex hoc quod eſſe triangulare eſt proprium triangularitatis, & non conuenit cerę ſecundum ſe, adueniente triangularitate ipſi cerę non conſtituitur niſi vnum eſſe triangulare, & conſequenter vnum ens triangulare. &c.

¶ Ex his igitur patet primo reſponſio ad primam obiectionē, quia ſi intelligatur comparari compoſitum ad actum abſolute ſic eſſe eſt omnino proprium actus. Si autem ad actum talem, ſic æquiuocatur in argumento de ly quod eſt, quia compoſitum eſt proprie, quod eſt vt ſuppoſitum: forma autem eſt proprie, quod eſt vt principium formale, vel compoſitum eſt proprie, quod eſt denomi-

natiue,



natiue, forma eſt proprie, quod eſt formaliter.

Patet ſecundo ratio dicti Aueroys in commēt. 7. quod forma eſt dignior vt dicatur ens & vnum quam compoſitum: hoc enim de forma abſolute veriſsimum eſt, quia ſecundum ſe eſt ens & vnum: cõpoſitum autem ratione formæ de forma quoque tali verificatur, quia forma talis clauditur ſub ordine formæ ac per hoc retinet quanuis diminute dignitatem ſui ordinis, quæ conſiſtit in vendicare ſibi eſſe: eſt ergo dignior vt dicatur ens & vnum, quia eſſe & vnitatem habet ex proprio ordine, compoſitum verò habet ex ipſa forma.

Patet tertio reſponſio ad ſecundam obiectionem, quia ex hac rõe habetur directe & explicite, quod ex aĩa & corpore non fit vnum per contactum, aut ligamentum aliquod, quia alterum eſt forma, alterum eſt materia, ſicut in vnione ceræ & figuræ, non interuenit aliquod glũtinum, & hoc erat præcipium quæſitum in hac quæſtione: vt patet in primo huius textu commenti. 90. Implicite verò hinc habetur quod ex anima & corpore fit vnum per ſe, quia iam dictum eſt, quod anima eſt forma ſubſtantialis corporis phyſici organici: ſi enim propoſitioni dicenti, quod ex forma & materia non ſit niſi vnum eſſe, adiungas quod talis res, ſeu anima eſt forma ſubſtantialis talis res, ſequitur quod nõ ſolum fiat vnum eſſe, & vnum ens formaliter, ſed quod cougregatum ex forma & materia ſit vnum per ſe natura enim ſubſtantialis formæ exigit cõſtituere per ſe vnum cum materia. Sed Ariſtoteles implicitum hoc dimiſit, quia reſpondebat quærentibus glutinum, quomodo ex anima & corpore fieret vnum.

Patet quarto ratio illius conditionalis in eodem commento. 7: ab Auerroy dictę ſcilicet quod ſi materia & forma eſſent in cõpoſito exiſtentes in actu, tunc compoſitum non diceretur vnum niſi ſicut dicitur in rebus, quæ ſunt vnum ſecundum contactum vel ligamentum. Hæc ſiquidem conditionalis obſcura admodum eſt, quia materia exiſtente ente in actu, non ſequitur neceſſario, quod compoſitum ex illa materia, & forma ſuperueniente ſint vnum per ligamentum, aut contactum, ſed ſtat quod ſit vnum per accidens: vt patet in omni compoſito accidentali. Ex cæra enim & figura fit compoſitum ſcilicet cęra figurata quando eſt vnum per accidens, & non per aliquod vinculum, nec per

aliquē

aliquem contactum, & tamē ce
ra eſt ens in actu. Ex prædictis
autem deducitur facile ſubtilis
intellectus huius cōditionalis.

Ad cuius claritatem aduerte,
quod aliud eſt loqui de mate-
ria vt materia, & aliud de re, quę
eſt materia. De ratione enim
materiæ inquantum materia eſt
non eſt niſi eſſe in potētia reſ
pectu actus, & hoc eſt cōmune
omni materiæ ſiue ſit ſubſtan-
tialis ſiue accidentalis compoſi
ti. De ratione autē rei, quæ eſt
materia, contingit quandoque
quod eſt ens actu, &c. vt patet
in materia accidentium. Quia
verò materia inquantum mate
ria non habet niſi quod ſit in
potentia, & eſſe non habet niſi
ab actu: vt ex dictis patet, ſe-
quitur & quod materia ſiue ſit
ſubſtantialis ſiue accidentalis
compoſiti pars, in quantum ma
teria nō differt à forma per ali
quē actū, ſed ꝑ eſſe in potētia,
& cōſequēter quod non ſit ens
in actu, & quod ſi poneretur
ens in actu, ex ipſa & forma
non poſſet fieri vnum ſiue per
ſe ſiue per accidēs, quia forma
tunc non recipitur in tali mate
ria, quia actus nunquam recipi
tur in altero actu, niſi inquan-
tum alterum eſt in potentia reſ
pectu alterius, neque etiā duo
actus poſſunt per accidens cō
iungi ratione tertij ſubiecti, ni
ſi aliquod vtriuſque ſubiectū
ſit in potentia reſpectu eorum
vt patet de albo & dulci. Om-
nis ergo coniunctio formæ &
materiæ ſiue per ſe ſiue per ac-
cidens materiam exigit vt ſic
non habentem eſſe in actu, &
propterea ſi materia vt ſic eſſet
in actu, neque cōpoſitum ſub-
ſtantiale, neque accidentale
eſſet vnum niſi per contactum
iuxta ſe poſitorum, vel vincu-
lū aliquid, &c. ¶ Et cū his adiū
xeris, quod materia accidentis
in hoc differt à materia ſubſtā
tiæ, quod illa præter hoc quod
eſt materia eſt res quædam ha-
bens proprium eſſe, cui accidit
eſſe materiam accidentalis com
poſiti: iſta verò nihil aliud eſt
quam materia, quia vt dictum
eſt in cōmento. 4. nō habet eſ
ſe proprium, nec ſibi accidit eſ
ſe materiam, ſequitur quod ma
teria compoſiti ſubſtātialis om
nino eſt in potentia, & quod
non eſt quid, neque quale, ne-
que quantum, nec aliquod alio
rum generum, ſed ipſius natu-
ra ſubſtātiatur per potentiam:
& quod compoſitum ſubſtan-
tiale nō claudet in ſe duo quod
quid erat eſſe, ſed vnum tantū:
& ideo erit vnum per ſe, com-
poſitum autē accidentale, quia
claudit in ſe duo qđ quid erat
eſſe, erit vnū per accidēs, vt pa
tet de cera figurata. ¶ Condi-
tionalis igitur Aueroys de ma
teria, forma & compoſito in cō
muni ſiue ſubſtantiali, ſiue ac-
cidentali vera eſt formaliter in
tellecta





tellecta & adiuncta ſibi, vt feci
mus, differētia inter materiam
formæ ſubſtantialis, & materiā
accidentis ex cō. 4. huius. vbi
oſtendit cōpoſitū ſubſtantia-
le eſſe per ſe vnum, quod Ari-
ſtot. hic occultum dimiſit.

Tex. 8 Circa. 4. cōclu. dubitatiun-
cula occurrit, quia nō videtur
vera illa differētia aſsignata ab
Ariſt. inter dolabram: ſi eſſet
ens naturale, & dolabram quæ
de facto eſt ens artificiale, quo
ad hoc ꝙ remota forma dola-
bræ ſi eſſet ens naturale, non
maneret dolabra niſi æquiuo-
ce: modo autē quia eſt ens arti
ficiale remanet dolabra: hoc. n.
eſt manifeſte falsū, quia cōſtat
ꝙ remota forma dolabræ à fer
ro non remanet niſi ferrū, nec
ferrum illud poſſet dici dola-
bra tunc niſi æquiuocè. Per-
ſpicuum quidem eſt quòd ſe-
parata forma ſeparatur etiam
diſſinitio ſumpta penes illam
formam, & eſſe illud, quod da-
bat illa forma: vnde non rema-
net, niſi vox dolabræ in ferro,
&c. ¶ Ad huius difficultatis
euidentiam ſciēdum eſt, quòd
hic eſt aliquid pertinēs ad quæ
ſtionē rerum, & aliquid perti-
nens ad quæſtionē nominum.
Ad res quidem ſpectat intenta
differentia ſecundū rem inter
formā ſubſtantialē & acciden-
talē in dando rationē, & quod
quid erat eſſe rei, & intēdit ꝙ
forma ſubſtantialis eſt, ex qua
ſumitur ratio, & quod q d erat
eſſe nō ſolū totius cōpoſiti ex
materia & forma, ſed ipſius ma
teriæ proprie: ita ꝙ remota for
ma, nec cōpoſitū: puta homo,
nec materia: puta caro, rema-
net niſi æquiuoce: forma vero
artificialis eſt, ex qua nec ſumi
tur ratio, & quod quid erat eſ-
ſe cōpoſiti quia nullū cōpoſi-
tū per ſe vnū reſultat ex ſub
ſtātia & accidēte, nec materiæ
ꝓpriè, quia ſeparata forma ar-
tificiali, puta forma dolabræ à
ferro nō deſinit ratio, & quod
quid erat eſſe ferri, quod erat
eius materia, cuius rō, & quod
q d erat eſſe deſineret, ſi forma
dolabre eſſet forma ſubſtātia-
lis. Hoc eſt intentū Ariſt. ſe-
cundū rem, & ex hoc manife-
ſtū eſſe vult, ꝙ quia recedente
aīa nō remanet materia eius. ſ.
corpus phyſicū organicū, qđ
eſt materia eiꝰ, niſi æquiuocè:
cōſequens eſt, ꝙ aīa fuerit for
ma ſubſtātialis talis corporis: ſi
. n. accidētalis eſſet ipſa recedē
te materia nō perderet ꝓpriā
rationē, & quod q d erat eſſe: vt
patet de ferro reſpectu formæ
dolabræ. ¶ Ad nomina aūt ſpe
ctat quod dixit de æquiuoca-
tione dolabræ. Et Auerr. q dē
in cōm. 8. multum laborauit vt
ſaluaret hunc textū, quo. ſ. mo
do remota forma dolabræ: fer-
rum poſsit dici dolabra abſq;
æquiuocatione, & fundauit ſe
ſuper tres propoſitiōes. Prima

eſt ꝙ nomen dolabræ ſignificat cōpoſitum ex forma dolabræ & eius materia. Secunda eſt ꝙ nomen cōpoſiti artificialis in hoc differt à nomine cōpoſiti naturalis, quòd nomen cōpoſiti naturalis primo ſignificat formā, & vltimo materiā: nomen verò cōpoſiti artificialis primo materiā & ſecundario formā ſignificat. Tertia eſt ꝙ remanſio abſq; ęquiuocatione nominis ſignificantis compoſitū attenditur penes remanſionem primo ſignificati, hanc propoſitionē non niſi implicite habes in cōmento. Ex his patet differentia inter remāſionē nominis dolabræ remota forma: ſi eſſet forma naturalis, & modo quū eſt artificialis, quia ſi eſſet forma nālis, nomē dolabræ primo ſignificaret formā, & cōſequēter ipſa remota nō remaneret dolabræ nomen in materia, niſi æquiuocè: modo aūt qa eſt artificialis forma, nomen dolabræ primo ſignificat ferrū, & conſequenter remota forma remanēte tamē ferro remanet dolabræ nomē in ferro abſque æquiuocatione. ¶ Sed quū in indiomate latino ꝓpoſitio dicens, ꝙ nomen artificialium primo ſignificat materiā: ſit manifeſte falſa, vt patet, nō video quō hic Ariſt. textus cū Auerroys cōmento poſsit ſaluari quoad hanc nominū ſignificationē, niſi in idiomate græco & arabico nomina artificialia primo ſignificent materiā: apud nos. n. ſcamnū non dicimus niſi formā ſcamni habeat, & ſimiliter nec ſecurim vocamus, nec domū, niſi ꝙ ſecuris, aut domus formā habet. ¶ Nec te hic lateat diſtinctio inter eſſe rem primo ſeu principaliter ſignificatā aliquo nomine, & eſſe rem primā ſeu principalē ſignificatam illo nomine. Albedo. n. eſt res primo & principaliter ſignificata nomine albi, ſubſtantia tamen eſt res prima & principalis ſignificata nomine albi, quia cōparādo res iſtas importatas inter ſe, ſubſtantia eſt principalis. Cōparando vero eaſdem ad ſignificari tali nomine albedo primatū obtinet. Quanuis ergo ferri & figuræ nomine dolabræ ſignificatorū ferrum ſit prima & principalis res ſignificata, & figura poſterior: res tamen primo & principaliter ſignificata dolabre nomine eſt figura dolabræ, & ideo ipſa remota non remanet dolabra niſi æquiuocè: materia tñ eius remanet abſq; æquiuocatione omni, vt diximus.

Diſtinctionē notes.

Circa correlariū dubitatur, an ſit facienda vis in hoc text. vt verificetur de ipſa aīa, aut đ parte eius. Si enim non refert intelligere ea, quæ hic dicūtur de aīa, aut de parte eius: paratur aperte via ad deſtruendam vniuerſalitatē diffinitionis da

Text. 11.

tæ



tę de aīa, & quod plus eſt ad habendum expreſſe ab Ariſt. ꝙ aīa intellectiua nullius corporis eſt actus, quia in hoc textu dicitur, ꝙ quædam partes aīæ nullius corporis ſunt actus. Si autē multū cenſeatur referre inter animā & partē eius quo ad hoc. Difficultas maxima oritur quō eſt poſsibile ꝙ pars aīę non ſit actus corporis, & ipſa anima ſit actus corporis.

¶ Themiſtius & Auer. hic S. Tho. contra auerroyſtas. cap. 1.

Auerroys & Themiſt. nullā faciunt differentiā quo vis modo intelligatur. Diuus aūt Thomas in tract. cōtra auerroiſtas ponderat partis rationē & diſtinctionē ab ipſa aīa, vultque Ariſtot. de parte tantum poteſtatiua aīæ loqui. ¶ Ad cuius euidentiā ſciendū eſt primo, ꝙ Ariſt. nō accipit hic partē animæ pro parte ſubiectiua, ſed poteſtatiua, qa loquitur de dubijs partibus aīæ, vt patet ex eo, quod dicit. ſ. ſi partibilis eſt anima, animā nanq; habere partes ſubiectiuas ſub dubio non cadit, ſicut habere poteſtatiuas: dubitatur. n: an vis generatiua ſit aīa, aut pars poteſtatiua aīæ, & ſic de alijs. Notandū eſt ſecundo, ꝙ ſeparabilitas ſumitur pro ſeparatione ſecundū eſſe, ita ꝙ eſſe vnius ſit ſeparatū ab eſſe alterius: vnūq; in reliquo non recipiatur ſecundū rem, nec ambo in tertio. Nec refert an littera legatur de actuali ſeparatione, vt tranſlatio arabica habet, aut de potētiali vt noſtra ſonat, quoniā vtraq; ſeparatio bene infertur ex nō eſſe actū alicuius corporis. Aduerte. 3. ꝙ S. Tho. ideo tanti facit partis rationē, quia vult ꝙ aīa omnis ſecundū eſſentiā ſit act⁹ corporis phyſici, ſed partes aīę in hoc differāt, ꝙ quædam ſint actus corporis vt vires ſenſitiuæ & vegetatiuę, & quædā nō, vt vires intellectuales intellect⁹. ſ. & volūtas: habetq; hinc ꝙ aīa, de qua in eſſētiali diffinitione dictū eſt actus corporis phyſici organici, hic dicitur ſecundū quaſdā partes nulli⁹ corporis eſſe actus, ſaluaturq; vniuerſalitas diffinitiōis aīe reſpectu aīæ etiā rōnalis, quā oportet ſaluare, qa exp̄ſſe ne vlla exceptio fieret dixit Ariſ. in tex. 8. vniuerſaliter dictū eſt, quid eſt aīa, qđ verbū Auer. pertrāſiuit, nec vllā cōmentationem ſup eo fecit, quia directe cōtra ſuā exceptionē erat. Excepit. n. aīam rōnalē ab Ariſ. diffinitiōe, vt patet in tex. 7. & cō. 11. Conſonat autē valde textui, ꝙ præſens ſermo exponatur de parte animæ. Tum quia Ariſt. quū diceret, quòd quidē igitur non ſit anima ſeparabilis, quaſi emēdans verbū ſubdit, aut partes quædam ipſius, ſi partibilis eſt. Tum quia in toto reſiduo textus octaui, nunquam animā replicat, ſed partis nomine ſemper vtitur.

Nec fallaris ex verbis magni Alberti hoc in loco ſonãtibus hunc quidẽ textũ intelligi de parte aĩę: idẽ tamẽ fore iudiciũ de parte poteſtatiua aĩæ & de eſſentia eius, nec eſt poſsibile ꝙ poteſtas nõ ſit actus corporis, & eſſentia aĩæ ſit actus corporis. Quid. n. ipſe ſenſerit de hoc vlt. in. 3 lib. dicetur ex tractatu eius. 2. ca. 12. tertij de aĩa, ſat ſit pro nunc ꝙ ipſe de parte animæ textum hunc intelligit cum ſancto Thoma, quomodo autẽ poſsibile ſit aĩam rationalẽ eſſe corporis actũ, eius autẽ poteſtatem non, in. 3. dicetur.

## ¶ An anima ſit actus corporis, ſicut nauta nauis. Quæſt.

Super tex. 20 q. vnica de immorta. aĩæ ad 5.

¶ Circa finẽ capituli dubiũ occurrit magnũ, ex eo ꝙ ibi dicitur immanifeſtũ eſſe, an aĩa ſit actus corporis, ſicut nauta nauis, hoc. n. tribus dictis præcedẽtib⁹ repugnare videtur. Primo ei qđ dictũ eſt in tex. 7. ſ. ꝙ nõ oportet quęrere, qũo ex aĩa & corpore fiat vnũ, ſicut neq; ex ære & figura, &c. In tali ſiquidẽ excluſiõe ſupponitur aĩam eſſe actũ corporis vt formã materiæ, & nõ vt nautã nauis, vt patet ex rõne ſubiuncta ab Ariſt. & expoſitione, tã Auerr. quã Themiſt. j & cæterorũ, & ex rõne, quia niſi ſupponatur, aĩam eſſe actũ corporis vt formã materiæ, inquirendũ eſſet qũo ex aĩa & corpore fieret vnũ, ſicut inquirẽdũ eſt qũo ex nauta & naui fiat vnũ, qa cõſtat quæ ſic ſunt vnũ, nõ eſſe vnũ ſecundũ eſſe. ¶Repugnat etiã alteri dicto in tex. 8. & ſequeñ. vbi dicitur & declaratur, ꝙ aĩa eſt ſubſtãtia ſecundũ rõnem, & quod qđ eſſe talis corporis, &c. In hac. n. propoſitiõe manifeſte videtur aſſumi aĩam eſſe actũ corporis, vt formã conſtituentẽ quod qđ erat eſſe talis corporis, cũ hoc autẽ nõ ſtat ꝙ ſit act⁹ corporis præciſè, ſicut nauta nauis, quoniã nauta nõ eſt quod qđ erat eſſe, neq; ſubſtãtia nauis, ſed cõiungitur ſibi tantũ vt motor, vt patet. ¶Repugnat. 3. alij dicto in tex. 11. in quo expręſſe dixit manifeſtũ eſſe aĩam, aut quaſdã eius partes nõ poſſe ſeparari à corpore, quia ſunt act⁹ corporis, ex hoc: n. dicto patet, ꝙ pro cõſtanti ac manifeſto accipiebat aĩam eſſe actũ corporis vt formã, alioqn nõ potuiſſet cõcludere manifeſtã eſſe inſeparabilitatẽ aĩæ, aut partis eius à corpore. Si. n. ambiguũ adhuc fuiſſet, an anima ſit actus corporis, vt nauta nauis. manifeſtũ non foret ꝙ eſſet inſeparabilis, quoniam nauta ſeparatus eſt ſecundum eſſe à naui.

Ad hoc dubiũ quãuis difficile ſit reſpõdere cũ ſatisfactione, dicam tamẽ quod occurrit. Auer. cõm. 11 & Themiſt. c. 9. Themiſtius & Auerr. facile de

quæſtio-



quæſtione hac ſe expedirent dicendo, quod oĩa illa dicta ſuperius nõ vniuerſalia ſunt omni animę, ſed ſenſitiuę tantũ & vegetatiuę aſſerta ſunt cõueni re. De intellectiua aũt anima dictum credunt ſub diſiunctione quandam ipſam eſſe ſeparabilem, aut quia nullius corporis eſt actus, aut quia ſi eſt act⁹, forte eſt actus, ſicut nauta nauis: his. n. duobus modis volũt Ariſt. inſinuaſſe animã in[illegible]ctiuã fore ſeparatam ſec[illegible] eſſe à corpore. ¶ Sed quun[illegible] fuerit cõſuetũ Ariſt. loqui [illegible] formaliter. & expræſſe dix[illegible] nõ de parte aĩæ, nec de ali[illegible] anima, ſed abſolute quod i[illegible]manifeſtum eſt, an anima ſit actus corporis: ſicut nauta nauis. Voluntaria videtur reſtrictio prædicta ad animã intellectiuã. Accedit ad hæc quod in tex. 8. expræſſe dictũm eſt diffinitionẽ animæ eſſe vniuerſalem omni animæ. Et ſtatim ſubdit, quod eſt ſubſtãtia & quod quid erat eſſe, &c. De omni ergo anima loquebatur. Non cõſonat etiã ſeries textus illi ſenſui diſiuncto ab illis poſito, quoniam Ariſt. poſt expręſſam propoſitionẽ dicẽtem, quod quędã partes animæ nullius corporis ſint actus ſubiungit: amplius autem immanifeſtũ ſi anima eſt actus vt nauta nauis. Ex quam ſubiũctione nõ habetur ſenſus aliqs diſiunctiuus. ¶S. autẽ Tho. in tractatum cõtra Auerroyſtas dicit ideo Ariſtotelẽ appoſuiſſe hanc ambiguitatẽ, quia [illegible]dũ ad liquidũ oſtẽſum e[illegible], animam eſſe actũ corpo[illegible] vt formã & nõ vt nautam. [illegible] ſecũdũ hoc dicẽdũ videtu[illegible] ad primam obiectionem [illegible] aliud eſt ex veritate alicui⁹ fundamẽti poſiti deduce[illegible] ſolutionem alicuius dubij, aliud eſt ex manifeſtatio[illegible] illius verita[illegible] ſuppoſitæ ſol uere illud [illegible] cõtin[illegible] illud ple[illegible] ꝙ [illegible]poſit[illegible] [illegible]od prin[illegible]rio & nõdu[illegible] [illegible]e notifi[illegible]o ante [illegible] qu[illegible] procedamus ad [illegible]ſius omnin[illegible] explanati[illegible]nẽ & ꝓbatior[illegible]m, ſupponamus ſic eſſe, & ex tali ſuppoſito pleni⁹ declarãdo excludimus aliquas quęſtiones, hoc ſeruauit hic Ariſt. poſuit. n. animam eſſe actũ corporis. Et vidit quod ſecundũ veritatẽ ly actus ſupponit pro forma dãte eſſe materię & ex hoc ſuppoſito inferius declarãdo excluſit quęſtionẽ quęrẽtiũ quomodo ex aĩa & corpore fieret vnũ, cũ quo tamen ſtat, quod illud ſuppoſitũ quanuis verũ in ſe ſit, adhuc manifeſtũ nõ eſt, & ideo dixit immanifeſtũ ad huc eſſe, ſi aĩa ſit actus ſicut nauta, ſuadetur aũt cõſonare hęc Ariſt. quia vt in text: patet antequã declararet aĩã eſſe ſubſtãtiã, & quod quid erat eſſe talis corporis præfatã quæſtionẽ excluſit innuẽs ex hoc quod potius ex declarandi ſup-

 poſitas

poſitis tamē quā ex declaratis quæſtio illa excludebatur.

Ad ſecundā verò obiectionē dicitur, ꝙ ex his quæ dicuntur in tex. 8. & 9. & 10. quāuis habeatur quædā declaratio, ꝙ aīa ſit vnita corpori vt forma: non tamē hoc ad plenū manifeſtatur, vt patet ex rōne adducta ab Ariſt. quia. ſ. recedente aīa nō remanet corpus niſi æquiuoce: hæc. n. ratio nō cōuincit eū, qui diceret aīam eſſe actum corporis, ſicut nauta nauis, quoniā ſi fingamus nauē cum velis &c. Eſſe quoddā ens naturale & nautā ſuo flatu vela implere & mouere: recedēte nauta nō remaneret nauis niſi æquiuoce, & tñ nauta nō fuiſſet forma ſubſtātialis ipſius: ponēdo etiā loco nautę aliquā ſubſtantiā ſpiritualē mouentē ſingulas nauis partes cū velis, &c. non tamē magis vnitam naui quam nautā. Quod autē tali hypotheſi facta nō remaneret nauis, niſi æquiuocè, patet ex eo quòd remaneret deſtituta omnibus operationib⁹ ſuis, ſicut modo remaneret corpus exanime. Quia igitur ex tali ratione aſſignata ibidē videbat Ariſtoteles, ꝙ non apertè excluſa erat Platonis opinio tenentis animam vniri corpori vt nautam naui, & concedentis ꝙ remota aīa nō remanet corpus niſi æquiuoce. Ideo dixit adhuc immanifeſtū eſſe, an aīa ſit actus, ſicut nauta nauis. Conuenire quoque quodāmodo actui vt nautę eſſe ſubſtātiam, à qua ſumitur ratio & quod quid erat eſſe corporis, cuius eſt actus, ex eo coniicere quis poteſt, ꝙ ex natura naute inquantū nauta eſt, ratio nauis ſumēda eſſet: oporteret enim non quācunq; nauē cōmenſuratā eſſe cuicunque naute, ſed inſtituenda formāda diſtinguendaq; eſſet nauis, ſi à natura fieret, vt eſſet ꝓportionata tali naute, ab ipſo rōnē, & qđ q d erat eſſe ſumēs.

Ad tertiā inſtantiā dicitur, ꝙ Ariſt. accepit pro cōſtanti hāc diſiunctiuā, anima aut pars ei⁹ eſt ſic actus, ꝙ non eſt ſeparabilis, & non accepit alterā partem determinate. ſ. quòd anima ſit iſto modo actus, & pro medio termino non aſſumpſit diſiunctiuā, ſed alterā eius partem. ſ. quòd quædā partes aīæ ſunt actus partiū corporis, & quædam nullius corporis ſunt actus, inſinuās ꝙ ex hoc quòd partes ſunt actus vel nō, concludenda eſt ſeparabilitas aīæ: ſufficit autē quòd de aliquib⁹ partibus animæ puta viſiua, auditiua, &c. conſtet iſto modo ipſas eſſe actus corporis: cum hoc autē nō apparet repugnare aīam ipſam eſſe actū vt nautam, quoniā vt magnus inquit Albert. ſtat ꝙ actus ſit ſeparatus ſecundū eſſe à corpore, & tamē quędā poteſtatęs eius nō

niſi



niſi per organū exerceantur.

Et ſic declaratū ſit ꝙ cōgrue potuit Ariſt. poſt tot dicta dicere, quòd immanifeſtū adhuc eſt: an aīa ſit actus corporis, ſicut nauta nauis, & tamē abſq; plena declaratiōe & probatiōe ſuppoſuiſſe animā eſſe actum corporis vt formam materiæ.

DE OSTENSIONE præpoſitæ diffinitionis animæ per alteram eiuſdem diffinitionem hic inueſtigatā.

¶ Capitulum. II.

Cō. 12 QVoniā autē ex incertis quidē: certius autē fit quod & ſecundū rationem notius, tentandū eſt iterum ſic aggredi de ipſa. Non. n. ſolū, quia oportet diffinitiuā rōnem oſtendere, ſicut plures terminorū dicunt, ſed & cauſam ineſſe & demonſtrare. Nunc aūt ſicut concluſiones rationes terminorum ſunt, vt quid eſt tetragoniſmus æquale altera parte longiori orthogonium eſſe æquilaterale. Talis autē terminus ratio concluſionis. Dicens autem, quoniā tetragoniſmus eſt medię inuentio rei, cauſam dicit. ¶ Dicamus igitur Cō. 13. principium accipientes intentionis determinari animatum ab inanimato in viuendo. Multipliciter autem ipſo viuere dicto, & ſi vnum aliquod horum inſit ſolum, viuere ipſum dicimus, vt intellectus & ſenſus, motus & ſtatus ſecundum locum. Adhuc autē motus ſecundum alimentum & detrimentum & augmentum. ¶ Vnde & vegetabilia omnia Cōme. 14. videtur viuere: videntur autem in ſe ipſis habentia potentiā & principiū huiuſmodi, per quod augmentum & detrimentū ſuſcipiunt ſm̄ contrarios locos. Nō enim ſurſum quidē augentur: deorſum autē non, ſed ſimiliter in vtroq;. Et penitus quæcunq; aluntur & viuunt in fine, quouſq; poſſunt accipere alimentū. ¶ Separari Cō. 15. autē hoc ab alijs poſsibile eſt, alia autē ab hoc impoſſibile eſt in rebus mortalib⁹. Manifeſtū eſt aūt in his quæ vegetantur. Neque enim vna ineſt ipſis poten-



tia

Cõ.16 tia alia aĩæ. ¶ Viuere qui-
dẽ igitur propter hoc prin
cipium ineſt omnibus vi-
uentibus. Animal autem
propter ſenſum primum.
Et nanque quæ non mouẽ
tur, neque mutantia locũ:
habentia autẽ ſenſum ani-
malia dicimus, & non viue
re ſolũm: videntur autem
& huiuſmodi multa eſſe
animalium. Manentia aũt
cum ſint natura, habent ſo
Cõ.17. lum ſenſum. ¶ Senſuũ au-
tem primo ineſt omnibus
tactus. Sicut autẽ vegetati-
uum poteſt ſeparari à tactu
& omni ſenſu, ſic & tactus
ab alijs ſenſibus. Vegetati-
uum autem dicimus huiuſ
modi partem animæ, qua
& vegetabilia participant.
Animalia autem omnia vi
dentur tangẽdi ſenſum ha
Cõm. 18. bentia. ¶ Propter quã au-
tem cauſam vtrunq; horũ
accidit, poſterius dicemus.
Nunc autem in tantum di
ctum ſit ſolũ, quod eſt ani-
ma horum quæ dicta ſunt
principium, & his determi
nata eſt, vegetatiuo, ſenſiti
uo, intellectiuo, & motu.
Cõ.19 Vtrum autem vnũquod
que horum eſt anima, aut
pars animæ: & ſi pars, vtrũ
ſic vt ſit ſeparabilis ratione
ſolum, aut & loco. De qui-
buſdam quidem horũ non
eſt difficile videre. Quædã
autẽ dubitationem habẽt.
Sicut enim in plãtis quę Cõ.20
dam diuiſa videntur, & vi-
uentia ſeparata ab inuicem,
tanquã exiſtente in his ani
ma actũ quidẽ vna in vna-
quaque planta: potẽtia au-
tem pluribus, ſic videmus
& circa alteras differentias
animæ accidere, vt in ento
mis deciſis. Et. n. ſenſum
vtraque partium habet, &
motum ſecundum locum.
Si autem ſenſum, & phan-
taſiam & appetitũ: vbi qui
dem enim ſenſus eſt, & tri
ſtitia & lætitia eſt: vbi autẽ
hæc ſunt ex neceſsitate &
deſiderium eſt. ¶ De intel- Cõ.21
lectu aũt & perſpectiua po
tentia nihil adhuc manife-
ſtum eſt, ſed videtur genus
alterum animæ eſſe, & hoc
ſolum contingere ſeparari,
ſicut perpetuum à corrup-
tibili. ¶ Reliquæ autẽ par Cõ.22
tes animæ manifeſtum ex
his ꝙ non ſeparabiles ſunt,





ſicut quidã dicunt. Ratiõe
autẽ ꝙ alterę manifeſtũ eſt.
Senſitiuo. n. eſſe & opinati
uo alterum. Siquidẽ & ſen
tire ab ipſo opinari. Simili
ter autẽ & aliorũ vnũquod
Cõ.23 que quæ dicta ſũt. ¶ Quod
autem quibuſdam anima-
liũ omnia inſunt hæc: qui-
buſdam vero quædam ho-
rum, alteris autẽ vnũ ſolũ.
Hoc autẽ facit differẽtiam
animaliũ. Propter quã au-
tem cauſam ſit factum: po
ſterius intendendũ eſt. Si-
militer autem & circa ſen-
ſus accidit. Alia quidem. n.
habent oẽs, alia vero quoſ-
dam. Quędam vero vnum
maxime neceſſarium tactũ
Cõ.24 ¶ Quoniam autẽ quo viui
mus & ſentimus dupliciter,
ſicut quo ſcimus. Dicimus
autẽ hoc quidẽ ſcientiam:
illud autẽ animam: vtroq;
enim horum dicimus ſcire.
Similiter autem & quo ſa-
namur, aliud quidem ſani-
tas eſt: aliud autem parte
quadam corporis, aut toto.
Horum autẽ ſciẽtia quidẽ
& ſanitas forma eſt, & ſpe-
cies quædam & ratio, vt a-
ctus ſuſceptiuorũ: hęc qui
dem ſcientifici: illa vero ſa
nabilis, videtur enim in pa
tiente & diſpoſito actiuo
rum in eſſe actus. Anima
autem hæc quo viuimus,
& ſentimus & mouemur,
& intelligimꝰ primo. Qua
re ratio quędam vtiq; erit
& ſpecies, ſed non vt ma-
teria & vt ſubiectum.
Tripliciter enim dicta Cõ.25
ſubſtantia, ſicut diximus,
hæc quidẽ ſpecies. Illud ve
ro vt materia, aliud autem
ex vtriſque. Horum autem
materiam quidem poten-
tia: ſpecies autem actus, po
ſtea ex vtriſque animatum,
non corpus eſt actus ani-
mę, ſed ipſa corporis cuiuſ
dam. ¶ Et propter hoc be- Cõm. 26.
ne opinantur, quibus vide
tur, neque ſine corpore eſ
ſe, neq; corpus aliquod a-
nima. Corpus quidẽ enim
non eſt: corporis autem ali
quid eſt. Et propter hoc in
corpore eſt, & corpore hu
iuſmodi, & non ſicut prio
res ad corpus aptabant ip-
ſam, nihil definiẽtes in quo
& quali, & vere cum non
videatur accipere quodli-
bet contingens. Sic autẽ fit

ſecūdum rationem, vniuſ cuiuſque enim actus in potētia exiſtēte, & in propria materia aptus natus eſt fieri. Quod quidem igitur actus eſt quidā & ratio potētia habentis eſſe huiuſmodi manifeſtum ex his.

## ¶ Summa huius capituli hæc eſt.

Propoſitum. TEntandū eſt iterum ſic aggredi de anima, probatur à priori, & quia ex incertis certificatur certius & notius ſecūdū ſe, & quia diffinitionē oportet non ſolū quia eſt, ſed cauſam oſtendere, declaratur hoc ex duobus generibus diffinitionū.ſ. habentiū ſe vt concluſiones, & habētiū ſe vt principia: vt patet in mathematicis.

1. ſuppoſitio 2. ¶ Animatum ab inanimato diſtinguitur in viuendo.

¶ Cuicūque vnū horum ſcilicet intelligere, ſentire, moueri & quieſcere localiter, vel nutriri, augeri, diminutiue ineſt, illud viuit: declaratur, quia viuere multipliciter dicitur.

1. concluſio. Omnia vegetabilia viuūt, probatur à poſteriori, quia habēt in ſe principiū augmēti & decremēti ſecūdū cōtraria loca, & quia quęcūq; alūtur viuunt quouſque poſſunt ſuſcipere alimentum.

¶ Viuere quidē ineſt omnibus viuentibus mortalibus propter principiū vegetādi: animal aūt eſſe ꝓpter ſenſum primū, probatur prima pars à poſteriori, quia hoc eſt ſeparabile ab alijs in rebus mortalibꝰ, & nō econuerſo, vt patet in plantis, ſecunda verò pars probatur à poſteriori, quia ſentientia quanuis immobilia ſint animalia dicimꝰ vt patet in multis. 3. autē pars declaratur à poſteriori, quia omnia aīalia habent tactū qui eſt primus ſenſuū, quia ſe nō habēt ad alios ſenſus, ſicut vegetatiuū ad alias partes aīę, de quorūcauſa poſterius dicetur. 2. cōcl.

¶ Anima eſt omniū prædictorum principium & determinatiua eſt vegetatiuo, ſenſitiuo, intellectiuo & motu. Latitudo aīę.

¶ Vtrū vnūquodq; horū ſit anima, aut pars aīæ, & ſi pars, vtrū ſic, vt ſit ſeparabilis ratione ſolum, aut etiam & loco. Queſt. duplex

¶ De quibuſdā horū nō eſt difficile, quędā aūt dubietatē habēt, declaratur prima pars, quo ad vegetatiuū, ſenſitiuū, motiuū, phātaſticū & appetitiuum, quia ſicut partes plantæ diuiſæ viuūt, tāquam exiſtente aīa, in qualibet planta vna in actu & pluribꝰ in potētia, ita hęc in vtraq; quorūdā aīaliū diuiſorū parte ſaluari patet quo ad vitā ſenſum & motū, ergo quo ad phā- Reſpōſio ad 2. partē. 2. queſt.

pham



phātaſiā & appetitū, probatur hoc vltimū ab effectu, quia vbi ſenſatio ibi triſtitia & lætitia, vbi aūt hæc, ibi deſideriū: ſecūda verò pars declaratur, quia de intellectu & perſpectiua potentia nihil adhuc eſt manifeſtū, ſed videtur genus alterū animę eſſe, & hoc ſolū contingere ſeparari, ſicut perpetuū à corruptibili.

Reſpō. ad 1. partē. 2. q. ¶ Omnes partes animæ ſunt alteræ ratione, ꝓbatur à priori, quia actus earum abinuicem ſunt alteri ratione.

Excluſio. ¶ Quibuſdā aīaliū inſunt omnia hæc, quibuſdam quædam, quibuſdā vnū tātū: hoc aūt facit differentiā aīalium. Sicut & differentia in habendo omnes plures vel vnum ſenſum.

1. cōcl. principalis. ¶ Anima eſt rō & ſpecies & nō vt materia & ſubiectū, ꝓbatur, quia quo viuimus ſentimꝰ mouemur & intelligimus primo, ratio eſt & ſpecies, & nō vt materia & ſubiectū: aīa aūt eſt huiuſmodi, ꝓbatur maior, quia quo viuimus & ſentimus dupliciter, ſicut & quo ſcimus vt ſciētia & anima, & quo ſanamur vt ſanitate & corpore vel parte, & ſcientia, & ſanitas forma eſt & ſpecies & ratio, vt actus ſciētifici & ſanabilis, quia actus actiuorum inſunt in patiente & diſpoſitio.

Cōcluſio principalis. ¶ Anima eſt actus corporis cuiuſdam, probatur ex vi diuiſionis, quia ſubſtantia quum triplex ſit, & ipſa ſit ſubſtantia vt ſpecies & actus, corpus vt materia & potentia, & compoſitum ex vtriſque ſit animatum corpus, nō eſt actus aīę ſed aīa eſt actus corporis talis.

¶ Bene opinati ſunt dicentes animam, neque corpus, neque, ſine corpore eſſe: probatur à priori, quia non eſt corpus, ſed corpris aliquid. Corol. 1.

Errauerūt priores ad corpus animam aptantes, & nihil de corpore, in quo & quali diffinientes: probatur à priori, quia anima ex ſe eſt in corpore, & corpore huiuſmodi declaratur hoc à poſteriori, qa anima non quodlibet contingens corpus accipit, & à priori, quia actus vniuſcuiuſq; in propria matèria & potētia natꝰ eſt fieri. Corol. 2.

Anima eſt actus quidā & ratio, & potētia habētis eſſe hmōi Cōcluſio totius.

## Series autem hęc eſt.

INtendens Ariſtoteles in hoc capitulo aliā diffinitionē de anima dare, per quam demonſtretur diffinitio aſsignata in capitulo pręcedente, propoſita intētione ſua tria facit. Primo venatur latitudinem animę quantum ſcilicet ſe extendat inter entia ſeu quot entium gradus faciat, & hoc clare facit duabus ſuppoſitionibus & duabus concluſionibus.

Secun

Secundò mouet duas quæſtiones,& ſecundam tantum,quam mouerat in primo text. 9. tractat.quo ad vtranque partē,& ſtatim excludit inſtantiam,quę poſſet fieri contra reſponſionem datam ad prima partem de inſeparabilitate ſcilicet ſecundum locum. Tertiò probat diffinitionem in præcedente capitulo datam,per iſtam nunc aſsignatā,& hoc facit in prima cōcluſione principali, quam etiā repetēdo iterum probat ex vi diuiſionis factæ in textu ſecundo,& ex his deducit duo corrolaria de dictis antiquorum alterū probatiuum, alterum repræhenſiuum, & ſic concludit totum,&c.

¶ De comparatione vnius definitionis animæ ad aliā Quæſt.1.

Text, 12. ¶ Circa propoſitum huius capituli,quia ardua valde tractanda ſunt,dubium ſubtiliter diſcutiendū occurrit duplex primo,quia Ariſtoteles videtur contraria proponere: proponit enim in principio capituli quod aggrediendū eſt de anima ſic ideſt ex incertioribus naturę incertiora naturæ tenēdo. Et ſubdit ſtatim rationem, quia oportet diffinitiuam rationem non ſolum quia ſed propter quid dicere: hæc enim duo repugnantia inuicem vidętur, quoniā ſi ex incertioribus naturæ procedendū eſt:ergo nō procedetur à diffinitione dicēte propter quid, quoniam propter quid eſt certius naturæ. Et ſi procedatur à diffinitione dicente ꝑpter qd: ergo nō ex incertioribus naturæ ad certiora naturæ procedetur, ſed èconuerſo vt patet.

¶ Secundum dubitatur, an diffinitio ſit inueſtigāda cōparata ad diffinitionē prius aſsignatā habeat rōem prioris aut poſterioris ſecundū naturā. Utrō dubitādi eſt, quia & in principio huius dicitur tex.cō. 12. quod oportet iterū aggredi, quia diffinitio debet non ſolum dicere quia ſed propter quid, & Albertus Magnus vult hoc in loco diffinitionem inueſtigandā explicare cauſam ſecundum eſſe. D. verò Tho. ſentit, quod diffinitio inueſtiganda ſit per poſteriora ſecundum naturæ ordinem.

¶ Ad primum horum dicitur, quod ſecundū omnes illa duo dicta Ariſt.ad diuerſa inſinuāda propoſita ſunt, quāuis ſecū dum diuerſas expoſitiones diuerſimode intelligātur. ¶ Themiſtius ſiquidem Auerroys & Albertus intelligunt primum dictum de proceſſu inueſtigatiuo diffinitionis aſsignandæ, volunt enim quod ideo dixerit,quod ex incertis procedendum ſit,quia ab operationibus corporis animati & partium animæ inueſtigatur futura diffinitio. Conſonatque hoc rationi,quoniam quū primā diffinitionē inueſtigaſſet via ac ordine naturæ,ſ. ꝑ diuiſionē, &c. à priorib9 & ſuperiorib9 inchoādo,rationabile fuit, vt alio ordine ex poſterioribus ſcilicet ad aliam diffinitionē procederet in philoſophia naturali, cui proceſſus iſte familiaris eſt. ¶ S. Thomas autē nihil horum refutās addit quod hoc etiam dictum eſt de ipſa diffinitione inueſtigāda in cōparatione ad ipſam animā & præcedentem diffinitionē: vt patet in expoſitione ſua. Secundi autē dicti ratio apud omnes reſpicit diffinitiones ipſas animæ ſcilicet datam & dandam inter ſe. Sed Albertus vult literam vt iacet intelligi,& quod diffinitio aſsignanda dicat cauſam, & propter quid diffinitionis aſsignatæ.

S. Th. S. Tho. verò diſtinguit inter demonſtrationē & demōſtrationis modū ſcilicet quia,aut propter quid, & vult quod Ariſtoteles, licet de vtroque mentionem faciat,non tamen intendit concludere niſi alterum,ſcilicet quod prior diffinitio ſit demōſtrabilis per ſequentem diffinitionem,& nō intendit, quod ſit demonſtrabilis tali modo ſcilicet demonſtratione propter quid.



Auerroys verò cōſonus eſt magis diuo Thomæ, quoniā expræſſe in cōmen. 25. dicit quod demonſtratio primę diffinitionis de anima per ſecundam dicit eſſe & non cauſam, non tamen omnino conſonat quoniam in hoc. 12. cōmento vult ꝙ per hæc verba Ariſt. intendat, & demonſtrationē & demonſtrationis modum, ſed non proprie,ſed quaſi: vt patet in commento. Quid autem horum ſit verius,& in ſe difficile, & nunc impoſſibile eſt iudicare,donec.2. dubitatio diſcutiatur, quæ ſciri non poteſt donec diffinitio ſecunda ſit diſcuſſa, quoniam ordo inter eas ex rerum ordinatarum rationibus ſumendus eſt vſque ad finem ergo huius capituli hoc differatur.

Circa primam ſuppoſitionē ſcito, quod per eam Ariſtot. eleuat ſe ſuper antiquos determinantes animatum ſenſu & motu: vt in text. 19. primi dicitur, & ſimul determinat quęſtionem motam in primo tex. 89. vt patet ibi. Text. 13.

Circa primam concluſionē aduerte quod vis rationis illius fundatur ſuper hoc principio, quod natura eſt determinata ad vnum, quum enim Ariſtoteles infert, vegetabilia viuere,quia principiū augmentandi habent non determinatum ad vnam differentiā loci, Text. 14.

loci,ſed ad contraria loca mo-
uens differentiam ſupponit
inter naturam & animam in
hoc, quod natura ad vnum tã
tum mouet: anima verò ad cõ
traria. Aliter ex hoc effectu,
quod eſt augere verſus cõtra
ria loca non ſufficienter con
cluderetur vegetabilia habere
animam.

Ad euidẽtiã huius fundamẽ
ti ſciendum eſt,quod agẽtium
principia in tres ordines ſecã
tur in naturalem: animalem,
& rationalẽ.Et agens quidẽ à
propoſito:vt dicitur.9.meta-
phy.quãtum ex eſt ſe:adeo in
determinatũ eſt vt triplicem
ĩndeterminationẽ compatia-
tur ſcilicet reſpectu actionis,
reſpectu obiecti, & reſpectu
effectus. Actionis quidẽ,quia
liberũ eſt, & habet dominium
ſui actus, ita ꝙ poteſt velle &
nõ velle:obiecti aũt,quia põt
velle hoc,aut eius oppoſitum:
effectꝰ verò ſimiliter,quia po-
teſt facere vtrũ vis oppoſitõ-
rũ,vt patet in medico.Natura
verò in altero eſt extremo,
& omnino eſt determinata ad
vnũ, quia non habet in pote-
ſtate ſua ſubtrahere ſe ab agẽ
do,nec ad cõtrarios ſe exten-
dit modos operãdi,aut effectꝰ
per ſeipſius. Dico autẽ cõtra
rios & nõ diuerſos, quia quũ
dicitur, quòd natura eſt deter
minata ad vnũ, nõ ſumitur ad
vnũ,vt diſtinguitur cõtra mul
ta numero, aut ſpecie, alio-
qn natura ignis nõ eſſet prin
cipiũ naturale calefactionis&
exiccationis, ſed vt diſtingui
tur cõtra oppoſita contrariæ
quo ad effectus & modos agẽ
di: cõtradictoriæ verò quo ad
actionẽ: vnde in tex. nõ aſſu
mitur ꝓ medio, quod anima
mouet ad multa,ſed ad cõtra-
ria. Dico quoq; effectꝰ perſe
ipſius naturæ propter liquefa
ctionẽ ceræ &indurationẽ ter
ræ ab eodem calefaciẽte:hi.n.
ſunt effectus per accidens ex
parte ſuſceptiuorum. ¶ Ani-
ma aũt medij rationẽ habet:ac
per hoc vtriuſq; extremi ra-
tionẽ ſapit,& quo ad actionẽ
quidẽ cũ volũtate cõmunicat
in hoc ꝙ actiua eſt per modũ
dormientes & habitus, in cu-
ius ſignũ pars ſenſitiua ſuſci-
pit & retinet formas per mo-
dũ habitus. Cũ natura cõmu-
ne habet, ꝙ operationis ſuæ
dominiũ nõ habet,ſed per mo
dũ naturæ quietẽ illã ab operã
do ſibi parit, quo ad modũ ve
rò operandi & effectiuũ, hæc
.n. duo coincidũt ꝓpoſito,ex
appropinquatiõe ad volũtatẽ
habet ꝙ ad cõtrarios effectus
mouet, &motu locali: vt patet
in motu progreſsiuo aĩalis, &
motu augmẽtationis, qa augẽ
tur tam ſurſum quam deor-
ſum,&c: & motu alterationis,
quia aĩa vtitur qualitatibus cõ
trarijs frigefactione. ſ. & cale
factionę



factiõe. Ex natura verò parti
cipatiõe habet,ꝙ certo modo
aĩa hæc faciat, vt oẽs araneæ
eodem modo faciunt telam,&
hirũdines nidum. Solida ergo
&efficax ſtat ratio Ariſt. pro
bans vegetabilia viuere, quia
augẽtur ad oẽs differẽtias: hoc
enim opus eſt excedens totam
naturæ facultatem.

Text. 19. Circa quæſtiones motas in
tex. 19. aduerte ꝙ Auerr. tres
vult quæſtiones illas eſſe. Pri
mã an quodlibet horũ ſit aĩa,
an nõ. Secunda dato ꝙ ſit aĩa,
an ſit pars animæ aut tota. Ter
tiã dato ꝙ ſit pars: vtrũ ſit ſe-
parabilis loco & ratione, an
rõnes tãtũ. Intẽdit aũt in pri-
ma. q. per eſſe aĩã, eſſe formã
dantẽ eſſe formaliter corpori
phyſico organico, ſeu quod
idem eſt, vnitam corpori tali
ſecũdũ eſſe,vt patet ex cõ. 21

Vbi ſcito,ꝙ Auer. hãc primã
quæſtionẽ ex textu nõ habet
vt clare liquet in litera tã ſua
quã noſtra,ſed ipſe addit eam
ꝓpter phãtaſiã, quã tenet de
anima intellectiua, arbitratus
ſiquidẽ eſt quod formã duo tã
tũ ſunt genera, quædã quæ ꝑfi
ciuntur per materias ſuas, &
quædã quæ nõ perficiũtur per
illas, vocatque perfici per ma
teriã ſuſtineri & ſuſtẽtari per
illas,ac ꝑ hoc, quũ oĩs forma,
cuius eſſe ſuſtentatur à mate-
ria dependeat ſecũdũ eſſe ab
ipſa erit corruptibilis, vultq;
corruptibiliter hæc ſe inuicẽ
ſequi. ſ. formã perfici per ma-
teriã & formã eſſe actum ſecũ
dũ eſſe ipſius materiæ & ꝑfe
ctionẽ & finẽ: vt patet ex cõ.
22. vbi quia perfectio nõ ſepa
ratur à re perfecta & finis à re
finita, cõcludit omnẽ formã,
quæ eſt perfectio corporis eſ
ſe corruptibilẽ, ac per hoc in
tellectum nõ eſſe animã, neq;
formã corporis niſi æquiuoce.

Opin. aliorũ .ſ. Auice. Albert. & S. Th. Sed quia hæc neceſſaria nõ
ſunt, melius dixerunt alij phi
loſo. 3. genꝰ formarũ inueniẽ
tes mediũ inter formas,quæ ſu
ſtentatur per ſubiecta, & for-
mas quæ omnino ſecundũ eſ-
ſe abſtrahunt à ſubiecto ſci-
licet formã,quæ eſt quidẽ per
fectio materiæ ſecũdum eſſe,
ſed eſt indepẽdẽs à materia ſe
cũdũ eſſe, & talis ſiquidẽ nõ
eſt educta de potentia mate-
riæ,ſed venit de foris: vt Ari-
ſtoteles in ſecũdo de genera-
tione animaliũ capitulo. 3. di-
cit, & de tali non habet locum
propoſitio, dicens quod per-
fectio formalis nõ ſeparatur à
re,cuius eſt perfectio & finis,
ſed hoc verùm eſt tãtũ de for
mis dependentibus & nõ ex-
cedentibus capacitatẽ ſui per
fectibilis & finibilis. Si qua
enim forma eſt, quæ excedat
illud,ſeparari poterit: talis eſt
autẽ forma media ſcilicet par-
tim abſtracta, & partim cõiun
cta, vt latius inferius dicetur.
Hæc

Hæc enim propter Cõmentatorem dicta ſint: vt appareat aperte quod extorquet. text. cõmẽ. 19 ac per hoc. 21. quia exponit conſequẽter de ſeparabilitate animæ à corpore, quæ ad primam ſuam quæſtionem pertinet, & tamen Ariſt. loquitur de ſeparabilitate vnius partis animæ ab alia: vt patet ex quæſtionibus, quibus reſpondet vſque ad textum. 24. excluſiue.

## ¶ An omnis anima ſit indiuiſibilis. Quæſt.

Text. 20. Circa reſponſionem ad ſecundam quæſtionem aduerte Thomiſta, quod illud dictum de anima ſenſitiua quorundã animalium: quorũ partes deciſæ viuunt quo ad ſui fundamentum, quia ſcilicet anima eſt extenſa per accidẽs, ac per hoc eſt tota in toto & in parte, ſingulare eſt, nec eſt extendendum ad omnem animam, quoniam apud S. Tho. ex prima parte. q. 76. art. 8. & in q. de anima. q. 10. non ſolũ anima intellectiua, ſed anima ſenſitiua animalium perfectorum eſt tota in toto, & tota in qualibet parte loquendo de totalitate eſſentiæ & totalitate quantitatiua. De illa quidẽ poſitiue, quia ſecundum omnia prędicata quidditatiua eſt in ſingulis partibus: de hac verò negatiue, quia nullas habet partes extenſiue: quarum vna ſit in vna parte corporis & alia in alia. Vniuerſale aũt fundamẽtum huius doctrinæ aſsignatur ab eodẽ, ex eo ꝙ extenſio ſoli quãtitate per ſe ipſam conuenit: reliquis autẽ per accidens idest per quantitatẽ. Inter formas autẽ hęc eſt differentia, quòd quædam indifferentem habent habitudinem actuationis ad totum quantitatiuum & partes idest non diſsimilem requirunt diſpoſitionẽ in toto & partibus vt albedo & forma terræ: quędam autem diſsimilem requirunt diſpoſitionem in toto & partibus vt forma bouis: primæ extenduntur per accidẽs & habent quantitatiuas partes: ſicut & corpora in quibus ſunt. Secundæ autem non tales autẽ ſunt animæ animaliũ perfectorũ. Inter primas quoque datur latitudo, quoniam quędam omnino indifferentẽ exigunt diſpoſitionem in toto & parte, vt patet de homogeneis, quędam quaſi indifferentem diſpoſitionem requirunt in toto & partibus omnibus, aut quibuſdam pro quãto non ſolum in toto inuenitur diſpoſitio primi perfectibilis ab illa forma, ſed etiã in quibuſdam partibus, & ideo ſaluatur etiam in illis deciſis, & inter hæc etiam datur latitudo,



tudo, vt patet in animalibus plãtarum & animalium anuloſorũ, propter quod dicuntur in textu habere animam vnam in actu, & multas in potentia.

Circa quæſtiones eaſdẽ aduerte diligẽtiſsime, ꝙ ex cõtextu litteræ habes ab Ariſt. ſolutionẽ primæ quæſtionis, ſcilicet, vtrum vnũquodq; horũ ſit aĩa, aut pars animæ, quoad oĩa, excepto intellectiuo quod ſic patet. Mota prima quæſtione prædicta non mouet ſecundam de ſeparabilitate eorũ abſolute, ſed ex ſuppoſitione determinate primæ quæſtiõis ad hoc quòd illa ſint partes: ſic. n. ait in tex. 19. Et ſi pars, vtrũ ſit ſeparabilis ratione ſolum aut loco. Solutio ergo ſecũdę quęſtionis quoad alia ab intellectiuo in tex. 20. poſita ſupponit hæc non eſſe animas, ſed animæ partes. De intellectu autẽ textu. 21. ſub dubio relinquit: imò videtur declinare, ꝙ anima eſt ſeparabilis nõ loco, ſed plus dicens, quòd videtur genus alterum animæ eſſe, & ſeparari ſicut perpetuũ à corruptibili, nec ex hac ſuppoſitione ſolum hoc patet, ſed ex contextu. 22. vbi expreſſè litera ſubdit. Reliquæ autẽ animæ palã ꝙ non ſunt ſeparabiles, ſicut quidã Platonici. ſ. dicunt. Vbi apertè cæteras ab intellectu partes aĩæ inſeparabiles loco eſſe vult. Et ſi adiungas ꝙ hæc eſt ſententia, quã hinc peripathetici accipiunt de inſeparabilitatę partiũ animæ. Manifeſtum fiet quod primã quæſtionẽ inſolutã non relinquit.

Et tu nouitiæ ſcito, ꝙ ſecundũ veritatẽ quædam horum in quibuſdã ſunt animę, & in quibuſdã ſunt partes aĩæ. Vegetatiuũ. n. plantis eſt anima: in animalibus autem eſt pars aĩæ. Et propterea quandoq; habẽt rationẽ aĩę, & quandoq; rationẽ partis: quando. ſ. in vno plura inueniuntur animato. Et quoniã Ariſt. q̃ſtio cũ aliis philoſophis erat: an iſta in vno inuẽta ſint aĩæ, aut partes vnius aĩæ, vt ex primo libro text. 89. & 90. accipi poteſt: & ratio ambiguitatis ſuadet: ideo loquẽs de iſtis hic vt in vno ſunt, ipſis ſub ratione partium vtitur, & partes nominat.

## ¶ An poſteriora animæ definitio ſit legitima. Quæſt.

Circa primã cõcluſionẽ principalẽ & rationem eius adductã in tex. 24. & 25. multa occurrunt. Dubitatur nanq; primo de intẽto Ariſt. an. ſ. intendat demonſtrare, ꝙ anima ſit actus corporis ſumẽdo actum in cõmuni, an in ſpeciali quòd ſit actus vt forma dans formaliter eſſe corpori. Ex hoc enim pendet tota quæſtio de vnione Text. 24. & 25.



ne

ne animæ intellectiuæ ad cor-
pus. Et ſi ex hoc loco nō habe
tur veritas: nullibi in libro de
aīa arbitror haberi poſſe. Se-
Septē ſunt fa cienda ptem igitur hic diligenter tra-
ctanda ſunt: primo diſtingue-
mus multiplicē ſenſum huius
intenti, ac per hoc maioris ex-
tremitatis. 2. videbitur quis ſen
ſus textui cōſonet. 3. examina
bitur medius terminus. 4. exa-
minabitur minor extremitas.
5. propoſitiones ex quib⁹ pro
cedit hæc demonſtratio. 6. vis
ipſa proceſſus. Et ſic. 7. appa-
rebit qualis ſit hæc demōſtra-
tio à priori, ſ. vel poſteriori.

Quo ad primū ſciendū eſt:
ꝙ tripliciter intelligi & proba
ri pōt: quòd aīa ſit actus. Pri-
mò quòd ſit in ſeipſa forma &
actus ſubſtantialis. Secundò ꝙ
ſit forma & actus ſubſtantialis
dās formaliter eſſe corpori or
ganico. Tertiò ꝙ ſit forma &
actus ſubſtātialis corporis quo
cunq; modo hoc cōtingat ſiue
vt nauta nauis, ſiue vt operans
intrinſecū & proportionatū
corpori, ſiue quouis alio modo
quis imaginetur. Hæc autē tria
differūt, qa primo modo Deus
etiam eſt actus, ſecundo modo
formæ materiales ſecundū oēs
ſunt actus: tertio modo anima
cæli ſecundū quoſdam: & ani-
ma intellectiua ſecundū Auer
roym eſt actus & forma.

Quoad. 2. primus ſenſus quā
tum ſpectat ad tex. 24. ſuaderi
poſſet ex eo ꝙ in eo non con
cluditur niſi ꝙ anima eſt ſpe-
cies & ratio, & non vt materia
& ſubiectū. ¶Sed contra hanc
expoſitionem multa militant;
nec apparentia inducta excu-
ſat: manifeſte. n. patet, ꝙ idem
eſt ſubiectū demonſtrationis
huius, & in textu. 25. vt ipſe-
met Auerroys fatetur dū eas
in hoc differre dicit, ꝙ vna dat
eſſe, altera dat cauſam & eſſe.
Et ſi ipſe non acceptaſſet, ex
contextu litteræ conuincere-
tur: dū in. 24. de anima cōclu
ditur, ꝙ eſt vt ſpecies & ratio:
& in. 25. ex hoc ꝙ ratio actuan
di aliud debetur ſpeciei & ra-
tioni & nō materiæ infertur, ꝙ
aīa eſt actus corporis talis: ita
ergo vniuerſalis eſt ſecunda
demōſtratio ſicut prima vt me
diū oſtendit, ſed in prima clau
ditur expreſsè anima intellecti
ua, ergo & in ſecūda. Ex con-
iunctis textibus ergo ambob⁹,
apparet ꝙ de aīa vniuerſaliter
monſtratur, ꝙ eſt ſubſtātia vt
ſpecies, ratio & actus cuiuſdā
corporis. ¶Præter Textus in Nota
prīcipio huius capituli expreſ preſen
ſe vult ꝙ hic demonſtranda ſit tem ra
prima diffinitio animæ per ſe- tionem
cundam, & in hoc omnes etiā
expoſitores conueniunt, ſed
prima diffinitio non eſt ꝙ ani
ma ſit actus in ſe, ſed quòd ani
ma eſt act⁹ corporis talis, ergo
intentū hic eſt concludere, ꝙ
anima eſt actus & ſpecies cor-
poris



poris talis. Multa quoq; con-
tra hunc ſenſum ſunt, quæ con
tra tertium ſenſum adducētur.

Tertius igitur ſenſus. ſ. quòd
anima ſit actus in communi ab
Auerroy & eius ſequacibus
oportet ꝙ aſſeratur, quia ex-
preſſe hic eſt ſermo de anima;
vt comprehendit ſub ſe animā
intellectiuā. ¶Sed contra hanc
expoſitionem multa militant.
Primo quia æquiuocorum nō
eſt per vnum ac idem medium
demōſtratio, ſed actus primus
& forma, &c. vt ipſe fatetur
Auerroys in cōment. 7. huius
ſecūdi ferè purè æquiuocè di
citur de anima intellectiua &
alijs: ergo per idem mediū nō
demonſtratur de eā & alijs, ꝙ
ſit ſpecies ratio & actus corpo
ris, cuius oppoſitum in his
textibus Ariſtoteles facit. Et
cōfirmatur, quia anima, de qua
verius affirmatur, quòd nul-
lius corporis eſt actus, & for-
ma ſubſtantialis nō debet per
idē medium concludi, quòd eſt
actus & forma ſubſtātialis cor
poris phyſici, nec cum alijs in
eadē propoſitione & diſtribu-
tione aſſumi & concludi, de
quibus ſimpliciter verificatur,
ꝙ ſunt formæ ſubſtātiales cor
poris phyſici, ſed anima intel-
lectiua ſecundū eum eſt huiuſ
modi, ergo, &c. Secundò, quia
quum in textu. 11. Ariſt. imma
nifeſtum dimiſerit: an anima
ſit actus corporis vt nauta na-
uis, ſi ex hoc contextu, in quo
concluditur animā ſe habere
ad corpus vt formā & ſpeciem
non excluditur animā eſſe a-
ctum corporis vt nautam: in-
ſufficienter Ariſtot. de anima
tractauit diffinitiue, quia hoc
ex diffinitione aīæ pendet. In
ſuper vnde habent peripathe-
tici, quòd iactant Ariſto. ſ. in
hoc à Platone differre, qa Pla
to animam actum corporis vt
nautam, Ariſtoteles vt formā
poſuit. Nec à viro ſapiente ſuſ
cipi poteſt garulorum diſtin-
ctio in hoc inter animam intel
lectiuam, & alias: quia hoc in
loco indiſtinctè loquitur Ari
ſtote. de ipſa & alijs non impli
cite, ſed explicite.

Secundus autē ſenſus reſpō
det plano ſenſui literę, quoniā
nec æquiuocationē, nec dimi-
nutionē Ariſtoteli imponit, &
demonſtrationē Ariſtotelis vt
iacet ſuſtinet concludendo ꝙ
anima, quia eſt qua primo intel
ligimus, eſt actus & forma ſub
ſtantialis corporis talis, & cæte
quemadmodum anima ſenſiti-
ua, quia eſt qua primo ſenti-
mus, eſt actus & forma ſubſtan
tialis corporis talis, vt patet in
textu.

Aduerte tñ hic diligenter, ꝙ
animā eſſe actum corporis cō
tingit dupliciter. Vno modo
actualiter vnitū corpori. Alio
modo abſtrahendo ab actuali
vnione, aut nō vnione: preſen

tis rationis intētio nō eſt con
cludere animā eſſe actū actua-
liter vnitā corpori,ſed tantum
cōcludere, ꝙ anima eſſentiali-
ter ſit actus & perfectio corpo
ris, ſiue ſit actualiter coniūcta
corpori, ſiue nō abſtrahendo.
Signū autem ꝙ hæc ſit intētio
Ariſtotelis eſt, quia poſt hanc
concluſionē in tex.26.ex ipſa
cōcluſione deducet correlarię
vnionē actualem animę ad cor
pus dicens. Et propter hoc in
corpore eſt,& merito,quia ex
eo ꝙ aīa eſt in ſe res talis.ſ.quę
eſſentialiter eſt perfectio cor-
poris,apertè ſequitur quòd ſit
in corpore, & in tali corpore,
quia perfectio debet eſſe in
perfectibili proprio.Eſt igitur
maior extremitas: res cui eſſen
tialiter debetur, quòd ſit actus
& ſpecies corporis phyſici,
&c. quòd fuit diffinitio ani-
mæ ſuperius inueſtigata. Hæc
de ſecundo.

Quo ad tertium medium ter
minū.ſ.quū ſit quo viuimus &
ſentimꝰ & mouemur & intelli
gimus primo, quod eſt altera
animæ diffinitio notanda ſunt
ſeptem: primum eſt circa ly
quo,quod eſt vocabulū accō-
modum valde ad denominan-
dū principiū vt rōnem eſſen-
di vel operandi. Vocamus.n.
principiū vitæ vt rationem vi
uendi,quo viuimus,& princi-
pium ſcientiæ vt rōnem ſcien
di, quo ſcimus, & ſic de alijs.
Nec ſumitur in propoſito ly
quo vt excludit identificatio-
nem cum ly quod,ſed vt abſtra
hit à coincidere,& non coinci
dere cū ly quod.i. nō ſumitur
quo viuimus: vt ita ſit quo vi-
uimus quod in ſe nō ſit quod
viuit:quū aīa intellectiua,vt in
3.tex.primo dicitur : ita ē quo
intelligimus, quod etiā eſt qđ
intelligit,ſed ſumitur viuimus
formaliter,inquātū eſt quo vi-
uimꝰ, ſiue cū hoc ſit etiā qđ vi
uit ſiue non nihil curando.

Secundū eſt circa ly viuimꝰ,
quòd nō dixit quo viuitur,ſed
viuimus, quia nō eſt hic ſermo
de prima ratione vitæ. Meta-
phyſicalis nanq; perſcrutatio
eſt,quę nā ſit prima ratio vitę:
quum vita terminus ſit meta-
phyſicalis vtpote cōmunis ſe-
paratis à materia & materiali-
bus, ſed inquiſitio præſens eſt
d̄ potētia ratione vitæ noſtræ,
quā ſignificat ly quo viuimus
nos ſubſtantiæ ſenſibiles ani-
matæ,&c.

Tertiū rurſus eſt circa ly vi-
uimus,quod ſumi pōt duplici-
ter.ſ. pro eſſe vitali, vel pro
operatione vitali,& eodē mo-
do diſtingui pōt de alijs.ſ.ſen
timus : mouemur, & intelligi-
mus,niſi ꝙ iſta,quia operatio-
nū ſunt nomina propria, & nō
cōia operatio & eſſe ſicut vi-
uere ad ſimilem diſtinctionem
alio modo ducenda ſunt,dicen
do quòd poſſunt ſumi dupli-





citer.ſ.pro ſuis ſignificatis, &
ſic ſumūtur pro operationibꝰ,
aut pro radicibus ſuorū ſignifi
catorū ad inſinuandas & rerū
naturas poni poſſunt, ſicut paſ
ſiones loco differentiarum oc
cultarum, & ſic ſumuntur pro
eſſe ſenſitiuo,pro eſſe motiuo,
pro eſſe intellectiuo, ſicut vi-
uere pro eſſe vitali. Et quāuis
primo modo hic hæc ſumere
ſit famoſius.ſ.pro operibus: ſe
cundo tamen modo.ſ.pro eſſe
eſt profundius: veritati tamen
efficacię & qualitati demōſtra
tionis vt videbitur nihil con-
fert,aut affert vter ſenſus affir
matur:

Quartū rurſus eſt circa ly vi
uimus, quod pōt ſiquidē dupli
citer ſumi. Vno modo vt æqui
ualet vegetationi. Alio modo
vt eſt cōmunę quoddā ad oēm
viuendi gradū. Tantūq; inter
eſt inter has duas acceptiones,
quātum inter ſpeciē & genus,
ſeu ſuperius & inferius. Viue
re vt in hoc capitulo habitum
eſt multipliciter dicitur, & de
vegetatiuo,ſenſitiuo, intelle-
ctiuo,& ſecundū locū motiuo,
qūo aūt hic ſumatur, ambiguū
videtur: Aſpicientibus.n.ad
textum, in quo gradus viuēdi
quatuor ſunt diſtincti in hoc
capitulo, & viuētibus poſtmo
dum in hoc medio enumeratos
tres reliquos.ſ.ſenſitiuum,mo
tiuum, & intellectiuū, rationa
bile videtur quòd vitam cōnu
merata eis pro vegetatiōe ſup
ponat. Et confirmatur, quia ge
nus non debet cōnumerari cō
tra ſuas ſpecies,ſed ſpecies con
tra ſpeciem.

Intuētibus autē philoſophię
canones.ſ. ꝙ adepto ſermone
formali perit omnis certitudo,
& omnia plena accidētibus in
finitū relinquunt intellectū,vt
dicitur.4.metaphy.tex. 23.nę
ceſſarium videtur,ꝙ ly viuimꝰ
ſumatur formaliter, vt ſignifi-
cat vitam noſtrā quocunq; id
contingat modo. ¶Nec obſtāt
obiectiones ad oppoſitū, quia
hic nec cōnumeratur ſuperius
contra inferiora, nec præter-
mittitur gradus vegetatiuus, ſi
ſanè intelligatur. Aſſumitur nā
que viuere formaliter non ſo-
litariæ, ſed communicatum to
ti latitudini ſuæ formali,& pro
pterea adduntur ei tres modi
ſpecificantes ipſum & exten-
dentes illud ad vniuerſos & ſin
gulos viuentium gradus: Nec
oportuit ſpecialiter meminiſ-
ſe vegetatiui. Tum quia,vt in
tex.14.dictum eſt, viuere mor
talibus per vegetatiuum primo
ineſt. Tum quia ſenſus medij
ipſum continet, vt in ſequen-
ti patet notato:

Quintū ergo eſt circa ly cō
iunctionē horū graduum vita
lium,quod pōt intelligi tripli-
citer: Primo diuiſim vt Ariſt.
breuitatis cauſa,& quaſi per ac
cidens iſta coniunxerit in eo-

dem medio, ita ꝙ medius termi
nus nõ eſt hoc totũ id, quo ha
bemus hæc oĩa. ſ. viuere, ſenti-
re, moueri & intelligere, ſed
ſunt potius quatuor medij : ita
ꝙ repetẽdũ eſt ſic, quo viuim⁹
eſt, &c. Et ſimiliter quõ ſenti-
m⁹ eſt, &c. & ſimiliter quo mo.
uemur eſt, &c. & ſimiliter quo
intelligim⁹ eſt, &c. Secũdo põt
intelligi cõiunctim: ita vt me-
dius terminus ſit quo habemus
hæc oĩa ſimul, &c. ¶ Sed ambæ
expoſitiões vtpote extremę à
vero deuiant: nã neutra ſuſti-
nere põt aĩam in cõi eſſe hac ſe
cunda diffinitione diffinitam,
ſed prima ponit ſingulas : imò
plures quã inueniantur ſigilla
tim diffinitas, ſecũda autẽ ſolã
aĩam intellectiuã humanã. In
quo tñ Ariſt. reprætẽdit anti
quos in. 1. lib. tex. 7. Dixi autẽ
plures quã inueniatur, quia tri
bus exiſtentibus tantũ anima-
bus, quatuor ipſa diffinitio ac-
cipit: nã ſecundũ locũ motiuũ
aĩam nullã conſtituit : quanuis
cõſtituat viuentiũ gradũ quę-
dã. ¶ Tertio igitur modo expo
nitur vt ſit coniunctio expli-
catiua : ita ꝙ medius terminus
eſt communiſsimus omni ani-
mæ, & proprijs ſingulis viuen
tiũ gradibus. Et eſt ſenſus quo
primo viuimus, ſiue ſit quo
primo viuimus tantum, ſiue ſit
quo primo etiam ſentimus, ſi-
ue quo primo etiam mouemur,
ſiue quo primo etiam intelligi

mus, & iuxta hunc ſenſum, vt
dictũ eſt, ly viuimus & forma-
liter ſumitur, & vegetatiuũ ex
plicat, & optime præponitur
ac connumeratur. Saluatur &
vniuerſalitas & proprietas, &
hoc proculdubio modo intelli
gẽdus eſt medius ille termin⁹.

Sextũ eſt circa ly primo: ſig
nificat. n. ſecũdũ quod ipſum,
ſicut dicimus, ꝙ lucere primo
cõuenit luci, quia cõuenit ei ſe
cundũ ꝙ ipſum. Vt autẽ in. 1.
Poſter. habetur, cõuenire ſecũ
dũ quod ipſum eſt conuenire
alicui nõ per aliud, & cæteris
per ipſũ, & propterea ad vim
medij huius exigitur, ꝙ quo vi
uimus nõ ſit qualitercũq; quo
viuimus, ſed quod ipſi ſic con
ueniat, ꝙ non rõne alterius, &
quibuſcunq; conuenit: conue
niat ratione ipſius. ¶ Nec falla
ris hic ex eo, ꝙ ipſi quo viui-
mus, nõ videtur cõuenire pri
ma cõditio requiſita ad ſecun
dũ ꝙ ipſum. ſ. ꝙ cõueniat ei vi
uere, q a quo viuimus nõ opor
tet ꝙ ſit quod viuit: hæc. n. ob
iectio ex diuerſione à propoſi
to cõtingit : non enim medius
terminus aſſumit, cui primo cõ
uenit viuere, ſed quo viuo pri
mo viuimus, inter quæ eſt ma-
gna differentia, & obiectio pro
cedit, ac ſi primum horum pro
medio aſſumeretur, quũ tamẽ
aſſumatur ſecundũ quod ſigni
ficat, nõ cui primo cõuenit vi
uerę, ſed cui primo cõuenit vi





tæ rõ. Cui primo cõuenit hoc
prædicatũ, quo viuimus, ita ꝙ
ſenſus eſt, cui primo cõuenit,
quòd ſit quo viuimus, &c.

Septimũ eſt circa totum me
dium, ꝙ poteſt dupliciter intel
ligi, ſicut de maiori extremita-
te dictũ eſt. ſ. actualiter, & ab-
ſtrahendo ab actualiter & non
actualiter, ſicut quũ diffinitur
accidens, & dicitur ꝙ acciden
tis eſſe eſt ineſſe dupliciter in
telligitur. Primo, ꝙ accidẽs eſt
res, cuius eſſe eſt actualiter in
hærere, & ſic intelligitur actua
liter. Alio modo ſic, accidẽs eſt
res, cui debetur ꝙ eſſe ſuũ ſit
inhæſiuũ, ſiue actualiter inhæ
reat ſiue nõ niſi curando, & ſic
exponitur abſtractiue & ſubti
lius ac vere. In propoſito igi-
tur ſi actualiter intelligatur, ſẽ
ſus eſt, quo primo viuimus, id
eſt, cui primo cõuenit ꝙ actua
liter & exercite ſit ratio vitæ
noſtræ. Si vero intelligatur ab
ſtractiue, ſẽſus eſt, quo primo
viuimus, id eſt, cui debetur ꝙ
ſit primo ratio vitæ noſtræ, ſi-
ue actualiter exerceat eſſe ra-
tionẽ vitæ noſtræ ſiue non, &
propter duos hos ſenſus, vt ap
parebit, diuerſos accepit iudi-
ces hoc mediũ. Tu aũt ſcito, ꝙ
primus eſt famoſior, & profun
dior, & tanto dignior phõ.

Quo ad. 4. ſ. minorẽ extremi
tatẽ ſcito, quòd quadrifariam
intelligi põt aĩa, quæ in littera
ponitur pro minori extremita

te. Primò pro aĩa in cõmuni, &
hæc expoſitio fundatur, quia
idẽ eſt minor extremitas & ſub
iectũ maioris extremitatis, ſed
conſtat ſubiectũ maioris extre
mitatis eſſe animã in cõmuni,
quoniam maior extremitas eſt
diffinitio animæ ſuperius inue
ſtigata, quæ cõcluditur de dif-
finito. Secũdo pro ſingulis ani
mis in ſpeciali, & hæc expoſi-
tio fundatur ſuper proprieta-
te demõſtrationis, ſeu diffini-
tionis. Differre ſiquidem vide
tur diffinitio illa à præterita,
quia illa cõis hæc propria ani-
mæ. putà ſenſitiuũ, motiuum,
&c. rimatur. Tertio pro aĩa hu
mana, & hæc expoſitio funda-
tur ſuper copulatiõe medij ter
mini, & fouetur ex eo ꝙ in lite
ra noſtra dicitur : aĩa aũt hæc,
quo viuimus, &c. ly enim hæc
inſinuat ꝙ de aĩa cõtracta lo-
quitur. Quarto pro anima for
maliter ſecũdũ totã ſuá forma
lẽ latitudinẽ: ita ꝙ quemadmo
dũ ſi diceretur ꝙ color eſt prin
cipiũ diſgregandi, cõgregandi,
diuariandi, cõmouendi, &c. vi
ſum, nõ intelligeretur de colo-
re in cõmuni, nec de tali colo-
re, ſed de colore ſecundũ ſuæ
formalis latitudinis ambitum:
ita propriiſsime loquendo, nec
anima in communi, quia aĩa in
cõmuni nihil aliud ſonat quam
aĩam ſecũdũ cõem rationẽ aĩę
cui conſtat non niſi per acci-
dens conuenire rõnẽ ſentiẽdi,

intelligendi,&c.nec anima ta-
lis, quia de aĩa formaliter eſt
ſermo nunc,& poſtmodũ ſecũ
dum vnamquanque dicendum
erit. Nec anima humana, quia
in text.7. proemij hoc expreſ
ſe repræhenſum eſt ab Ariſto.
Sed anima formaliter non ſo-
lum ſecundũ cõmunem animæ
rationẽ, ſed ſecundũ totã ſuã
formalem latitudinem ſumpta
eſt minor extremitas, & ſic co
incidit cum anima ſuperius dif
finita,& ad propria ſe diffun-
dit,& omnem animã continet
& perſeitatem omniũ poſito-
rum in medio reſpectu ſui ſub
ſtinet, vt patet applicanti, &
hæc de terminis huius demon
ſtrationis ſufficiant. ¶ Quo ad
quintum, propoſitiones ſcili-
cet ex quibus hæc demonſtra
tio procedit, vt ſciantur quæ
ſunt, formanda eſt prius demõ
ſtratio ipſa, vt fit ab Ariſto. in
tex. 24. procedit ergo ſic quo
viuimus,& ſentimus, & moue
mur,& intelligimus primo, eſt
ratio & ſpecies,& non vt ma-
teria & ſubiectum. Anima eſt
quo viuimus, ſentimus,& mo-
uemur, & intelligimus primo
ergo anima eſt ratio & ſpecies,
& non vt materia & ſubiectũ,
minor relinquitur per ſe nota
maior verò probatur ſic, quo
viuimus & ſentimus de duob⁹
dicitur, ſicut quo ſcim⁹,& quo
ſanamur ſcilicet de ſcientia &
anima, de ſanitatę & corpore
toto aut parte. Sed horum ſciẽ
tia & ſanitas, quæ eſt, quo pri-
mo ſcim⁹ & ſanamur, eſt forma
& ſpecies & ratio vt actus ſuſ
ceptiuarum. Quod vltimũ pro
batur, quia actus actiuorum in
ſunt in patiente & diſpoſito er
go quo primo viuimus ſenti-
m⁹,&c. eſt ratio & ſpecies &c.
Hæc eſt Ariſt. ratio in litera in
qua vnica propoſitio minor
ſcilicet anima eſt, qua primo
mouemur, habet aliquid ambi-
gui, quia moueri nobis primo
cõuenit ratione corporis. Cor
pus enim eſt, quod per ſe pri-
mo mouetur, vt patet ſexto
phyſicorum tex. 32. & anima
non mouetur niſi ratione cor
poris. ¶ Ad hoc breuiter dici
tur, quod obiectio procedit ex
inaduertentia litterę, nõ enim
eſt hic ſermo de quocunq; mo
ueri, ſed de moueri motu ani-
mali, qui eſt proceſsiuus & cõ
ſtitutiuus quartum gradum vi
uentium, de quo in fine tertij
tractabitur. Hmõi autem mo-
tus primo conuenit nobis per
animam nõ tanquam præmo-
tam, ſed tanquam per ratio-
nem, qua nos moueamur. Mo-
uemur enim tali motu per ap-
petitum animalem ſiue ſenſiti-
uum, ſiue intellectiuum, vt in
3 tex. 50: dicitur: & vt exponẽ
do mediũ terminũ dictum eſt,
quum dicitur quod anima eſt,
qua primo mouemur, non eſt
ſenſus, quod ſibi primo conue





niat huiuſmõdi motus, ſed ꝙ
ſibi primo conuenit quod ſit
ratio motus noſtri huiuſmodi,
quod conſtat eſſe verum.

Quo ad ſextum, vim ſcilicet
huius proceſſus duplex dubiũ
occurrit, primum eſt circa totã
eius vim ſimpliciter, ſecundũ
autẽ circa vim eius quo ad ani
mam intellectiuã. Quo ad vim
quidẽ eius ſimpliciter dubium
occurrit, quia ratio iſta aut pro
cedit ex particularibus, aut ex
vna vniuerſali nõ explicita fal
ſa. Si.n. procedit ex ſolis pro
poſitionibus in littera expreſ-
ſis: manifeſte patet, quod pro-
cedit ex particularibus, omnes
enim probationes permiſſarũ
in littera ſunt particulares, pri
ma eſt enim, quo viuimus &
ſentimus dupliciter: ſecunda
quo ſcimus,& quo ſanamur du
pliciter, tertia horum, ſcientia
& ſanitas eſt ſpecies,&c. & ſo
la probatio huius vltimi eſt v-
niuerſalis ſcilicet actus actiuo
rum,&c. ex qua tamen nõ pẽ-
det ratio per particulares pri-
ores, ex quibus nihil habe-
tur niſi ſimilitudinarium.

¶ Si autem ratio iſta procedit
ex illa propoſitione vniuerſa
li, quam inquit Auerr. cõm. 24
Ariſto. tacuiſſe ſcilicet omnis
actio attributa eſt alicui enti
propter duo, vnum eorum eſt
forma & reliquũ materia, &c.
manifeſtę procedit ex falſis,
quoniam hæc propoſitio ha-
bet manifeſtas inſtãtias quoad
operari & actiue, quia dici-
mur loqui lingua & pulmo-
ne,& paſsiue, quia ſanamur
corpore & medicina, & etiam
quo ad eſſe, quia ſumus loca-
ti corpore & loco; & viuimus
corde & capite, & tamen neu-
trum horum eſt alterius forma
& actus. At ſi reſtringenda cre
ditur propoſitio iſta ad prin-
cipia eſſentialia, ita ꝙ ly duo
ſupponat pro principijs eſſen
tialibus, tunc in minore peti-
tur concluſio, quia aſſumere
oportet, quod anima & corpus
ſunt principia eſſentialia, hoc
eſt, autem quod concludendũ
eſt, imò facilius forte quis cõce
det aĩam eſſe formã corporis,
quã eſſe partẽ eſſentialẽ com
poſiti, quoniam partes eſſentia
les manifeſte conſtat eſſe mate
riam & formam dantẽ eſſe for
maliter,&c. Si autem reſtringẽ
da creditur ad inexiſtentia in
nobis: ita quod ly duo ſuppo-
nat pro inexiſtentibus in no-
bis quoniam hanc particulam
tangit Auerr. iam ablatè ſunt
inſtantiæ de vita & locatione
& membris officialibus:

¶ Quo ad virturem autem hu-
ius rationis reſpectu animæ in
tellectiue magna occurrit du-
bitatio, quoniam aut falſum aſ-
ſumit aut inefficaciter conclu
dit. Quum fundamentũ enim
ſyllogiſmi huius ſit, quo viui-
mus & ſentimus dupliciter ſi-

cut,&c. oportet ꝓceſſũ explici
te vel implicite, aut includere
hãc diſtinctionẽ. ſ. quo intelli
gimꝰ dupliciter. ſ. aĩa & corpo
re, aut nõ includere. Et ſiquidẽ
cõceditur ꝙ includit illã, mani
feſtè procedit ex falſis, quia nõ
intelligimus anima & corpore,
quia neque toto, neque parte.
Si verò non includit illam, ma
nifeſte patet, ꝙ vane ſubſumi-
tur quo intelligimus, & aĩa in-
tellectiua. Totus enim proceſ-
ſus ſuper illa diſtinctione fun
datur, quæ non habet locũ in
ly quo intelligimus. Et confir
matur imo augetur dubitatio,
quia aĩam eſſe actũ nõ dico in
ſe, ſed corporis talis. Nulla alia
ratione in litera infertur, niſi
quia duobus exiſtentibus, de
quibus dicitur, quo viuimus,
quo ſentimus, &c. alterum. ſ.
quo primo, eſt alterius ratio, &
ſpecies vt actus ſuſceptiui &c.
igitur ſi nõ exiſtãt duo, de qui
bus dici poteſt, quo intelligi-
mus, ſed vnum ſolum nõ pote
rit inferri primũ quo intelligi
mus, ſpecies ratio & actus ſuſ-
ceptiui. ¶ Ad primum dubium
dicitur ꝙ hæc ratio nõ eget il-
la propoſitione tacita, quã ſal-
uandã relinquo his, qui illa e-
gẽt ſed procedit ex ſolis ꝓpo
ſitionibus in littera poſitis vt
rationẽ formauimus. ¶ Verũ
tamẽ aduertere oportet, quod
prima propoſitio non eſt vna
ſimplex propoſitio, ſed eſt v-
na ꝓportionalis, quoniã vt in
litera patet nõ dicitur ibi, quo
viuimus & ſentimus dupliciter,
& poſtmodũ diſtinguimus
quo ſcimus & ſanamur, ſed fit
ꝓportionalis cũ aduerbio cau
ſali præpoſito & dicitur. Quo
niã quo viuimus, & ſentimus
dupliciter, ſicut quo ſcimus, &
quo ſanamur. Vbi aperte vide
re potes, ꝙ autor ex hoc quod
quo viuimus dicitur dupliciter
nõ qualitercunq; , ſed ſic, ſicut
quo ſcimus de ſciẽtia, & aĩa, &
quo ſanamur de ſanitate & cor
pore procedit, & eſt proceſſus
nõ à ſimili, ſed proportionalis
hæc enim eſt ratio proportio
naliũ quinto metaphy. cap. de
vno. ſ. ſe habere vt aliud ad a-
liud, hoc aũt. ſ. quod quo viui-
mus dicatur dupliciter, ſicut
quo ſcimus de ſcĩa & aĩa, &c.
Ariſt. pro per ſe noto aſſump
ſit, & verè ſic eſt, & vſus loquẽ
tium ſic cõprobat, nec eſt pro
ceſſus iſte ex particularibus,
ſed regulare eſt in proportio-
nalibus, vt conſtante propor-
tionalitate ex aliquibus pro-
portionalibus manifeſtioribus
occultiora monſtrẽtur, vt ſi ex
habitudine cordis ad membra
concludatur ſimilis habitudo
eius, quod proportionale eſt
cordi, ad membra in animali-
bus corde carentibus. Exer-
cuit hic igitur naturalia philo
ſophus à ſenſibus nõ recedens
proportionalem proceſſum ad
declarandum



declarandum ſuę demonſtra-
tionis initium, dũ ex eo quod
conſtat, quod quo viuimus di-
citur dupliciter: ideſt de ani-
ma & corpore, ſicut quo ſci-
mus de ſcientia & aĩa, & quo
ſanamur de ſanitate & corpo-
re: Ex habitudine horũ, quia. ſ.
alterum horum vrobiq; eſt for
ma & ſpecies vt actus ſuſcep-
tibilis, intulit quod ſic eſt, in
quo viuimus: ſtat ergo proceſ
ſus ſolidus nulla tacita propo
ſitione, niſi hac per ſe nota,
quod inter illa duo, quorum
vnum eſt forma, &c. illud quo
primo eſt forma, quæ etiam nõ
eſt omnino tacita, quoniam in
medio termino appoſitum ly
primo inſinuauit in præceden
tibus fuiſſe ſubintellectum.

Ad ſecũdum aũt dubiũ diffi-
cile eſt benedicere, dupliciter
tamen occurrit dicendũ ſem-
per tenẽdo quod nũquã aſſum
ptũ præſupponitur, quo intel
ligimus dupliciter. ſ. aĩa & cor
pore, hoc enim eſt falſum ma-
nifeſte. Dicitur ergo primo
quod virtus rationis procedit
per locum à fortiori, & vtitur
illo fundamento ſic. Si quo in
telligimus dicitur dupliciter, ſi
cut quo viuimus, ratio proce-
dit, & ſi dicitur de vno ſolo:
ſcilicet anima: ergo à fortiori
ipſa anima, quæ eſt, qua primo
intelligimus, eſt ſpecies & ra
tio. ¶ Ad confirmationem
autẽ iuxta hãc reſpõſionẽ dici
tur quod ex hoc ipſo ꝙ anima
ipſa eſt, quia primo intelligi-
mus nos ſubſtantiæ corporeæ
ſatis infertur non ſolum quod
in ſe ſit ſpecies, ſed quod ſit ra
tio & ſpecies vt actus ſuſcepti
ui, ꝙ ipſa intelligit &c.

¶ Hæc reſpõſio ad confirma-
tionem non ſatisfacit litteræ,
neque vi ipſius proceſſus Ari
ſtotel. quamuis in ſe ſit vera.
Ariſtotel. enim vt obijcien-
do dictum eſt procedit, &c.

Dicitur ergo ꝙ quia, vt infe-
rius in text, 30. dicitur, gradus
animarum conſequenter ſe ha
bent ſicut figuræ, ita quod &
ordinatę ſe habẽt, & antecedẽs
ſemper clauditur in cõſequẽte
nõ actu, ſed potẽtia ſeu virtu-
te, vt trigonũ in tetragono, ac
per hoc vegetatiuũ ſic claudi-
tur in ſenſitiuo, & ſenſitiuũ in
tellectiuo apud mortalia; quã
videret Ariſt. ꝙ ratio ſua non
poterat applicari ad intellecti
uũ ſeorſum ſumptum, mira ar-
te cõcluſit intellectiuũ quate-
nus claudit in ſe ſenſitiuum, &
alia eſſe actum corporis, ita ꝙ
vis rationis quo ad aĩam intel-
lectiuã cõſiſtit in hoc, quia du
pliciter dicitur quo viuimus,
& ſentimus. ſ. anima & corpo-
re & aĩa noſtra intellectiua eſt
qua viuimus & ſentimꝰ, & mo
uemur, & intelligimus: primo
ergo etiam intellectiua anima
eſt ſpecies & ratio & actꝰ cor
poris ſuſceptiui, &c. ¶ Et hæc
reſpon-

reſponſio omnibus propoſitio
nibus & fundamentis vtitur,
& rite ſaluat omnia, nullumq́;
habet obſtaculum, ſed ſuppo-
nit animã intellectiuam ante-
cedentes includere, vt tetrago
num trigonum, quod & verum
eſt & confeſſum. Et in hoc eo
dem capitulo de reliquis ab in
tellectiuo manifeſtatũ eſt per
hoc, ꝙ hæc in vno ſunt partes
animæ. Inſinuat autem Ariſto.
hanc ſuam intentionẽ non ſo-
lum ex doctrina, quã diximus,
ſed in litera præſenti ex eo ꝙ
non aſſumpſit propoſitionem
hanc totã, quo viuimus & ſen
timus, & mouemur, & intelligi
m⁹ dupliciter, ſed quo ad duas
partes tantum, ſ. quo viuimus
& ſentimus dupliciter. Et poſt
modum non diuiſim, ſed con-
iunctim aliam ſubdidit quo ad
omnes partes, ſed aĩa eſt qua
viuimus & ſentimus, & moue
mur, & intelligimus primo. Ex
preſsio ſiquidem quatuor om
nium in hac propoſitione, &
duorum tantum in præcedẽte
non propter defectũ ſcriben-
di, ſed arte facta videtur ad hoc
inſinuandũ. ¶ Si cui autẽ hæc
non placent, rogo vt melius in
ueneniat & communicet, ego
cœpi, ipſe perficiat.

## ¶ An poſterior animæ definitio demõſtretur primam à priori.

¶ Quo ad ſeptimũ, qualitatem
ſcilicet, huius demonſtratiõis
oportet videre qualis conne-
xio medij cũ cõcluſione. Vbi
ſcito, ꝙ ſi ly quo viuimus, &c.
intelligatur ſecũdũ actuale ex
ercitium tunc manifeſte demõ
ſtratio iſta eſt à poſteriori, nã
prius naturæ ordine eſt animã
eſſe actum corporis quã ipſam
eſſe, ex qua actualiter oritur vi
uerę & ſentire noſtrũ. Et quo
niam hũc ſenſum ſequutus eſt
diuus Thomas: ideo dixit ipſã
eſſe à poſteriori. ¶ Nec obſtat
obiectio Egidij dicentis, quòd
quia in naturalibus ordo pro-
cedendi non eſt à prioribus ad
poſteriora, ſed ècontra nõ de-
buit primo poni illa diffinitio:
anima eſt actus corporis, &c.
Et deinde iſta, ſi illa ordine na
turæ prior eſt. ¶ Ad hoc enim
facile dicitur, ꝙ quanuis in na
turalibus ordo demonſtratio-
nis ſit à poſteriori: ordo tamẽ
determinationis eſt ſecundum
rectum naturæ ordinem, vt pa
tet in proceſſu ſeruato ab Ari
ſtote. & hoc hic eſt ſeruatum:
Nam propter ordinẽ determi-
nandi prius poſita eſt prima de
finitio, & propter ordinem de
monſtrandi: illa mõſtratur per
iſtam à poſteriori. Si autem ly
quo viuimus intelligatur ab-
ſtrahẽdo, vt expoſuimus, tunc
medium eſt prius naturã con-
cluſione, quoniam ideo anima
non ſolum actualiter, ſed etiam
in



in ſeipſa eſſẽtialiter eſt actus &
perfectio corporis ſuſceptiui
vitæ, quia in ſeipſa eſſentiali-
ter eſt res, cui debetur primo,
quod ſit ratio noſtræ vitæ, &
non èconuerſo, vt inductiuè
pater in alijs formis: ideo enim
ſanitas eſt perfectio corporis
ſanabilis, quia in ſe eſt prima
ratio noſtri eſſe ſani. Et nõ i-
deo in ſe eſt prima ratio no-
ſtri eſſe ſani, quia eſt perfectio
noſtri corporis. Similiter ideo
lumen eſt actus diaphani, quia
eſt prima ratio tranſparentiæ
talis cõpoſiti, & nõ ècõuerſo.
Ratio autẽ horum eſt, quia res
quælibet ex eo, quo primo ſor
titur locũ inter entia habet, ꝙ
ſibi conueniat, aut repugnet, ꝙ
ſit perfectiua ſuſceptibilis, &
talis ſuſceptibilis, & non èconuerſo.
Quod etiam ipſa ratio
formæ teſtatur, forma enim in
cõmuni ex hoc primo locum
ſortitur inter entia, quia eſt pri
mo eſſendi ratio. Quælibet er
go formarum per ſe differen-
tia ex hoc primo locatur in v-
niuerſo, quia eſt primo ratio
talis eſſe. Ex hoc igitur anima
primo ab alijs diſtinguetur &
conſtituetur in ſe, quod eſt pri
ma ratio vitæ animatorum, ſeu
quod idem eſt, quia eſt cui de-
betur quod ſit prima ratio vi-
tæ animatorum corporum.

Inter iſtas igitur duas animæ
diffinitiones ſcilicet quo pri-
mo viuimus, & actus corporis
talis hoc intereſt, quod illa ip-
ſam naturam animæ primo lo-
cat inter vniuerſi partes, iſta
verò indicat, quod anima eſt
perfectiua materiæ, & ideo illa
dicit cauſam & eſſe, ſed quia
& propter quid. Ex illa enim
habem⁹, & quia eſt perfectiua
materiæ, & ꝓpter quid eſt per
fectiua materiæ, quia enim eſt
prima ratio noſtrę vitę eſt cor
poris talis perfectiua vt dictũ
eſt. Ex iſta autem tantũ habe-
mus, quia eſt, quod ſcilicet ani
ma eſt perfectiua materiæ. Et
iuxta hunc ſenſum magnus &
veræ magnus Albertus dixit
demonſtrationẽ hanc dare cau
ſam quare anima ſit actus cor-
poris. Et hoc valde conſonat
principio huius cap. Vbi Ari-
ſto. ſecundum planum ſenſum
literæ præſe fert velle ſe inue
ſtigare diffinitionẽ animę quę
dicat cauſam, quoniã prior tan
tum dixit quia, quemadmodũ
in math. &c.

Sed contra hanc expoſitio-
nem obſtat plurimum, quia fal
ſum aſſumit ſcilicet quod eſſe
actũ corporis conuenit poſte
rius ipſi animæ quam eſſe quo
viuim⁹ primo, &c. omne enim
ſuperius eſt naturaliter prius
ſuo inferiore, ſed hoc quod di
co actus primus corporis phi-
ſici organici eſt ſuperius ad
hæc omnia quo primo viuimus
ſentimus, mouemur & intelli-
gimus ſiue coniunctim ſiue di
uiſim

uiſſimi ſumantur ergo, &c. de-
claratur minor quia aĩa in cõ-
muni, quæ diffinitur per ly a-
ctus primus, &c. eſt quid ſupe
rius ad omnia prędicta, quo-
niam prædicta quatuor ſuppo
nunt pro quatuor conſtituti-
uis quatuor generum, aut gra-
duum viuentium. ſ. vegetati-
ui, ſenſitiui, motiui, & intelle-
ctiui: conſtat enim quod anima
in cõmuni eſt ſuperius ad hęc.
Et cõfirmatur; quia prius eſt
à quo non cõuertitur in eſſen
do conſequentia, ſed valet, eſt
quo primo ſentimus, &c. ergo
actus primus corporis phyſici
organici, & non è conuerſo, er
go eſſe actum primũ corporis
phyſici organici eſt naturali-
ter primus quã eſſe, quo primo
1.reſp. vegetamur ſentimus, &c.

Ad hæc dicitur primo ꝙ in
hac obiectione ſupponuntur
duo nõ neceſſaria. Primũ eſt,
ꝙ ly quo primo viuimus con-
uertibiliter æquiualeat, ac ſi di
xiſſet quo primo vegetamur,
hoc enim non eſt verũ, quia vi
uere proprie ſumptũ eſt quo-
dã ſuperius ad vegetari & ſen-
tire, &c. vt patet in tex. 13. hu-
ius ſecũdi. Vnde & in tex. 14.
huius Ariſto. probauit viuere
de vegetabilibus, fuiſſet ridicu
lum, ſi idem ſignificaret viue-
re & vegetari, ly ergo quo pri
mo viuimus non importat ali-
quem ſpecialẽ gradum viuẽtiũ
ſed cõmunẽ rationem effectus
formalis animę in cõmuni, aĩa
enim vt ſic dat eſſe vitale: vnde
in tex. 13. Ariſt. pro principio
aſſumpſit animatum ab inani-
mato in viuendo diſtingui. Se-
cundum eſt quod in iſto ꝓceſ
ſu illa quatuor, quo primo vi-
uimus, ſentimus, mouemur, &
intelligimus breuitatis gratia,
& per accidens ſint ſimul po-
ſitã, & quod ſigillatim quodli-
bet horũ ſcilicet, quo primo vi
uimus, quo primo ſentimꝰ, quo
primo mouemur, quo primo
intelligimus ſit ab Ariſt. aſſum
ptum vt ſufficiens medium ad
concludendum animam eſſe a-
ctũ corporis phyſici organici
&c. hoc. n. nõ eſt neceſſarium:
imò forte nec cõtingens, vt ex
ſupradictis de anima intellecti
ua patet. Et ſecũdũ hoc ad obie
ctiones in oppoſitũ patet quid
dicendũ ſit, anima enim nõ eſt
prius, aut ſuperius ad ly, quo
primo viuimus, ſed conuertibi
liter ſe habent, & iuxta hoc pa
tet quomodo iſta ratio cõclu-
dit etiã de anima intellectiua
ſupponenda. ſ. quod ipſa ſit e-
tiã qua. 1. viuimꝰ. ¶ Dicitur. 2. 2.reſp.
admittẽdo, ſed non cõcedẽdo
ꝙ ly quo primo viuimus cõuer
tibiliter ſignificet quo primo
vegetamur, & ꝙ ſigillatim quod
libet illorum quatuor ſit ſuffi-
ciens mediũ, ꝙ ad huc ſtat hãc
rationem eſſe à priori, quoniã
& ſi cõcedatur ꝙ eſſe actũ pri
mũ ſit ſuperius & prius natu-
ra



ra quã quodlibet horum. ſ. quo
primo viuimꝰ, & quo. 1. ſenti-
mꝰ &c. Cũ hoc tñ ſtat ꝙ animæ
tali puta vegetatiue vel ſenſiti
ue immediatiùs ineſt eſſe, quo
primo viuimus, aut ſentimus
quã eſſe actũ primũ, duorũ. n.
prædicatorũ eſſentialiũ habẽ
tium ſe ſicut cõmune, & magis
cõmune, minus commune im-
mediatius ineſt ſpeciali, vt pa-
tet de qualitate & colore re-
ſpectu albedinis, & quia in prę
ſenti ratione minor extremi-
tas ſecũdum hoc nõ eſt aĩa, ſed
aĩa talis, alioquin minor eſſet
propoſitio cõtingens, in qua
ſubſumeretur, ſed aĩa eſt, quo
primo ſentimus, ideo medius
terminꝰ ſcilicet quo primo ſen
timus immediatius ineſt animę
ſenſitiue, quæ eſt minor extre
mitas quã eſſe actum primum
corporis phy. organici, ac per
hoc aſſumptũ medium eſt verę
& ſecũdũ naturã mediũ, ac per
hoc dicitur rõ per quã & priꝰ
nõ ꝙ mediũ ſit ſimpliciter cau
ſam & mediũ prius maiore ex
tremitate abſolute, ſed quia eſt
naturaliter mediũ, ꝙ maior ex
tremitas inſit minori. ¶ Et hoc
iudicio meo intendebat Auer
roys in comment. 12. huius ſe-
cundi, vbi dixit, ꝙ diffinitio il
la comparatur ad præcedentẽ
vt propria ad cõmunem, & ꝙ
demonſtratio per iſtam diffini
tionẽ eſt per cauſã, quia eſt per
ꝓpria ſingulis partibus animæ
& quia hic modꝰ demõſtrandi
non eſt omnino à priori, ideo
dixit inferius in cõm. 25. quod
demonſtratio iſta dicit eſſe tã
tũ, & ſuperius in cõ. 12. ꝙ diffi
nitio iſta nõ tam eſt principiũ
demõſtrationis quã ſimile prin
cipio demõſtrationis & ſimilr
illa alia diffinitio nõ tã eſt con
cluſio quã ſimilis concluſioni.
Dicitur tertio admittẽdo quę 3.reſp.
admittit hæc ſecunda reſpon-
ſio, quod hęc ratio eſt à priori
ſimplr, quoniã à dicẽtibꝰ, qđ
minor extremitas non eſt aĩa,
ſed aĩa talis ꝓportionlr admit
tẽdũ eſt, qđ maior extremitas
nõ eſt actꝰ corporis phyſici ha
bẽtis vitã in potẽtia, ſed habẽ-
tis vitam vegetatiuam, vitã ſen
ſitiuã, &c. Docemur. n. in ſe-
cundo phyſicorũ tex. 38. & in
quinto meta. tex. 3. qđ vniuer
ſalia vlibus & particularia par
ticularibꝰ aſsignanda ſunt, &
tũc ex ſupradictis patet, quod
ſemper mediũ eſt ęquale cõclu
ſionis, & prius naturaliter ea.
Et ſecũdũ hoc ex vi iſtius ra-
tionis habetur, & quare aĩa in
cõmuni ſit actꝰ corporis phy.
organici in cõmuni, & quare
talis aĩa talis corporis, quia ex
eo quod aĩa eſt quo primo vi-
uimus ſumẽdo ly viuimus pro
prie, aſsignatur cauſa quare ani
ma eſt actus corporis phy. or-
ganici, ex eo verè quod aĩa ta-
lis: puta vegetatiua, aut ſenſi-
tiua eſt, quo primo vegeta-
mur

mur, aut ſentimus, aſsignatur propria cauſa quare ſit actus corporis phiſici ſuſceptibilis vegetationis aut ſenſationis: & ſic de alijs. Nec obſtat ſiquis dicat quod in textu non contrahitur maior extremitas, quoniam nec minor extremitas in textu cõtrahitur, ſed tantũ modo anima nominatur, ly enim hæc, quod ponitur in litera, quum dicitur, anima autē hæc tenet ſe ex parte prædicati, & eſt numeri pluralis, vt manifeſtæ patet in alia tranſlatione, quæ dicit. Anima eſt illud, &c. vt patet in textu Auerrois. Si igitur minor contrahitur, vt ſeruetur proportio, quam docuit ipſemet Ariſto. contracta ſubintelligenda eſt etiam maior. Non officit etiam ſiquis dicat, ergo præcedens diffinitio per iſtam non demonſtratur. Tũ quia, vt ex dictis patet, hoc falſum eſt, quoniam ex iſto ſenſu demonſtratur præcedēs & aliquid plus: Tum quia ſufficit, quòd fiat implicite & virtualiter, quemadmodum etiam hanc ſecundam diffinitionem inuolutam ſyllogiſmo potius innuerit quam venatus fuerit.

Hæ autem tres reſponſiones locum habent & apud tenētes vniuocationem animæ ad animas in ſpeciali, & apud tenentes analogiam, facilius tamē apud tenentes analogiam animę reſpectu generum animarum, de quorũ numero opinior fuiſſe Ariſt.

Dici quoque poſſet quod quanuis eſſe actum primũ corporis, &c. concederetur cõmunis quid quam eſſe quo primo viuimus, quod tamen non eſt verum, vt ſupra oſtēdimus, nõ tamen ſequeretur, quod nõ eſſet poſterius, quia ſtat aliquid eſſe commune ſecundum analogiam pluribus, & tamen cauſari in ſingulis analogatis ex proprijs eorum, proportionaliter tamē ſe habentibus ad inuicem, vt ſi hoc quod eſt eſſe reſpiratiuũ demõſtraretur de quibuſdam, quia habent pulmonem, & de quibuſdam, quia habent aliquid proportionale pulmoni, cõſtat quod eſſet demonſtratio à priori, & tamē eſſe reſpiratiuum eſſet quid communius & habente pulmonem & habente illud proportionale, ſic contingit in propoſito, quia dato quòd eſſe actum primum corporis, &c. demonſtretur per eſſe quo primo vegetamur de quibuſdam, & de quibuſdam per eius proportionale ſcilicet per eſſe, quo primo ſentimus: proportionaliter nã que ſe habent eſſe, quo primo viuimus ad vegetabilia, & eſſe quo primo ſentimus ad ſenſitiua, ſeorſum ſingula accipiendo: vt manifeſtum patet, ſi quis fingat ſenſitiuam animam non claudere in ſe vegetatiuã identicē, hoc inquam dato non ſequitur: ergo eſſe actum primũ eſt ſuperius eſſentiale & priꝰ, quia ſtat analogum eſſe cõmunius ſingulis & poſterius eis, & cõparari ad illa propria nõ vt eſſentiale prius, ſed vt eſſentiale poſterius naturaliter. Nõ conuertibilitas autem conſequentiæ nõ probat ly actũ primũ, &c. eſſe prius oïbus & ſingulis iſtis quatuor, ſed probat ꝙ vel ſit prius, vel ſequatur ad aliquid prius quã ſint tria poſteriora analogata. ſ. quo primo ſentimus quo primo mouemur & intelligimus: nõ autē ꝙ ſit prius, aut ſequatur ad aliqd prius oïbus iſtis quatuor, quia analogũ nõ eſt prius ſecundũ intellectũ etiã primo analogato, ſi cõſequēter ſeſe habēt. Et ſimpliciter nõ eſt prius oïbus analogatis, quia ſecũdũ ꝓpria analagatorũ attēditur: nõ. n. eſſe reſpiratiuũ eſt prius habēre pulmonē & habēre eius ꝓportionale, quia ſecũdũ pulmonis & illiꝰ ꝓportionalis ꝓpria attēditur, quãuis cõſequētia nõ valeret, reſpirat, ergo habet pulmonē, ſed ècõuerſo. Hęc. n. analogorũ eſt natura phyſ. ꝺ ipſis loquēdo: quēadmodũ reales artifices illis vtuntur, vt in tractatu de analogia nominũ latiꝰ hæc declarauimus. ¶ Hæ autē rñſiones ad maiorem tantæ rei claritatē ſic velim ſuſcipiãtur, vt prima veritatē litteræ aſſequuta credatur.

## Anima intellectiua eſt actus corporis ſm̃ Ariſt.

¶ Circa eandē cõcluſionē principalē, vt probatur in tex. 15. aduerte diligentiſsimè, ꝙ hinc cõuincũtur oēs fateri aïam intellectiuã eſſe actũ corporis talis apud Ariſt. Quũ enim idem ſit ſubiectũ vtriuſq; demõſtrationis, vt etiam barbarus ille Auerr. teſtatur in cõm. 25. dũ vult hanc dare cauſam & eſſe: primam autē tantum dare eſſe, & hanc eſſe inductã, quaſi cauſam ſermonis prędicti: oportet vt ſicut ſubiectũ præmiſſæ rationis fuit aïa, vt extēdit ſe ad intellectiuã, non minus amplũ ſit hic: vbi explicite concluditur, ꝙ eſt actus corporis cuiuſdam contra Platonē & omnes antiquos relatos in primo lib. textu. 51. & 52. & 53. quærentes tãtum quid eſt anima in ſe, & non in ordine ad corpus. Et hoc idē confirmant correlaria in littera deducta, quare anima ſit in corpore. Manifeſte enim hinc habemus, ꝙ propterea anima intellectiua eſt in corpore humano, quia eſt actus eius, & non vt Auerroys cum modernulis ignorantibus propriã vocem finxit propter phantaſmata obiecta; actus autem humani corporis non qualitercunq; ſed qui eſt ſpecies ratio, & quod quid erat eſſe eius. Aliter

nõ ſaluatur litera rõnem reddens dicẽdo: ſic enim fit ſecũdũ rationẽ vniuſcuiuſq; enim actus in potentia exiſtentis & in propria materia aptus natus eſt fieri, quæ verba manifeſtę loquũtur de actu dãte eſſe formaliter materiæ. Oportet autẽ cõcluſionẽ intelligere ſecũdũ ſenſum quo expręmiſsis deducitur. ¶ Eſt igitur apud Ariſt. hinc excluſum hm̃õi Auerr. deliramentũ, ꝙ aĩa intellectiua non dat eſſe formaliter corpori, tũ ex vniuerſalitate demonſtrationis, tũ ex vi redditi effectus. ſ. eſſe in corpore, tum ex vi redditę cauſæ prædicti affectus, &c.

## COMMVNIS INchoatio de partibus animæ in ſpeciali.

### ¶ Capitulum. III.

POtentiarũ autem
Cõ.27 aĩæ, quæ dictæ ſunt, alijs quidẽ inſunt oẽs: alijs vero quædam harum, quibuſdam vero vna ſola. Potentias autem dicimus vegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, motiuum ſecũdum locũ, intellectiuum. Ineſt autẽ plantis vegetatiuum ſolum, alteris autẽ hoc & ſenſitiuum: ſi autem ſenſitiuum & appetitiuũ. Appetitus quidẽ enim deſiderium, & ira, & voluntas ſunt. Animalia autem omnia habent vnũ ſenſum tactum. Cui autem ſenſus ineſt, huic & lætitia, & triſtitia, & dulce, & triſte. Quibus autẽ hæc, & concupiſcẽtia. Delectabilis enim appetitus hæc. ¶ Adhuc autẽ Cõ.28 alimenti ſenſum habẽt; tactus enim alimenti ſenſus. Siccis enim & humidis, & calidis & frigidis aluntur omnia viuentia, horũ autẽ ſenſus tactus, ſed aliorũ ſenſibilium ſecundũ accidens. Nihil enim in alimentũ cõfert ſonus, neq; color, neq; odoratus. Humor autẽ vnũ aliquod eſt tangibiliũ, eſuries autem & ſitis eſt concupiſcentia, & eſuries quidem calidi & ſicci, ſitis aũt frigidi & humidi, ſapor vero vt delectamentũ horum Cõ.29 eſt. ¶ Certificandum autẽ de his poſterius eſt. Nunc autem in tantum dictũ ſit, quòd animalibus habentibus tactum & appetitus inſit. De phantaſia autem immanifeſtum, poſterius aũt inten-



intendendũ eſt. Quibuſdã autẽ adhuc ineſt & ſecundũ locũ motiuũ: alteris autẽ intellectiuũ & intellectꝰ, vt hominibus, & ſi aliquod alterũ huiuſmodi eſt, aut & honorabilius. ¶ Manifeſtũ
Cõ.30 igitur eſt, ꝙ eodem modo vna vtiq; erit ratio animæ & figuræ. Neque enim ibi figura eſt præter triangulũ & figuras, & quæ cõſequenter fiunt, neque hic anima præter prędictas eſt: fiet autem vtique, & in figuris ratio cõmunis, quæ cõueniet quidem omnibus: propria autem nullius erit figuræ. Similiter autem & in dictis animabus, vnde ridiculum eſt quærere communem rationẽ & in his & in alteris, quæ nullius erit eorũ, quæ ſunt propria ratio, neq; ſecundum propriam & indiuiduam ſpeciem dimittentibus huiuſmodi. ¶ Simili-
Cõ.31 ter autem ſe habent ei, qđ de figuris eſt, & quæ ſecundum animã ſunt, ſemper in eo quod eſt conſequenter, eſt in potentia quod prius eſt, in figuris, & in animatis, vt in tetragono quidem trigonũ eſt, in ſenſitiuo autem vegetatiuũ. Quare & ſecundũ vnumquodq; quęrendum quid ſit vniuſcuiuſque anima, vt quæ plantæ, & quæ hominis, aut beſtiæ. Propter quã autẽ cauſam cõſequenter ſic ſe habent conſiderandũ eſt. Sine enim vegetatiuo ſenſitiuũ non eſt: à ſenſitiuo autem ſeparatur vegetatiuum in plantis. Iterũ autẽ ſine quidẽ eo quod poteſt tangere, aliorũ ſenſuum neq; vnus eſt: Tactus aũt ſine alijs eſt. Multa enim animalium neque viſum, neque auditum habent, neque odoratus ſenſum. ¶ Et ſenſitiuorũ autẽ Cõ.32 alia quidem habent ſecundum locũ motiuum: alia vero non habent, vltimũ autem & nimirum rationẽ & intellectum, vt homo, aut hm̃õi aliud. Quibus enim ineſt ratiocinatio corruptibilium, his & reliqua omnia. Quibus autem illorũ vnumquodque, non oĩbus ratiocinatio, ſed quibuſdã quidẽ, neque imaginatio. Alia autẽ hac ſola viuunt. De ſpeculatiuo autẽ intel-

tellectu alia ratio eſt. Quod quidē igitur de horū vnoquoq; ratio hęc propriiſsima, & de aīæ manifeſtum eſt. ¶Neceſſarium autē eſt

Cō. 33 debentem de his perſcrutationē facere, accipere vnūquodq; eorum quid eſt, poſtea ſic de habitis, aut & de alijs inueſtigare. Si autem oportet dicere quid vnum quodq; ipſorū, vt quid intellectiuum, aut ſenſitiuū, aut vegetatiuū, prius adhuc dicendum quid ſit intelligere, & quid ſentire. Priores enim potentijs actus & operationes ſecundum rationem ſunt: ſi autem ſic, adhuc his priora oppoſita oportet conſiderare. De illis primum vtique oportebit determinare propter eandem cauſam, vt de alimento, & ſenſibili, & intelligibili.

Summa huius capituli.

Cō. & diuiſio POtentiarū animæ quæ ſunt vegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, motiuum ſecundū locum & intellectiuum. Alijs inſunt omnes, alijs quædā harum, alijs vna ſola. Declaratur primo vltima pars, quia in plantis ineſt vegetatiuū tantū. Secundo declaratur ſecūda pars, quia aīalibus oībus inſunt vegetatiuū, & ſenſitiuū, & conſequēter appetitiuū, cuius ſpecies ſunt tres, ſ. deſiderium: ira & voluntas: probatur ſequela appetitiui dupliciter. Primo quia ad ſenſum ſequitur lætitia, & triſtitia: ergo & concupiſcētia, quę nihil aliud eſt quā appetitus delectabilis. Secūdo quia ad ſenſum ſequitur eſuries & ſitis, quæ conpiſcentia eſt: illa calidi & ſicci, hæc frigidi & humidi. Sapor enim horū delectamentū eſt, probatur ſequela; qa ſi habet ſenſum, ergo tactū, ergo ſenſum alimēti, probatur hæc vltima conſequentia, quia alimentū vt ſic oīum viuentium conſtat nō ex audibili, aut viſibili, aut odorabili, ſed ex tangibilibus, ſcilicet calidis frigidis, humidis & ſiccis, ſapor quoque vnum tangibilium eſt. Tertio declaratur iterum ſecunda pars, quia quibuſdā vltra hæc ineſt ſecundū locū motiuū. Quarto declaratur prima pars, qa quibuſdā vltra hæc ineſt intellectiuū, vt patet de homine, & ſi quid eiuſmodi, aut honorabilius eſt.

Ratio animæ & figurę eſt vna eodem modo, declaratur quo ad duo. Primo quia ſicut præter ſpeciales figuras non eſt 2. Concluſio.



eſt alia: ita præter prædictas animas non eſt aīa. Secundo qa ſicut in figuris datur ratio cōmunis oībus & nulli figurarū propria, ita in animalibus eſt ratio cōis oībus & nulli aīæ propria, deinde probatur, qa quemadmodū in figuris ſemper priꝰ eſt potētia in eo, quod eſt conſequenter, vt trigonū in tetragono, ita in animalibus, vt vegetatiuum in ſenſitiuo.

Corel. primū. Ridiculum eſt & in his & in alteris tam quærere cōmunem rationem, quæ nullius ſit propria quā quærere propriā ſingulorum dimittentibus huiuſmodi.

Corel. Quærendum eſt ſecundum vnūquodq; quid ſit vniuſcuiuſq; anima, vt quæ plātæ, quæ hominis, aut beſtię.

3. Concluſio. Quærendū eſt propter quā cauſam prædicta conſequenter ſe habēt ſic ꝙ ſenſitiuū nō eſt vegetatiuo, ſed ēconuerſo, & alij ſenſus non ſunt ſine actu, ſed ēconuerſo, & cur alia habēt ſecundū locum motiuū, & alia non, & vltimū & minimū rationē & in intellectū, & in corruptibilibus ratio nō ſeparatur ab oībus prędictis, ſed ecōuerſo: imò quædā nec imaginationē habēt, quædā hac ſola viuunt. De ſpeculatiuo aūt intellectu alia ratio eſt, probatur rationabilitas perſcrutationis, qa ratio vniuſcuiuſq; horū eſt propriiſsima ratio aīæ, &c.

¶Neceſſariū eſt perſcrutantē de his, ſcilicet vegetatiuo, &c. 4. Concluſio. prius quærere quid ſint ſingula: poſtea de cōſequentibus & prius de actibus quam de ipſis partibus ſeu potentijs, probatur, quia actus ſunt priores ſecundū rationē potētijs, & priꝰ de obiectis quā de actibus, qa obiecta ſunt priora actibus.

¶ Series autem ſatis clara hæc eſt.

INchoans hic tractatū de partibus aīæ ſecundū vnāquāq; triafacit. Primo prima concluſione diuidit & enumerat partes animæ, & diſtributas in diuerſis animatis diuerſimode aperit. Secundo ex modo connexionis iſtarū partiū ſoluit formidandā quæſtionem motam in primo tex. 8. de vnitate rationis animæ in ſecunda cōcluſione, ex qua deducit manifeſte duo correlaria, cuius primum quanuis in textu infra ipſam concluſionem ſit inſertum, propter claritatem nos ſeparauimus in ſumma. Tertio manifeſtat quid reſtat dicendum tertia concluſione, & quo ordine quarta concluſione, ſoluens per hoc duas queſtiones motas in primo textu. 10. de ordine ꝓcedendi.

Circa primā concluſionem quæſtio. 1. occurrit de diſtin- Text. 27.

ctione potentiarum animæ ab
ipſa anima an.ſ. diſtinguantur
realiter eſſentia aīæ,& eius po
tentiæ, an nō, ſed hæc quęſtio
metaphyſicalis eſt,quoniā ni-
hil refert ad phiſicum, an vis
ſenſitiua ſit ſubiecta vel acci-
dēs, ſicut nec ad mathematicū
an linea ſit ſubſtātia vel acci-
dēs,ſed primus philo.ſtabilire
debet vnūquodq; entiū,cuius
ſit generis,itaq; ad metaphyſi
cū reſeruetur. Id tātū tu noui
tiæ hinc habeas ꝙ vegetatiuū
ſicut & ſenſitiuum, & alia hu-
iuſmodi ęquiuoca ſunt ad ip-
ſas animas,& ad potētias earū.

## ¶ Vtrum quinque ſint genera potentiarū animæ. Quæſtio.

Circa eandem cōcluſionē du
biū occurrit,quia nō videtur
eſſe quinq; genera potentiarū
animę,quoniā appetitiuū co-
incidit cū omnibus generibus
& ſpeciebus potentiarum aīæ:
omnis.n.appetitibꝰ aīalis quū
feratur tātū in bonū ſecūdū in
tellectiuā,aut ſenſitiuā partē,
& intellectus naturaliter intel
ligibile,& ſenſitiue vires om-
ne ſenſibile appetāt,ſuperfluū
videtur diſtinguere appetiti-
uum contra alias potentias.

Ad hoc dicitur, ꝙ appetitus
eſt duplex. ſ.naturalis & ani-
malis,qui quantum ad propoſi
tum ſpectat differunt. Primo
in ſeipſis,quia naturalis nō eſt
operatio aliqua, ſed inclinatio
tātū aīalis verò eſt operatio
qnedā. Secundo in ſua cauſa,
quia appetitꝰ naľis ſequitur na
turā rei cui ineſt,aīalis verò ap
prehēſionē. Tertio in obiecto
quia naľis tendit in nō cogni-
tū,animalis aūt tantūmodo in
rem cognitam. Quarto in fine
quia aīalis ordinatur.1.ad bo-
nū totiꝰ,naturalis verò ad ſp e
ciale bonū illiꝰ partis cui ineſt
Quinto in ſubiecto,quia ſub-
iectū appetitꝰ naľis eſt oīs po
tētia,ſubiectū vero appetitꝰ a-
nimalis eſt tātūmodo aīal, ſeu
cognoſcens,& ab hoc aīali ap
petitiuum,ꝙ hic ponitur inter
genera potētiarum aīæ. Quod
nō ſuperfluæ natura aīæ dedit
ſed propter ſalutē totius aīalis
primo,& vt excellētiori modo
appeterēt iuxta excellētiā aīæ
ſupra naturā, ꝓpter ſalutē to-
tius qdē. 1. quoniā licet viſus
naturaliter appetat viſionem,
auditꝰ auditionē, tactꝰ tactionē
& cæteras ſingulares ſuas per
fectiones,oportuna tñ eſt po-
tentia,quæ appetat ea, quę pri
mo toti conueniunt,& hæc vo
catur appetitiuū. Propter ex-
cellentiā autē, quoniam ſicut
animata nobiliori modo aſſe-
quātur ea quæ inanimatis cō-
gruūt: puta generare ſibi ſimi-
le: nobiliori ſiquidē modo plá
ta generat plantā, & bos bouē
quam





quam ignis ignem,ita nobilio-
ri modo oportebat,ꝙ anima ap
peteret quā naturā, aīa aūt nō
quæcūq;,ſed cōſtitnens genus
eſſendi per cognitionē. Huiuſ
modi.n. anima quoniā adeo ſu
pra naturā eleuatur,vt ſecūdū
eſſendi modū ſubintret, & ſit
ipſa & alia cognoſcēdo.ſ. illa,
vt in.3.lib.dicet Ariſt.conſe-
quēs eſt vt eleuatiori quoq; mo
do cōfirmiter ad ſuū modū eſ
ſendi appeteret.ſ.per ꝓpriam
operationem. ¶ Et ſi hac de re
vis diffuſius legere, vide in cō
mentarijs noſtris ſuper primā
partem quæſt. 19. art. priori.

Text. 50,
Circa ſecundā cōcluſionē du
biū occurrit,quomodo vegeta
tiuū claudatur in ſenſitiuo in
potētia,hoc.n.videtur falſum,
quia vegetatiuum clauditur in
ſenſitiuo formaliter: eſt.n.leo
formaliter ſubſtātia corporea
vegetabilis, & ſimiliter aīa leo
nis nō ſolū eſt formaliter ſen-
ſitiua,ſed vegetatiua, nō ergo
clauditur in potētia,ſed forma
liter & actu. Præterea impoſsi
bile eſt aliqua duo ſic ſe habe-
re,ꝙ vtrūq; alterū includat in
pōa ſed in vegetatiuo eſt ſenſi
tiuū in pōa,quia eſt principiū
eius materiale,ergo vegetatiuū
non eſt in ſenſitiuo in poten
tia. Amplius ſi clauditur in po
tentia qualis eſt iſta potentia
actiua vel paſsiua, non paſsi-
ua, quia anima ſenſitiua non
eſt receptiua vegetatiuę, nec
actiua. Tum quia anima ſenſi-
tiua: cōſtat.n. quod nihil gene
rat ſe. Et tum quia ſenſitiuum
eſt poſterius natura vegetati-
uo, habens autem aliquid in
potentia actiua necęſſario eſt
prius natura illo.

Ad hoc breuiter dicitur ꝙ
quum vegetatiuum ſe habeat
ad ſenſitiuum non vt genus ad
ſpeciem, ſed vt genus ad ge-
nus, conſequenter tamen ſicut
trigonnm ad tetragonum, o-
portet vt vegetatiuum clauda-
tur in ſenſitiuo, non formali-
ter ſed virtualiter,ita quod ani
ma ſenſitiua non eſt formali-
ter eſſentialiter vegetatiua,
ſed poteſtatiue tantum. & de-
nominatiue. Declaro ſingula.
Primo quod non ſe habeant
ſicut ſuperius & inferius, ex
hoc ꝙ differētia cōſtitutiua in
ferius eſſentialiter eſt per ſe di
uerſificatiua ſuperioris.

Si quis enim diuidat habens
pedes per album & nigrum,
non conſtituit aliquid per ſe
inferius ad habens pedes,quia
differentia ſecundum album
& nigrum, non diuerſificat
per ſe pedem, ſed ſi fiat diui-
ſio per pedes ſciſos, vel non
ſciſos,tangeretur iam diuerſi-
tas pedis, ita quod ſicut ſciſio
pedis pedalitas quædam eſt,
vt dicitur ſeptimo metaphyſi.
text. quadrageſimo tertio ita
omnis per ſe differenta eſt
per ſe nihil aliud quā quoddā

id cuius eſt differentia: omnis
igitur per ſe differentia vegeta
tionis vegetatio quędã eſt,cõ-
ſtat aũt ꝙ ſenſus vegetatio nul
la eſt,quãuis illam ſupponat.
Tota nanque latitudo forma-
lis vegetationis attingere ne-
quit ad ſenſum, ſicut tota lati-
tudo formalis trigoni deficit à
tetragono. Senſitiuum igitur
nõ eſt per ſe differentia vege
tatiui,ac per hoc nõ ſehabet ad
illud ſicut inferius ad ſuperius
eſſentialiter,ſed vt genus per-
fectiꝰ ad minus perfectũ,cũ or
dine cõſequẽter ſe habẽdi. Et
ex hoc patet aliud.ſ. ꝙ aĩa ſen
ſitiua nõ eſt formaliter eſſen-
tialiter vegetatiua:hoc.n. ſolo
modo,quia excluſũ eſt,potuiſ
ſet poni, ꝙ eſſet formaliter ve
getatiua & ad hoc inſinuandũ
optimo exẽplo Ariſt. vſus attu
lit trigonũ in tetragono , ſicut
enim trigonũ habet quidẽ tres
angulos in tetragono , ſed non
ſecundũ terminationẽ trigoni
ſed tetragoni,ita vegetatiuum
habet id,quod vegetatiui eſt in
ſenſitiuo,ſed nõ ſecũdũ termi
nos vegetatiui , qui ſunt diffe
rẽtiæ vegetauis,ſed ſecũdũ ter
minationẽ alterius naturę altio
ris.ſ.ſenſitiuæ, quæ ſenſu con
ſtat, & eius per ſe differentijs
terminatur,& ſic patet quomo
do vegetatiuũ in ſenſitiuo nõ
eſt actu: Quomodo autem po-
teſtatiue ſit & denominatiue
facile patet inſpicientibus, ꝙ
anima bouis eſt ſubſtãtia ſim-
plex conſtituta in alteriori or
dine,tantæ ſubſtãtialis perfe-
ctionis in ſui ſimplicitate ha-
bens,vt poſsit,& nobilius poſ
ſit quicquid inferius omnis or
do antecedẽs poteſt ac ꝑ hoc
poteſt quicquid vegetatiuũ,&
emanat ab ea potẽtia nutritiua
augmẽtatiua , & generatiua , q̃
ad vegetatiuũ ſpectãt: nobiliꝰ
autẽ hæc ipſa opera poteſt, qa
facit,auget,& generat carnem,
ſanguinẽ, &c. ad quæ vegetati
uũ in ſe nõ ſe extendit virtua
liter,igitur & denominatiue ea
ratione qua animæ ſubſtantia
denominatur à ſuis potẽtijs a-
nima ſenſitiua eſt vegetatiua&
non eſſentialiter.

Ad obiectionem ergo primã
in oppoſitum dicitur,quod nõ
eſt eadem ratio de toto compo
ſito: puta boue, & de anima e-
ius quo ad hoc , quod eſt eſſe
formaliter tale, qualia ſunt for
maliter antecedentia, ſtat nãq;
quod anima non ſuſcipiat for
maliter prædicationem formæ
antecedentis, & tamen compo
ſitum ſuſcipiat formaliter præ
dicationem compoſiti antece-
dentis,vt patet de anima intel-
lectiua ſecundũ veritatẽ & cor
pore,ipſa enim non eſt forma
liter forma corporea,& tamen
compoſitum conſtitutiuũ per
ipſam eſt verè corpus , homo
enim eſt formaliter & eſſentia
liter ſubſtãtia corporea ,ꝓpor
tiona-



tionaliter quoque in propoſi-
to anima ſenſitiua non eſt for-
maliter vegetatiua,& tamẽ bos
conſtitutus per eam eſt ſubſtã
tialiter ſubſtãtia vegetabilis.
Et ſi quæras vnde hæc oriun-
tur, intuere, ꝙ quum dicitur,
quod vegetatiuum eſt in ſenſi
tiuo in potẽtia nõ ſolũ denota
tur quod ſenſitiuũ ſit tãtę per-
fectionis, ꝙ ex ea oriãtur po-
tẽtiæ vegetatiuæ, ſed ꝙ ex ea
oriri, ſeu cõſtitui põt cõpoſi-
tũ vegetabile, propter ꝙ opor
tet habere potẽtias vegetabiles

Ad ſecũdã verò dicitur, ꝙ ę-
quiuocatur de potẽtia, vegeta
tiuum n. habet ſenſitiuũ in po
tẽtia materiali dicẽte imperfe-
ctionẽ,quia ſcilicet eſt in potẽ
tia ad illud, ſenſitiuũ aũt clau-
dit in ſe vegetatiuũ in potẽtia
formali dicente perfectionẽ,vt
ex dictis patet his autẽ diuer-
ſis modis ad inuicem dici ſecũ
dum potentiã non conuenit.

Ad tertiã aũt dicitur , ꝙ iſta
potẽtia , qua ſenſitiuũ in ſe cõ
tinet vegetatiuũ in quantũ cõ
tinet virtualiter potẽtias vegę
tatiuas,reducitur ad potẽtiã a-
ctiuã,ſicut vľiter paſsio clau-
ditur in natura ſubiecti quaſi
actiue,in quãtũ verò continet
cõſtitutionẽ ſubſtãtiæ vegeta
bilis reducitur ad põã formalẽ
quę nõ eſt ꝓpriè põã,ſed per
tinet ad.3.modũ potẽtiæ poſi-
tũ.5.& 9.meta. quo põa inue-
nitur in mathematicis. Nec cõ
tra hoc militãt obiecta, quia &
ſi aĩa ſenſitiua non ſit in ſe per
ductiua vegetatiuæ,ab ea tñ e-
manant naturaliter quaſi acti-
uę põæ vegetatiuę.Et ſimiliter
aĩa ſenſitiua,& ſi nõ ſit ordine
generationis prior vegetatiua
abſolute:ſed poſterior, eſt ta-
men ordine præfacto prior ve
getatiuis potentijs à ſe manan
tibus,&c.propter quæ conti-
net vegetatiuũ in potẽtia qua
ſi actiua,pręter hoc, vt dictum
eſt,in potentia formali.

Circa quartã cõcluſionẽ du- Text: 
biũ occurrit,an proceſſus,quę 33.
docet hic Ariſt. ſit à priori vel
à poſteriori. Quod enim ſit â
poſteriori probatur & ratione
& autoritate , ratione quidem
operatio manifeſte poſterior
eſt potentia operatiua , quum
ergo ab operatione ad poten-
tiam procedatur: ergo à poſte
riori: Autoritate autem Auer
roys iu commẽ.33. vbi expreſ
ſe dicit,quod hic proceſſus eſt
à notioribus nobis in notiora
naturæ. Quod verò ſit à priori
probatur ſimiliter. Ratione
quidem,quia procedere â prio
ri ſecundum diffinitionem eſt
procedere â priori ſimpliciter
ſed proceſſus ille eſt â priore
ſecũdũ diffinitionem, qui actꝰ
diffinit potentiam & obiectum
actũ: ergo,&c. Autorit. aũt &
Ariſt. in tex. 33. expreſſe di-
cẽtis, actus eſſe priores poten
tijs ſecũdũ diffinitionẽ,Et ſi ľr

obiecta actibus priora eſſe, & S. Thom. & hic, & in. 1. parte, q. 77. art. 3. aſsignātis ſimul rationē & modū prioritatis dictæ ab Ariſt. ¶ Ad euidentiā huius dubij ſcito diuerſas eſſe in re hac opiniones. Quidā. n. putant potentias ſecundū naturā eſſe ſimpliciter priores actibus: actus autē eſſe priores potētijs quo ad nos tantum, & ſic tā in hac qōne quam in illa: vtrū potentiæ diſtinguantur per actus, ſentiunt ꝙ hoc non eſt niſi quo ad notitiā noſtrā.

Alij autē putant actus eſſe ſimpliciter priores potētijs, & cōſequenter potētias diſtingui per actus â priori, & ſecundū naturā ſimpl'r. Quid autē verū aut verius ſit, ſic conſiderandū eſt. Actus ſeu operatio potentiæ pōt quadrupliciter cōſiderari. ſ. vt eſt in pōa in ipſa potentia, vt eſt in executione, vt actualiter perficit potentiā & abſolute. Si cōſideretur vt habet ſtatū potentialē in ipſa potētia, ſic quū hoc nihil aliud ſit quā eſſe operationis in ſua cauſa, puta viſionis in oculo nō vidente, ſed videre potente: conſtat ꝙ poſterior eſt operatio ipſa potētia, ſicut vl'r cauſa eſt prior eſſe effectus in cauſa. Si verò cōſideretur vt eſt in executione ipſius potētiæ: ſic etiā manifeſte eſt poſterior vtpote effectus eius. Si autē conſideretur vt actualiter perficit, ſic quū perfectio ſupponat ſuum perfectibile, eſt etiā poſterior: Sed ſi cōſideretur abſolute ſic eſt prior ſecūdū diffinitionē, ac per hoc ſimpliciter ipſa potentia: quoniā vt. 9 meta. text. cō. 13. dicitur potentia diffinitur per actum, & non ècōuerſo. Et ſic etiā potentiæ diſtinguuntur per actus à priori ſimpliciter & ſecundū naturā, & nō quo ad notitiam noſtrā tantum Et quoniā ſermones formales & autentici abſolute intelligendi ſunt, niſi circūſtantiæ aliud inſinuent. Ideo quū Ariſt. ab actibus dicat procedendum, nō quia notiores, ſed quia priores ſecundū diffinitionem ſunt, nulla eſt diuerſione opus, ſed plano itinere nomina propriè interpretanda ſunt. Et ſic ſecundū litteram & veritatem proceſſus ab actibꝰ ad potētias eſt proceſſus à priori, & intelligitur vt ſignificat de actibus abſolute, non vt eſt ſic vel ſic. Et confirmatur, quoniam iſta quæſtio in proemio primi mota & hic ſoluta non tantifacta fuiſſet, nec ſic inter quæſtiones proprias de anima cōnumeratas, ſi hoc ſolum tentaret: an actus ſint notiores nobis, hoc enim per ſe notū eſt: Nec fuiſſet etiā quæſtioni motæ ſatisfactum ex hac reſponſione dicente ꝙ procedendū eſt ab actibus, quia ſunt notiores nobis. Adhuc enim reſtat

am-



ambiguum, an ſecundū naturæ ordinem ab actibus procedendum ſit, quod tunc fuit re vera quæſitū. Quomodo autē priores ſint abſolute actꝰ potētijs, ſi vis capere, imaginare ꝙ actor potentiarū operatur modo artificis, ac per hoc ſecundū naturas actuum diuerſis actibus accommodat diuerſas potētias ac per hoc ratio potentiæ ex actu ſumitur, quoniam talem eſſe oportet, qualem actus natura exigit, & non ècōuerſo, & propterea dixit Ariſt. quòd potentia diffinitur per actum, & non ècōuerſo: quod idem eſt cū eo, quod hic dicit, quòd actus priores ſunt ſecundum rationem potentijs.

Nec te fallat obiectio eorū, qui inter actum abſolute, & actum nō exiſtentē differentiā ignorantes putarunt ea ratione actus non eſſe priores, nec diſtinctiuos, quia ſunt non entes. Error ille eſt in ianuis, conſtat nāque, ꝙ ſicut quidditates rerum abſtrahunt ab exiſtentia: ita conſtitutiua & diſtinctiua earū, & ſicut aliud eſt dicere bos non exiſtens, & bos vt abſtrahit ab exiſtere & non exiſtere. Primum enim eſt nihil. Secūdū eſt de quo eſt ſciētia, &c. Ita aliud eſt dicere actꝰ non entes ſunt priores potentijs, & diffiniunt & diſtinguūt eas, aliud actus abſolute abſtrahendo ab exiſtere & non exiſtere, ſunt priores, diffiniunt, diſtinguuntque, nihil. n. officit ordini, diffinitioni, diſtinctioniq; quidditatiue abſtractio ab exiſtentia. Nec ex his motus actum putes eſſe intrinſecam potētiæ differentiā: hoc enim nec ſomniamus, ſed vt in cōmentarijs ſuper. 1. parte, q. 77. ar. 3. diffuſe declarauimus, quòd differentiæ hmōi entiū ab actibus ſumantur.

Autor ſuper. 1. part.

## DE ANIMA VEgetatiua & obiectio eius.

### ¶ Capitulum. IIII.

Cō. 34

QVare primū de alimento & generatione dicendum eſt. Vegetatiua. n. anima & alijs ineſt prima, & maxime cōis potentia eſt animæ, ſecundū quam ineſt viuere omnibus, cuiꝰ ſunt opera generare & alimento vti. Naturaliſsimū enim operum viuentibus eſt quæcūq; perfecta & nō orbata, aut gñerationē ſpōtaneā habēt, facere alterum quale ipſum, aīal quidē aīal, planta aūt plantā, quatenus ipſo ſemp & diuino eſſe, & immortali participēt ſm ꝙ poſſūt: oīa. n. illud appetūt & illiꝰ cā agūt oīa quæcūq;

agunt

agunt ſecundam naturam.
Cō. 35 ¶Id autē quod cuius cauſa
ſit dupliciter eſt,hoc quidē
cuius:illud vero quo. Quo
niã igitur cōmunicare non
poteſt ipſo ſemper & diui
no continuatione propter
id, quod nihil cōtingit cor
ruptibilium idem & vnum
numero permanere, ſecun
dum ꝙ poteſt participare
vnumquodq; ſic cōmuni-
cat,hoc quidē magis : illud
vero minus, & permanet
non idem,ſed vt idem, nu-
mero quidē non vnum,ſpe
Cōm. 36. cie autem vnum. ¶Eſt au-
tem anima viuentis corpo
ris cauſam & principium.
Hæc autē multipliciter di-
cuntur. Attamen anima ſe
cundum determinatos mo
dos tres cauſa dicitur. Ete-
nim vnde motus cauſa eſt,
& cuius cauſa, & ſicut ſub
ſtantia animatorum corpo
Cō. 37 rum anima cauſa. ¶Quod
quidē igitur ſit ſicut ſub-
ſtantia,manifeſtũ eſt. Cau-
ſa enim ipſius eſſe oĩbus
ſubſtantia eſt. Viuere autē
viuentibus eſſe eſt. Cauſa
autem & principium horũ
anima. Amplius autē eius
quod potentia, ratio actus
eſt. Manifeſtũ autem eſt, ꝙ
& cuius gratia aĩa cauſa. Si
cut enim intellectus gratia
huius facit, eodē modo &
natura, & hoc eſt ipſius fi-
nis: huiuſmodi autē in ani
malibus anima & ſecundũ
naturã. Omnia enim phy-
ſica corpora animæ inſtru
menta ſunt ſicut animaliũ,
ſic & plantarum tanquam
gratia animæ exiſtẽtia. Du
pliciter autē dicitur, ꝙ cu-
ius gratia,& quod cuius, &
quod quo. At vero & vnde
principium,qui ſecundum
locum motus anima eſt,nõ
omnibus autē viuentibus
ineſt potentia hæc. Eſt au
tem & alteratio & augmen
tum ſecundũ animam. Sen
ſus enim quædam alteratio
eſſe videtur. Nihil autem
ſentit, quod non habet ani
mam. Similiter autem & de
augmento & decremento
ſe habet, nihil enim decre
mentum patitur,neque au-
gmentatur phyſice,niſi ala
tur,alitur autē nihil, quod
non cōmunicet vita. ¶Em Cō.38.
pedocles autem non bene
dixit hoc addens augmen-
tum



tum accidere plãtis. Deor-
ſum quidem radicem mit-
tentibus propter id: quod
terra ſic fertur ſecundũ na
turã,ſurſum autē propter
ignem ſimiliter. Neque.n.
ſurſum & deorſum bene
accipit. Non enim idē om
nibus ſurſum & deorſum
& omni, ſed ſicut caput
animalium,ſic radices plã-
tarum ſunt,ſi congruit in-
ſtrumenta dicere altera &
Cō. 39 eadem operibus. ¶Adhuc
autem quod eſt continens
in contraria, quę feruntur
ignem & terram. Diſtrahē
tur.n.niſi aliquid ſit prohi
bẽs. Si vero erit, hoc eſt a-
nima,& cauſa augmenti &
Cō. 40 alimenti. ¶Videtur autem
quibuſdã ignis natura ſim-
pliciter cauſa augmenti &
alimenti eſſe. Et nãque ip-
ſum videtur ſolum corpo
rũ & elemẽtorum quod ali
ter,& augmentatur. Vnde
& in plantis,& in animali-
bus putabit vtique quis
hoc eſſe,quod operatur.
Cō. 41 ¶Hoc autē concauſa quo-
dammodo eſt, non tamen
ſimpliciter cauſa, ſed ma-
gis anima. Ignis.n.augmen
tũ in infinitum eſt quoſq;
fuerit cōbuſtibile. Natura
autē conſtantium omniũ
terminus eſt & ratio mag-
nitudinis & augmenti: hoc
autem eſt animæ, ſed non
ignis, & rationis magis Cō. 42
quàm materiæ. ¶Quoniã
autē eſt eadē potentia ani-
mæ vegetatiua & generati
ua,de alimẽto neceſſarium
eſt determinare primũ,ſe-
paratur.n. ab alijs potẽtijs
opere hoc. ¶Videtur autem Cō. 43
eſſe alimẽtum contrarium
contrario, non omne au
tẽ omni. Sed quæcũq; con
trariorũ nõ ſolũ generatio
nẽ habent ex inuicẽ,ſed &
augmentũ: fiunt.n.multa
ex inuicẽ,ſed nõ omnia au-
gent, vt ſanũ ex laborãte.
Vident autē neq; illa eodē
modo adinuicē eſſe alimẽ
tũ,ſed aqua quidē igni ali-
mẽtũ eſt, ignis autē nõ alit
aquam. In ſimplicibus qui
dem igitur corporibus hoc
eſſe videtur maximę,aliud
quidem alimentum, aliud
vero quod alitur ¶Dubita Cō. 44
tionem autem habet. Di-
cũt.n.hi quidē ſimile ſimi-
li ali, ſicut & augeri. Alijs
autē

autem ſicut diximus econ
trario videtur ali contrariũ
contrario tanquã impaſsi-
bile ſit ſimile à ſimili: alimẽ
tum autem mutari & deco
qui. Mutatio autem omnis
in contrarium, aut in me-
Cõ. 45 dium. ¶ Adhuc autem pa-
titur aliquid alimentum ab
eo quod alitur, ſed non hic
ab alimẽto, ſicut nec inſtru
ctor à materia, ſed ab illo
hæc. Inſtructor autẽ muta
tur ſolum in actũ ex ocio.
Vtrum autẽ ſi alimentum,
quod vltimo aduenit, aut
quod primo habet differẽ-
tiam. Si vero vtrunque, ſed
hoc quidem non coctum:
illud autem coctum, vtro-
bique vtiq; continget ali-
mentũ dicere. In quantum
enim non coctum contra-
rium cõtrario alitur. In quã
tum autẽ coctum ſimile ſi-
mili. Quare manifeſtũ qđ
dicunt quodãmodo vtriq;
Cõ. 46 & recte, & nõ recte. ¶ Quo
niam autem nihil alitur
non participans vita, ani-
matum vtiq; erit corpus
quod alitur in quantũ ani-
matum, quare & alimentũ
per ſe ad animatum eſt, &
non ſecundum accidens.
¶ Eſt autem alterum alimẽ Cõ. 47
to & augmẽtatiuo eſſe. Se-
cundum enim ꝙ quantum
aliquod animatum eſt au-
gmentatiuũ, ſecundũ autẽ
ꝙ hoc aliquid & ſubſtãtia,
alimentum eſt: ſaluat enim
ſubſtantiam, & vſq; ad hoc
eſt, quouſque alatur. Et ge-
nerationis autem factiuum
nõ eius quod alitur, ſed qua
le id, quod alitur. Iam. n. eſt
ipſa ſubſtantia. Generat au
tem nihil ipſum ſeipſum,
ſed ſaluat. ¶ Quare huiuſ- Cõ. 48
modi animæ principiũ po
tentia eſt poſsibilis ſaluare
ſuſcipiens ipſam ſecundũ
ꝙ eſt huiuſmodi: alimentũ
autem præparat operatio-
nem, vnde priuatum alimẽ
to non poteſt eſſe. ¶ Quo Cõ. 49
niam autem ſunt tria, quod
alitur, & quo alitur, & alẽs:
alens quidem eſt prima ani
ma, quod vero alitur eſt ha
bens hanc corpus, quo ve-
ro alitur alimentum. Quo
niam autem à fine appella-
ri omnia iuſtum eſt. Finis
autẽ eſt generaſſe quale ip-
ſum erit vtique prima ani-
ma generatiuum, quale ip-
ſum.



Cõ. 50. ſum. ¶ Eſt autem quo ali-
tur dupliciter, ſicut & quo
gubernatur, & manus, &
themo: hoc quidẽ mouens
& motum, illud autem mo
uens ſolũ. Omne autem ali
mentum neceſſarium eſt
decoqui. Operatur autem
decoctionem calidum. Vn
de omne animatum habet
calorem. Figuraliter quidẽ
igitur alimentum quid ſit
dictum eſt. Certificandum
autem eſt poſterius de ipſo
in proprijs rationibus.

Summa huius capi
tuli hæc eſt.

Inten-tio. DE alimento & gene
ratione primo di-
cendum eſt: proba
tur à priori dupli-
citer: tum quia anima vegetati-
ua eſt prior alijs: tum quia ipſa
eſt communior cæteris; proba
tur: quia ſecundum ipſam om-
nibus ineſt viuere.

1. Con-cluſio. Vegetatiuæ opera ſunt ge-
nerare & alimento vti: proba-
tur prima pars, à priori: quia vi
uentibus perfectis, non orba-
tis, non ſponte genitis, natura-
liſsimũ oĩum operũ eſt facere
alterum tale, quale ipſum eſt:
probatur: quia participare ip-
ſo ſemper diuino eſſe & im-
mortali eſt naturaliſsimum. Vi
uentia autem per generare par
ticipant hoc ſecundum quod
poſſunt, ergo: probatur maior,
quia omnia illud appetunt, & il
lius cauſa agunt omnia natura
lia: dupliciter enim dicitur cu-
ius cauſa, ſcilicet, vt cuius & vt
quo. Deinde ſimul probatur
& minor, & probatio maioris:
quia quum hęc nõ poſsint con
tinuatione participare ſempi-
ternitatem: quia nullum corru
ptibile poteſt idẽ numero per
petuari, appetunt ſemper ma-
nere ſecundum ꝙ poſſunt: ma
gis tamen & minus, & ſic appe
tunt & conſequuntur perma-
nentiam ſecundum ſpeciẽ, nõ
ſecundum numerum.

Anima eſt cauſa viuẽtis cor
poris efficiens finalis, & forma
lis. Probatur primo vltima
pars dupliciter à priori: primo
quia anima eſt cauſa ipſius eſſe
viuẽtium, quia eſt cauſa ipſius
viuere: viuere enim viuẽtibus
eſt eſſe. Secũdo quia actus eſt
ratio eius, quod eſt in potẽtia,
anima autem eſt actus. Secũdo
probatur à poſteriori ſecũda
pars, quia anima eſt finis, pro-
pter quem operatur natura in
animalibus & in omnibus natu
ralibus. Declaratur primũ ho
rum, ex eo ꝙ natura operatur
propter finem ſicut intellect9
practicus. Declaratur ſecũdũ
quia omnia philoſophica ſunt
inſtrumenta animatorum. Ter
tio probatur à poſteriori pri-
ma

ma pars : quia eſt principium & motus localis in his: quæ ꝓcedunt & motus alterationis: ſi ſenſus alteratio eſt, quia nullum inanimatum ſentit, & motus augmenti: quia nihil augetur philoſophicæ, niſi alatur, nihil autem alitur niſi particeps ſit vitæ.

Cóc.3. Empedocles dicẽs ignem & terrã eſſe principia augumenti ſurſum & deorſum, errauit: probatur dupliciter. Primo quia male accepit ſurſum & deorſum in animatis. Probatur quia differentiæ iſtæ non ſunt eædẽ in vniuerſo, & in animatis probatur, quia radices ſe habẽt ad plãtas, ſicut caput ad animalia. Probatur: quia organa conueniunt & differunt ſecundum conuenientiam & differentiam operum. Secũdo quia aut conceditur aliquid continens ignem & terram ad contraria tendentes, aut non, ſi nõ ergo diſtrahentur, ſi ſic. Illud eſt anima, & cauſa alimenti & augumenti.

Opinio. Quibuſdam videtur principium alimenti & augmenti eſſe ignem ſimpliciter: quia ipſum ſolum inter corpora videtur nutriri & augeri.

Cõc.4 Ignis non eſt ſimpliciter cauſa augmenti, ſed concauſa, anima autem eſt ſimpliciter cauſa. Probatur prima pars à priori, quia omnium natura conſtãtiũ terminus eſt & ratio magnitudinis & augmẽti. Ignis autẽ augmentũ in infinitũ eſt quouſque fuerit combuſtibile: Deinde probatur vltima pars, quia rationis magis quàm materię eſt ponere terminum magnitudinis & augmenti.

De alimento primum determinandum eſt: probatur à priori, quia animæ potentia vegetatiua & generatiua eſt eadem, & ab alijs ſeparatur vſu alimẽti. Intentio.

Alimẽtũ videtur habere tria, ſ. quòd eſt ei quod alitur, & contrarium, & ex quo poteſt generatio fieri, & ex quo poteſt augeri. Declaratur rationabilitas tertiæ conditionis dupliciter. Pimo quia non omnia contraria ſe alunt, vt patet de ſano & infirmo: ſecundo quia dato quòd alterum reliquum alat, non tamen econuerſo, vt patet de aqua & igne. Apparentia.

¶ Dubium eſt, quod modo dictum eſt, declaratur, quia quidam putant alimentum eſſe ſimile ei, quod alitur: quia ſimile ſimili augetur, quidam vero putant alimentum eſſe contrarium ei quod alitur. Tum quia transmutatio non eſt niſi in contrarium aut medium. Tũ quia alimentum patitur ab eo, quod aliter, & non econuerſo, ſicut nec inſtructor à materia, qui mutatur ſolum ex ocio in actum. Dubiũ

Vtrique quodãmodo dicunt recte & non recte: declaratur, quia Deciſio.



quia alimentũ dicitur de non cocto, quod eſt contrarium, & de cocto, quod eſt ſimile.

Cõcl.5 Alimentum eſt ad animatũ per ſe, & non ſecundum accidens, probatur à priori, quia corpus animatum in quantum animatũ alitur, probatur, quia nihil alitur niſi viuum.

6. Alimẽto & augmentatiuo alterũ eſt eſſe, probatur à priori, quia augmentatiuũ eſt, ſecundũ quod corpus animatũ quantum eſt: alimentũ verò ſecundum ꝙ ſubſtãtia eſt, probatur hoc vltimũ, quia animatum tandiu eſt quamdiu alitur.

7. Alimentũ eſt generatiuũ, nõ

Diffe. eius quod alitur, ſed quod tale eſt quale id, quod alitur, probatur prima pars à priori: tũ quia quod alitur iam eſt, tum quia nihil generat ſe, ſed ſaluat.

Quid. Nutritiuũ eſt potẽtia animæ potẽs ſaluare ſuſcipiens ipſam ſecundũ quòd eſt huiuſmodi.

Quid: Alimentũ eſt quod præparat prædictã operationẽ, declaratur à ſigno, quia priuatũ alimento non poteſt eſſe.

Quid. Alẽs eſt aĩa, quod alitur eſt hñs aĩam, quo alitur ẽ alimẽtũ.

Quid. Aĩa prima eſt generatiuum quale ipſum, declaratur, quia generaſſe quale ipſum eſt finis eius, à fine autẽ iuſtum eſt omnia denominari.

Diſtinctio. Quo alitur eſt dupliciter, ſicut & quo gubernatur, & manus, & themo, hoc quidem mouens & motũ; illud autem mouens ſolum, declaratur prima pars, quia alimentũ neceſſe eſt animalis calore decoqui.

Series autem hæc eſt.

INtendens Ariſtot. determinare de ſingulis aĩæ partibus, & à vegetatiua inchoare, in hoc capit. tria facit: Primo prępoſita intẽtione ſua ſtabiliuit quatuor cõcluſionibus partes aĩę eſſe nutritiuum, generatiuum, & augmẽtatiuũ, & quia in prima concluſionis probatiõe deuentũ eſt ad hoc, quòd generare eſt opus viuentium, oportuit adiũgere, quòd eſſent opera animæ ex hoc, ꝙ anima eſt cauſa viuentis corporis in triplici genere cauſæ in ſecunda concluſione, oportet enim, vt Auerroys dixit in cõmento. 27. & 29. artificem hunc ſupponere, quæ ſint partes animæ, aut per ſe notum, aut probare. Secundo reſumpta intentione. De obiecto animæ nutritiuæ incipit loqui tali ordine, primo cõditiones apparentes alimenti, deinde quid ambiguitatis ibi ſit: deinceps determinat quid tenendum de his ſit: addens in quinta cõcluſione principalem cõditionem alimenti vt ſic. Et demum determinat de eo in ſexta concluſione vt augmentatiuæ, & in ſeptima vt generati-

uæ deſeruit. Tertio ex dictis deſcribit quid ſit nutritiuum, quid alimentum, & quid anima prima ordine generationis inferens: quòd eſt illud, de quo dicitur alens, quod alitur, quo alitur, & hoc in calce ſubdiuidit, & ſic ſummarię de parte vegetatiua tractatum abſoluit.

Text: 34. ſingularis gloſſa. Circa illā propoſitionem naturaliſsimum operum viuentibus eſt, &c. Aduerte tria, primo terminos, ſecundo ſenſum, tertio radicem. Naturaliſsimū in primis dixit non proprijſsimum non perfectiſsimum, quoniam & ſi generare ſibi ſimile ſit opus animæ, vt in littera dicitur; non tamen eſt opus proprium animæ, conuenit ſiquidem etiam non animatis, quamuis alio modo, de qua diuerſitate non eſt nunc ſermo. Perfectio quoq; operis extra præſens propoſitū eſt. Tū quoniā falſum eſt, ꝙ generare ſibi ſimile ſit perfectiſsimū opus viuentium, vt patet de ſentire & intelligere hominū. Tum quoniā magis & minus naturalitatis operis nō attenditur ſecundum perfectionē operis, ſed ſecundū pronitatē naturæ ad opus, vt de ſe patet, & probari facile pōt ex illa maxima in omni latitudine, in qua inuenitur magis & minus, attenditur magis & minus ſecundū plus & minꝰ conſtitutiui illius latitudinis. Sicut ſi aliquid conſtituitur in eſſe calido per. A. magis & minus calidum attenditur penes plus & minus ipſius. A. & ſic de alijs. Sicut enim ſimpliciter ſe habet ad conſtituendum ſimpliciter: ita magis ad magis, & ita maximum ad maximum. Conſtat autem, ꝙ conſtituitur in hoc, quod eſt eſſe naturalę viuenti, vel cuicunque alij, non ex perfectione vel imperfectionę eius, ſed inclinatione illius ad illud opus: Ex hoc enim diſtinguimus naturale à violento, vt patet etiam in tertio Ethicor. cap. 2. ergo opus illud eſt magis naturale alicui, ad quod illud abſolute & ſimpliciter magis inclinatur, ergo naturaliſsimum ad quod maxime pronum eſt, ſiue perfectum, ſiue imperfectū in ſe ſit opus. Operum quoque dixit non entium omniū, & hoc vt præſeruaret ſe ab eſſe, ad quod magis omne viuens inclinatur quàm ad quodcunque opus, ita quòd naturaliſsimum dicit in genere operum, & non ſimpliciter. Viuentibus deinde addit perfectis non orbatis, non ſpontaneis, vbi tria aſpice. Primum quòd hoc opus & ſi ſit commune viuentibus, & quibuſdam alijs, quia tamen non omnibus inanimatis hoc conuenit, aurum enim non generat aurum, neque ferrum ferrū, neque lapis lapidem: ideo viuentibus ſpecialiter



cialiter hoc naturaliſsimum dixit. Si tamen haberetur proprium nomen illius cōmunis analogi ad viuentia, & illa alia, quæ producunt ſibi ſimilia: vt ignis illi non ſolum eſſet naturaliſsimum, ſed proprijſsimum opus. Secundum quòd hoc opus non dicit naturaliſsimum viuentibus vniuerſaliter, ſed quibuſdā. ſ. perfectis non orbatis, non ſpontaneis: nō ergo fiat diſceptatio de hoc opere, an ſit naturaliſsimum viuentibus, ſed an ſit naturaliſsimū huiuſmodi viuentibus: ſ. perfectis nō orbatis, nō ſpontaneis. Tertium, ꝙ iſta exceptio quorundā viuentium ab alijs viuētibus inſinuat, quòd de viuentibus diſtributiuæ loquitur & non reduplicatiuę inquantum viuentia ſunt. Tum quoniam falſum eſt ꝙ facere alterū quale ipſum eſt: conuenit primo viuenti, & quia cōuenit nō viuenti, & quia nō conuenit omni viuēti, vt in littera dicitur. Tum quoniam male fuiſſet exceptum, niſi diſtributiuus ſermo eſſet, hęc de primo. ¶Quo ad ſecundum, vt ex prædictis iam patere poteſt: ſenſus huiꝰ propoſitionis eſt, quòd facere alterum tale, quale ipſum eſt, inter omnia opera eſt opus naturaliſsimū omnibus viuentibus perfectis non orbatis, non ſpōtaneis, ita ꝙ naturaliſsimū operum hominis abſolutę loquendo eſt facere alterū quale ipſum eſt, & ſimiliter naturaliſsimū operū leonis eſt hoc, & ſimiliter in plātis. ¶Etſi contra hmōi ſenſum obijciatur, ꝗa naturalius eſt homini intelligere quā generare, & ſimiliter leoni ſentire. Tū quia hæc inſunt eis per proximiora, & propria conſtitutiua principia, generare autē per cōia. Tū quia hæc ſunt perfectiora opera, & vnū quodq; magis inclinatur naturaliter in opus perfectius quā minus perfectū. Et rurſus quia naturalius eſt omni viuenti nutriri quā generare, & naturaliꝰ eſt omni viuēti inclinari in eſſę propriū, quod per nutritionē conſeruatur quā in eſſe alienū, quod per generationē fit. ¶Dicendū eſt, ꝙ naturalius in eſt generare omni viuenti perfecto, &c. quā quodcūq; aliud opus, & ratio quidem in littera reddita poſtmodum videbitur. Experientia autem continua non eget diſcuſsione, dum experimur in humano genere & in omnibus animalibus tantam ad generandum pronitatem, vt non niſi difficillima & rariſsima victoria continua hæc naturæ pronitas ſuperetur. Prima autem probatio in oppoſitum, ſcilicet, quæ inſunt per proximiora ſunt magis naturalia, contrariatur veritati, quoniā ècōuerſo eſt, ſ. quòd quæ inſunt per priora

ſunt magis naturalia: ita quòd
naturalius eſt homini quod in
eſt per vitam quàm quod per
ſenſum, & ꝙ per ſēſum quā ꝙ
per rationem, & hoc quia cau
ſa primaria plus influit in effe
ctum quàm cauſa ſecunda, vt
in prima propoſitione de cau
ſis dicitur, & declaratur ibidē
in cauſis formalibus, & dicitur
quòd propter hoc operatio
cauſæ primæ eſt vehemētioris
adherentiæ cum re quam cau
ſæ ſecundæ.

Ad ſecundā verò probatio
nem dicitur, ꝙ illa propoſitio.
Ad perfectiorem operationē
naturalem alicuius eſt maior
inclinatio naturalis, & ſi vera
videatur cæteris paribus, quo-
niam natura nititur in melius
ſuæ latitudinis, vbi tamen cæ-
tera non ſunt paria, non opor
tet eſſe veram, ſic autem eſt in
propoſito. Et de ſentire qui-
dem & generare diſparitas pa-
tet in hoc, quia generare per-
petuat, ſentire non. De intel-
ligere vero & generare diſ-
paritas ſatis clara eſt, quoniā
nullū viuens apud nos, de qui
bus eſt ſermo, intelligit niſi ra
tione partis, ſcilicet, animæ: ge
nerare vero conuenit toti ra-
tione totius. Vnde totum vi-
uens primo inclinatur ad gene
rationem & non ad intellectio
nem. Et ſic generare natura-
lius opus eſt homini & leoni
abſolute quam ſentire & intel
ligere, quanuis hæc ſint ſecun-
dum ſe perfectiora opera.

Ad obiectionem autē de nu
tritione, quæ eſt opus etiā par
tis vegetatiuæ dicitur, ꝙ nutri
ri & ſi ſit naturalius opus vi-
uentibus, non tamen viuenti-
bus perfectis, quod ſic patet.
Naturalius eſt perfecto, quod
ei quatenus perfectum eſt cō
uenit, & ab eiꝰ eſt imperfectio
ne remotius quàm illud, quod
ei cōuenit quatenꝰ à perfectio
ne deficit. Sed inter nutritio-
nem & generationē relatas ad
viuens perfectum hoc inter
eſt, quòd generatio conuenit
viuēti perfecto quatenus per
fectum eſt, imò & ex abun-
dantia perfectionis eius. Nutri
tio vero viuenti perfecto non
conuenit, niſi quatenus à per
fectione cadens reſtauratione
eget, igitur viuens perfectum
vt ſic magis inclinatur in ge-
nerationem quàm in nutritio
nem. Et quia in littera non di
citur, quòd generare ſit natu-
raliſsimum operum viuenti-
bus, ſed viuentibus perfectis:
ideo verum dixit: Hæc de ſe-
cundo.

Quo ad tertium radix huius
in littera poſita eſt, ſ. appetitus
eſſendi, quantum & qūo po-
teſt, vt participet æternitatem
quantum & qūo poteſt, quem
eſſe omnium ſummæ naturaliſ
ſimum cuilibet conſtat ex
hoc inquam eſſendi quantum
& quo-



& qūo pōt appetitu naturaliſ-
ſimo, ſimpliciter prouenit in
quolibet, & appetitus eſſendi
quantū poteſt ipſemet in ſei p
ſo, & in quolibet viuente per-
fecto appetitus eſſendi quātū
poteſt vt idē, quod eſt appete
re eſſe in alio eiuſdem ſpeciei.
Ex hmōi autē appetitu eſſendi
prouenit perfectis, &c. appeti
tus naturaliſsimus operādi ope
re illo, quo acquiritur cōtinui
tas eſſendi, & ſi nō ipſummet:
tamen vt ipſum, & quoniā opꝰ
hoc eſt gn̄atio: ideò generatio
nis opus viuentibus perfectis
eſt naturaliſsimū in gn̄e ope-
rū, & quoniam eſſe quantū &
qūo poteſt, concludit ſub ſe
ſempiternitatē, quæ in viuēti-
bꝰ eſt immortalitas, quæ diuini
tas quędā eſt: ideò in littera oīa
tangūtur. ¶Et aduerte, ꝙ hinc
habes, ꝙ quum ſortes generat
Platonē agit ꝓpter ſe, nō pro-
pter Platonē, quoniā agit vt ip
ſe ſortes ſit: & ſi non ipſe, ta-
mē vt ipſe, & hoc propter par
ticipationē ſempiternæ, diui-
næ, immortaliſq́; vitæ.

Text. 41. Circa. 4. cōcluſionē dubita-
tur ex eo ꝙ textus ſibi ipſi &
veritati videtur cōtrarius. Sibi
ipſi quidē, quia hinc facit vni-
uerſalē, omniū natura cōſtan-
tiū terminus eſt & ratio magni
tudinis & augmenti; inde vero
dicit, ꝙ ignis augmētum eſt in
infinitū quouſq; fuerit cōbu-
ſtibile. Quū. n. ignis ſit vnū de
natura conſtantibus, quomodo
habet terminū, ſi augmentum
eius eſt in infinitū, & ècōuer-
ſo qūo augmentū eius eſt in in
finitū: ſi oīum natura conſtan
tium terminus eſt, & ratio ma-
gnitudinis & augmenti. Veri-
tati autē, quia vt in. 1. phyſico:
tex. 36. patet homogenea, ſunt
terminata ad maximū, & con-
ſequenter ignis: qūo ergo veri
ficatur, quòd ignis augmentum
eſt in infinitum, ſi fuerit com-
buſtibile.

Ad primā obiectionē quāuis
aliqui dicant, ꝙ omniū natura
conſtantium nō diſtribuit niſi
pro aīatis: propterea quia aug-
mentū, de quo fit mētio in hac
propoſitione nō habet locum
niſi in animatis: verba tamē lit
terę magis vniuerſalia ſunt, nec
reſtringuntur ex ly ratiōe aug
menti. Quoniā Ariſt. hic diſpu
tat cū Empedo. & alijs ex hoc,
ꝙ ignis eſt principiū, quod ſe
alit & auget, ꝙ ſit ratio cæteris
hæc habendi ex illa regula me
taphyſicali & poſterioriſtica,
quod eſt primo tale, eſt rō om
nis talis, & nō ex ęquiuoco au
gmento ignis & aliorū, ſed cōi
cando cū eis in extenſis voca-
bulis, ſoluere nititur ex hoc, ꝙ
augmentū ignis eſt in infinitū:
natura autē conſtantium, tā ma
gnitudo quā augmentū eſt fini
tum. Quod etiā meminit nō ſo
lū augmenti, ſed magnitudinis,
quæ inuenitur in natura con-

 ſtanti-

ſtantibus inanimatis, innuit ꝙ
nō de animatis tantū loqueba
tur. Vnde tutius eſt dicere, ꝙ
vſr de natura cōſtātibus loqua
tur, & negare ꝙ ignis ſit de nu
mero natura cōſtantium: ignis
.n. ſua natura nō conſtat, ſicut
nec aer, ſed alienis terminis fi-
guratur. ¶ Ad ſecundā autē
obiectionē dicitur à quibuſdā
ꝙ ignis augmentū nō eſt in in-
finitū abſolute, ſed in reſpectu
aliorū, quia. ſ. eſt excedēs alio
rū determinationē. ¶ Sed hæc
reſpōſio ſatis falſa eſt. Tū quo
niā iſta conditionalis eſt vera
ignis in infinitū augeretur, ſi
in infinitū apponeretur cōbu
ſtibile. Tū quia ad ſenſum hoc
patet. Tum quia nulla ratio aſ-
ſignari pōt ab intrinſeco, qua-
re ignis non combureret cōbu
ſtibile approximatum diſpoſi
tū, &c. ¶ Dico igitur aliter ſu
ſtinendo, ꝙ datur maximus &
minimus ignis, & ꝙ hoc poteſt
intelligi dupliciter, primo de
indiuiduo ignis per ſe vno: ſe-
cundo de indiuiduo ignis qua
ſi per accidens ſeu per aggre-
gationē vno, & ꝙ licet in indi
uiduis ignis vnius quaſi per ag
gregationē nō detur maxim⁹,
vt augmentum eius in infinitū
oſtendit: in indiuiduis tamen
per ſe vnius eiuſdem datur ma
ximus ignis. Vocatur autē in-
diuiduū per ſe vnum ignis, qđ
conſtat ex materia & forma ig
nis ſic vna in actu, ꝙ non dua-
bus in potentia per ſolam di-
uiſionem. Indiuiduū vero qua
ſi per aggregationem vnum,
quod conſtat ex materia & for
ma ignis, ſic vna in actu, quòd
pluribus in potentia reducibi
li in actum pluriū ignium ex
ſola diuiſione. Vnde ſi mini-
mus ignis eſt ignis cubitalis,
maximus ignis eſt ignis proxi
mus bicubitali. Inter minimū
autem & maximū ignem om-
nes intermedij, ſunt etiam per
ſe vnica indiuidua: bicubitalis
verò & reliqui maiores ſunt
quaſi per aggregationē indiui
dua, vnde ſi igni maximo ap-
proximaretur cōbuſtibile: cō
bureret & fieret maius, ſed nō
maius per ſe vnū indiuiduum,
& ſic omnia conſonant.

Q̃uo ignis per aggre-gationē non ſit vn⁹ ſimpli-citer hn̄s à S. Th. hic in l. 9. & 7. met. l. vlt.

Circa cauſam reſumptæ intē
tentionis. ſ. ꝙ eadē eſt potētia
animæ vegetatiua & generati-
ua. Aduerte ꝙ ly vegetatiua
poteſt dupliciter interpretari:
primo pro potentia nutritiua,
& ſic ingerit quæſtionem quō
eſt eadē cum potentia genera-
tiua, quū manifeſte diſtinguā-
tur. Et quanuis poſsit dici, ꝙ
eſt eadem non ſimpliciter, ſed
materia, puta alimēto, genere,
puta vitali: ſubiecto, puta pri-
ma anima. Non tamen oportet
ad hæc confugere, quia non ſic
ſumitur hic, ſed ſumitur ly ve
getatiua formaliter, vt in præ-
cedenti capitulo vegetatiuum
poſitum eſt primū genus potē

Vide ſup. 1: par. q. 7. ar. 3. 1. rōe. 1. cōcl: Text. 42.





tiarum aīæ; ita quòd potentia
vegetatiua & generatiua nō po
nunt in numerū, ſicut nec ani-
mal, nec homo, & vniuerſaliter
genus & ſpecies, & ideo littera
dicit, ꝙ eadē eſt, & intēdit, ꝙ
quia generatiua, quæ eſt natu-
ralis, ſūma potentia viuentium,
non ponit in numerum, cū ve
getatiua, quæ ſibi primum ven
dicat tractatus locum, & alimē
tum eſt obiectū vegetatiuæ, ꝙ
ab alimēto inchoandum eſt.

Text. Circa id quod dicitur de ali
45. mento & alio in textu. 45. dici
tur. ſ. quòd alitum non patitur
ab alimento, ſicut nec inſtru-
ctor à materia, dubium occur
rit ex ratione, & ſenſu, & au-
ctoritate. Ratione quidē quia
contraria iuxta poſita adinui-
cem agunt & patiuntur, & om
ne agens in agendo repatitur.
Ad ſenſum autē quia experi-
mur ab alimentis nos alterari:
ita quòd etiam ad mortem du-
cimur. Auctoritas verò eſt ip
ſius Ariſtotelis in primo de ge
neratione, tex. 42. volentis, ꝙ
alimentum ſe habeat ad alitum,
ſicut aqua ad vinum, cui miſce
tur: ita ꝙ debilius redditur ali-
tum ſicut vinum.

Ad hoc dubium dupliciter
Solu. 1 dici poteſt. Primo ꝙ hic eſt
ſermo de eo, quod alitur nō ſe
cundū ſe totum, ſed ſecundum
potentiam aīæ nutritiuam, quę
vt Albertus vult in primo de
generatione in tractatu de au-
gmento alterat & non altera-
tur, & hæc reſponſio alludit
tractatui huic de potentijs ani
mæ. Secundò ſuſtinendo, ꝙ Solu. 2
de ipſo alito formaliter, vt lite
ra ſonat, ſit ſermo, dici poteſt
quòd hic eſt ſermo de alimēto
cocto, & non de alimento nō
cocto, & quòd alimentū coctū
non eſt cōtrariū, ſed ſimile, vt
in littera dicitur, & tale nō a-
git in alitū. ¶ Et ſi inſtetur, ꝙ ta
le alimētū ſicut nō agit: ita nec
patitur, & tn̄ in littera dicitur,
ꝙ patitur & nō agit, dici pōt
ꝙ alimentū coctū verè patitur
ab eo qđ alitur, quia trāſmu-
tatur ſubſtantiā aliti: non tamē
agit, qa nulla cōtrarietate op-
ponitur illi. Nec eſt intelligen
dū ſimilitudinis noīe hic ſimi
litudo cōpleta in actu, ſed ſimi
litudo actui ꝓxima per remo-
tionem omnis indiſpoſitionis
cōtrariæ priuatiue & negati-
uę. Eſt. n. alimentū coctum id,
quod proxima potētia eſt, vt
in ſubſtantiam nutribilis tran-
ſeat: & propterea ſic patitur, ꝙ
non agit. Vn̄ patet reſpōſio ad
rōnem & ſenſum: oportet ſiqui
dē agēs repati, ſed nō in omni
ſtatu ſuę actionis: ſufficit. n. ꝙ
in principio & medio actiōis:
dum ſcilicet patiens contraria
tur, repatiatur. Ad exemplū
vero de aqua & vino dicitur,
quòd in propoſito exem-
plum in hoc deſeruit, quòd
virtus nutritiua tandē deficit,

ſicut vinum ex admixtione aquæ, ſed hoc non eſt ex hoc, ꝙ alitum patitur ex nutrimento cocto, ſed ex hoc, quòd nutrimentum retinet aliquid de natura materiæ extraneæ, ex qua tranſiuit in ſubiectã aliti: hinc enim prouenit, quòd anima nõ ita dominatur ſubſtãtiæ nouæ, ſicut deperdite. ¶Nec ex hoc mihi imponas, quòd ſentiam nunquam nutrimentum tranſire in ſubſtãtiã plene ſubiectam & conformem animæ: hoc enim non ſequitur ex dictis meis, ſed hoc ſolum, quod quando naturaliter alitur, non debilitatur ex paſsione à nutrimento cocto, ſed ex extraneitate eius quantum eſt ex parte alimenti, radix enim debilitationis eſt ipſe naturalis vigor declinans, habet enim certam periodum. Et hæc expoſitio tractatui huic cõſonat, & verbis. Tractatui quidem, quoniam ſic de propria actione animæ, & paſsione alimenti, qua ſcilicet tranſit in alitum animatum eſt ſermo. Verbis autem quoniam ſic nõ ſuperflue in littera excipitur mutatio ex ocio in actum. Sed innuit exceptio hæc, quòd anima vegetatiua etiam in nutritionis propria actione mutatur de ocio in operationem: non enim cõtinuæ tranſmutat alimentum in ſubſtãtiam aliti, quamuis cõtinuæ elemẽtares ſuæ qualitates aliquid faciant. Et quia atteſtatur hæc littera doctrinæ ſuperius datę in declaratiõe quomodo vniuerſaliter aĩa eſt actus primus, ideo notabis eam.

Circa differentiam alimenti vt nutrit & auget aduerte nouitiæ, quòd non eſt ſermo de ſubſtãtia & quãtitate ipſius alimenti, ſed de ſubſtãtia & quãtitate animati: ita quòd alimentum in quantum eſt in potentia ad ſubſtantiã aliti, eſt alimẽtũ, in quãtum vero eſt in põa ad quãtitatẽ perfectã ipſius aliti, eſt augmentatiuum, non enim fit augmentum per additionem quãti ad quantum, ſed extenſionem præexiſtentis quãti animati, vt in primo de generatione proprio tractatu dicitur. Tex. 47.

Circa differentiam inter nutritiuam & generatiuam caue ne fallaris à neſciẽtibus diſcernere obiecta earum, propterea quia ambæ generant carnes, oſſa, & neruos: in promptu enim eſt ex littera differentia, quoniam generatiua habet pro obiecto totum animatum primo: nutritiua autem primo partes reſpicit: nutritiua enim quia ſupponit totum eſſe, ad ſalutẽ totius mediantibus partibus intẽdit, generatiua primo ipſum totum reſpicit: quod enim primo generatur, eſt ipſum totum ſuppoſitum, quod autem primo nutritione fit: partes ſunt Tex. 74.





quanuis ſingulæ.

Tex. 49. Circa rationem primæ animæ aduerte nouitiæ, ꝙ quemadmodum vniuerſaliter illa ꝓpoſitio ſecũdi de cœlo tex. 17. vnumquodque: cuius eſt opus eſt: propter ſuam operationẽ non ſic intelligitur, quòd res ordinetur in propriã operationem tanquã in aliũ finẽ, ſed ſic quòd res ordinatur tanquã in finẽ intrinſecum in hoc, quod eſt eſſe perfectũ ſua operationę, ita quòd anima intellectiua nõ eſt propter intelligere, ſed eſt vt ipſa ſit intelligens actu: ita anima prima ideſt vegetatiua non eſt propter generare, ſed ea ratione generatio eſt finis eius, quia finis animæ huiuſmodi eſt, vt nõ ſolum in ſe ſit, ſed vt ſit generans, quoniã per hoc habet vt ſit ſemper modo, quo poteſt vt ſupra dictũ fuit. Et hoc inſinuauit Ariſt. vtens præteriti tẽporis generatione dicens, ꝙ finis eius eſt generaſſe, quale ipſum eſt ideſt ipſam iam ex ſua virtute habere alterum ſe, quo perpetuatur.

Tex. 50. Circa calcem capituli: vbi quo alitur diſtinguitur, ſicut & quo gubernatur. Dubium eſt: quia falſum videtur illa duo differre in hoc, quod vnum eſt mouens motum aliud mouens ſolũ, manus enim mouet themonẽ mota, vt manifeſtè patet.

Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ hic nõ eſt ſermo de motu quomodolibet, ſed de motu ab extrinſeco, & dicitur quod themo mouet nauem, motus à manu motione ab extrinſeco, manus autem mouet quidem extrinſece themonem: ſed ipſa à nullo extrinſece mouetur, quoniam eſt organum coniunctũ principalis motoris; & hoc erat ad propoſitum Ariſtotelis volentis, quod alimentum eſt organum ſeparatum ad nutritionem, calor eſt organum coniunctum, quoniam eſt coniunctum inſtrumentum animę eſt enim de compoſitione animalis. Et alimentum quidem non coctum motum motu alterationis à colore, mouet ſimiliter motu alterationis corpus nutriendum, vt patet in alteratione, quam patimur à cibis. Calidum autem ideſt illa pars, qua anima agit: alterat tantum, vt diximus. Ex ſupra dictis enim apparet, quòd littera hæc non poteſt intelligi de alimento cocto, quoniam de illo eſt dictum, quod non mouet, ſed mouetur tantum, & hoc litera ipſa teſtatur, quæ probat calorem eſſe organum animæ, quia cibus decoctione eget.

## DE SENSIBVS in communi.

### Capitulum. V.

Cō.51 DEterminatis autē
his dicamus com
muniter de omni
ſenſu. Senſus au-
tē in moueri aliquid & pa-
ti accidit, ſicut dictum eſt,
videtur enim quædam al-
teratio eſſe. Aiunt aūt qui
dam & ſimile à ſimili pati.
Hoc autē quomodo poſsi-
bile, aut impoſsibile dictū
eſt in vniuerſalibus rationi
Cō.52 bus de agere & pati. ¶Ha-
bet autē dubitationem pro
pter quid ſenſuū ipſorum
non ſit ſenſus, & quare ſine
his, quæ ſunt extra non fa-
ciunt ſenſum in exiſtente
igne, & terra, & alijs elemē
tis, quorū eſt ſenſus per ſe,
aut ſecundū accidens his.
Manifeſtū igitur eſt, q ſen-
ſitiuū non eſt actu, ſed po-
tentia tantū. Vnde non ſen
tiunt, ſicut cōbuſtibile non
cōburitur ipſum à ſe ipſo
ſine cōbuſtiuo. Cōbureret
.n. ſeipſum & nihil indige-
ret actu ignē eſſe. ¶Quo-
Cō 53 niā autē ſentire dicimus du
pliciter. Potentia. n. audiēs
& vidēs audire & videre di
cimus, & ſi forte dormiens
& qđ iā operās, dupliciter
vtiq; dicet & ſenſus, hic qui
dē ſicut potētia, ille vero ſi
cut actu. Similiter autem &
ſentire quodq; potētia ens,
& quod actu. ¶Primū qui- Cō.54
dē igit tanquā ſit idē pati &
moueri, & agere & moue-
re dicimus. Et nāq; motus
eſt actus quidā, impfectus
tñ ſicut in alijs dictum eſt.
Omnia aūt patiūtur & mo
uentur ab actiuo & actu en
te. Vnde eſt quidē tanquā
à ſimili pati, eſt aūt vt à diſ-
ſimili, ſicut diximus, patit
quidē enim quod diſſimile
paſſum autē ſimile eſt. ¶Di Cō.55
cendū autē & de potentia
& actu eſt. Nunc. n. ſimpli
citer dicimus quę habemus
de ipſis. Eſt quidē. n. ſicut
ſciens aliquid ſicut ſi dica
mus hominem, quoniam
homo ſcientium & haben
tium ſcientiā. Eſt aūt ſicut
iā dicimus ſcientē habentē
grāmaticā, vterque aūt ho-
rum non eodem modo
poſsibilis eſt. Sed hic qui-
dem quoniam genus huiuſ
modi, & materia eſt, ille au-
tem quia volens poſsibi-
lis eſt conſiderare, niſi ali
quid prohibeat exterius.

¶Iam



Cō.56 ¶Iam autem conſiderans
actu ens per ſe & propriè
ſciens hanc litterā. A. Am-
bo quidem igitur primi ſe
cundum potentiam ſcien-
tes ſunt. Sed hic quidem
per doctrinam alteratus eſt
& multotiēs ex contrario
mutatus habitu, hic autem
ex eo quod habet ſenſum
aut grammaticam nō aget
autem in agere alio modo.
¶Non eſt autem ſimplici-
Cō.57 ter neque agere, neque pati
ſed aliud quidem corrup-
tio quædam à contrario,
aliud autem ſalus magis eſt
quod potentia ab eo, quod
eſt actu. Et ſimili ſic, ſicut
potentia ſe habet ad actum
ſpeculans enim fit habens
ſcientiam, quod verè aut
non eſt alterari. In ipſum
enim additio eſt & in actū,
aut alterum genus altera-
Cō.58 tionis eſt. ¶Vnde non be-
ne habent dicere ſapientē,
cum ſapiat alterari, ſicut
nec edificatorem cū edifi-
cat. In actum quidem igi
tur ducens ex potentia en-
te ſecundum intelligere &
ſapere non doctrinam, ſed
alteram habere denomina-
tionem iuſtum eſt. Ex po-
tentia autem ente adiſcens
& accipiēs ſcientiā ab actu
ente & didaſcalo, aut neq;
pati dicendum, ſicut dictū
eſt, aut duos eſſe modos al
terationis, & eam quæ in
priuatiuas diſpoſitiões mu
tationem, & eam quæ in ha
bitum & naturam. ¶Senſi- Cō.59
tiui autem prima quidem
mutatio fit à generante. Cū
autem generatum eſt, ha-
bet iam ſicut ſcientiam &
ſentire, quod autem ſe cun-
dum actum ſimiliter dici-
tur ipſi conſiderare. Differt
autē quia huiuſmodi acti-
ua operationis extra ſunt
viſibile & audibile. Simili-
ter autē & reliqua ſenſibi-
liū. ¶Cauſa autē quoniam Cō.60
ſingularium quidē ſecundū
actū ſenſus. Scientia autem
vniuerſaliū. Hæc. n. in ipſa
quodāmodo ſunt aīa, vnde
intelligere in ipſa eſt, cū ve
lit. Sētire aūt nō eſt in ipſa.
Neceſſariū eſt aūt eſſe ſen-
ſibile. Similiter aūt & hoc
ſe habet in ſcientijs ſenſibi
liū, & pter eandē cauſam,
quia ſenſibilia ſingularium
ſūt & exteriorū. Sed de his

qui-

quidem certificare tempus
Cõ.61. fiet, & in rurſum. ¶ Nunc
autē tantum ſit definitum,
quoniam cum non ſimpli-
citer ſit quod potentia dici
tur, ſed aliud quidem, ſicut
ſi dicamus puerum poſſe
militare. Aliud autē ſicut
in ætate exiſtentē, ſic ſe ha
Cõ.62 bes ſenſitiuum. ¶ Quoniā
autem innominata eſt ipſo
rum differentia. Determi-
natum eſt autē de his quo-
niam altera, & quomodo
altera: vti neceſſe eſt ipſo
pati & alterari tanquā pro
prijs nominibus: ſenſitiuū
autem potentia eſt quale iā
actu ſenſibile, ſicut dictum
eſt, patitur quidē igitur nō
ſimile ens: paſſum autem
aſsimilatum eſt, & eſt quale
illud.

¶ Summa huius capituli
hæc eſt.

1. Sup- SEntire in moueri
poſitio aliquid & pati ac-
cidit, declaratur,
quia alteratio quę
dam videtur eſſe.
2. Aiunt quidam ſimile à ſimi
li pati.
1. Con Senſitiuū nō eſt actu, ſed
cluſio. potentia tantū, probatur à po-
ſteriori. Tum quia ſi ſenſus cō
ſtat ex ſenſibilibus, inſolubi-
lis eſt quęſtio, quare ſenſus nō
ſentiuntur, & quare abſq; his,
quæ ſunt extra non ſentian-
tur, quæ ſunt intus. Tum quia,
ſic habetur horum ratio. Decla
ratur vtrunque exemplo com
buſtibilis, & primo ſecundū,
quia cōbuſtibile non comburi
tur ipſum à ſe ſine combuſti-
uo: deinde primum, quia ſi cō
buſtiui naturam actu haberet:
combureret ſeipſum, nec indi
geret ignę.
Tam ſenſus quā ſentire du- 2.cõcl.
pliciter dicitur. ſ. potentia &
actu, declaratur primo à poſte
riori diſtinctio, quia & poten-
tem audire etiam ſi dormiat au
dire dicimus, & eum qui etiam
præſentialiter audit, deinde ra
tionabilitas ſecundi mēbri, qa
pati & moueri dicim⁹ in actu,
quaſi idē eſt ipſi agere & moue
re, probatur: quia motus eſt a-
ctus quidā quāuis imperfect⁹.
Pati eſt vt à ſimili & vt à diſ 3.cõcl.
ſimili; declaratur, quia patitur
diſsimile: paſſum autem ſimile
eſt, probatur, quia omnia pa-
tiuntur & mouentur ab actiuo
& ente in actu.
Potentia dupliciter dicitur, Diſtin
primo ſicut homo dicitur ſci- ctio.
ens: ſecundo ſicut habens grā-
maticam dicitur ſciens: actus
verò dicitur ſicut iam conſide
rans.
Differunt primi duo modi Diffe-
ſecun- rentia.



ſecundum potentiam duplici-
ter. Primo in modo potentiæ,
quia ille genus & materia eſt,
hic autem volens poteſt conſi
derare, niſi aliquid prohibeat
extra. Secundo in modo redu
ctionis ad actum, quia ille per
doctrinam alteratur, & multo-
tiens ex contrario mutatur ha
bitu: hic autem alio modo ex
non vſu eius, quod habet in
vſum illius.
Diſtin Agere & pati eſt dupliciter,
ctio. aliud corruptio à contrario,
aliud ſalus eius: quod in poten
tia ab actu & ſimili ſic ſicut po
tentia ſe habet ad actum.
4.Cõ. Quum habens ſcientiam fit
ſpeculans: aut non eſt alteratio
aut alterum genus alterationis
probatur à priori, quia in ip-
ſum fit additio ad actum.
1.corr. Non bene habet dicere ſa-
pientem, quum ſapiat alterari
ſicut nec edificatorem quum
ędificat.
2. Mutatio ex ſapiente in ſa-
pere non doctrina, ſed alio no
mine appellanda eſt.
Quum addiſcēs accipit ſciē-
5. Cõ. tiam ab actu ente & magiſtro,
aut nō eſt ibi pati, aut duæ ſūt
alterationes, altera in priuati-
uas diſpoſitiones, altera in ha-
bitum & naturam:
Senſitiui prima mutatio eſt
6. Cõ. à generante, genitum vero eſt
ſicut habens ſcientiam, quum
autē ſentit eſt ſicut cōſiderās:
Differt tamē primo, quia acti-
ua ſenſationis ſunt extra, acti-
ua vero ſpeculationis ſunt in-
tus, & huius cauſa eſt, quia ſen
ſus in actu eſt ſingulariū, ſciē-
tia vero vniuerſalium. Ex hoc
differunt ſecundo, quia intelli
gere eſt in ipſa anima ſentire
autem non, ſed requiritur ſen-
ſibile, & ſimiliter ſcientia ſenſi
biliū propter eandem cauſam,
ſcilicet quia ſenſibilia ſunt ſin
gularia extra.
Senſitiuum in potentia dici Epilo-
tur dupliciter, & ſicut puer dici gus &
tur potens militare: & ſicut in rō di-
ætate perfecta dicitur potens ctorū.
militare. Et in horum differen-
tijs oportet vti pati & alterari
tanquam proprius nominibus.
Declaratur hoc, quia eorum
differentiæ innominatæ ſunt:
& ſecundum conditiones paſ-
ſionis & alterationis notifican
tur, quia ſenſitiuum eſt in po-
tentia quale eſt actu ipſum ſen
ſibile, & antequā ab illo actue
tur eſt diſsimile, paſſum autem
eſt ſimile, & tale quale ipſum
ſenſibile.

¶ Series autem hæc eſt.

INtēdens in hoc ca-
pitulo determina-
re de natura ſenſus
in cōmuni quatuor
facit. Primo oſtendit ſenſum
eſſe in potentia paſsiua prima
cōcluſione, præmiſsis duabus
ſuppoſitionibus. Secundo o-
ſtendit ſenſum eſſe quandoq;
in

in actu.2.&.3. concluſione. Tertio oſtendit quomodo ſenſus reducatur de potentia ad actum tali ordine, primo diſtinguit tres ſtatus iuxta potentiam & actum aſſumpto exemplo in ſciente: & aſsignat differentiam duplicem inter duos ſtatus potentiæ, ſcilicet, in modo potentia & in modo quo mutantur de potentia ad actum, & ſtatim diſtincta paſsione, oſtendit. 4. concluſione cum ſuis corrolarijs & quinta quòd neutra mutatio eſt paſsio aut alteratio. Et ſic demum ſexta concluſione applicat prædictos ſtatus ad ſenſitiuum inferens differentiam inter ſenſitiuum & ſcientem. Quarto epilogando reddit rationem & dictorum & vocabulorum, quibus vti cogimur.

Tex. 52. Circa primam concluſionē aduerte diligenter, quòd vis rationis Ariſtot. conſiſtit nō in hac conditionali. ſi.a.eſſet actiuum ageret in ſeipſum, neque in hac ſi.a.eſſet actiuum actione immanente ageret in ſeipſum, ſeu terminaretur ad ſeipſum, vt quidam videntur exponere, ſed conſiſtit in hac conditionali, ſi patiens eſſet actiuum, idem à ſeipſo pateretur, quæ quidem conditionalis eſt vera tam de actione immanente vt patet, quam tranſeunte, vt in textu dicitur de cōbuſtibili, quòd ſi eſſet combuſtiuū à ſeipſo combureretur: Fundatur autem veritas huius conditionalis: quia in antecedente aſſumūtur duo ſcilicet quod a. ſit patiens tali paſsione: & quod idē ſit agens, ex eo quod agens ſequitur ergo ageret ex eo quod patiens ſequitur ergo pateretur, & quia conſequens eſt impoſsibile apud Ariſt. vtpote implicans cōtradictoria, ideo etiam antecedens implicat cōtradictionē, fundatur ergo proceſſus ille ſuper conditionali neceſſaria, cuius tā antecedens quam conſequens eſt impoſsibile, & hoc eſt ſollicite notandū, quia multos latuiſſe videtur locus iſte. ¶ Circa eandē concluſionē aduerte ꝙ Auerroys. 52. &. 54. notauit hoc principium traditum hic ab Ariſt. quod eſt fundamētū ad inueſtigandas cæteras virtutes animæ, & prima differentia inter ſenſum & vegetatiuum, &c. Fundamentū quidē, quia ſi aliter non poteſt ſolui quæſtio, cur ſenſus non ſentit ſeipſum &c. & non percipere ſeipſum ſit commune omni ſenſitiuæ virtuti: & non cognoſcere abſque adueniente ab extra obiecto ſit etiam commune intellectui vt inferius patebit in tertio huius, & aliqualiter in hoc capitulo innuitur in textu. 60. conſequens eſt quod quælibet noſtra vis cognoſcitiua ſiue ſenſitiua ſiue intellectiua ſit, non ſit actu ſuum obiectum in actu, ſed in potētia, ac per hoc ſit virtus paſsiua: ſi enim eſſet actu ſecundū ſui obiecti in actu naturam, vt in textu dicitur, nō poſſet reddi ratio quare viſus non eſſet actu viſibilis, & auditus audibilis, & intellectus intelligibilis, nec rurſus quare viſus abſque viſibili extrinſeco non videt, & intellectus abſque intelligibili ex ſenſibus oblato non intelligit. Differentia autem prima eſt, quia ex hoc ꝙ nutritiuæ & ſenſitiuæ partis virtutes differūt per actiuum & paſsiuū, quæ ſunt generaliſſime differentiæ virtutum: oēs virtutes vegetatiuæ ſunt actiuæ: ſenſitiuæ autem perceptiuæ ſunt paſsiuæ, & ſimiliter intellectus.



Tex. 60. Circa verba illa in ſexta concluſione poſita. ſ. quòd ſciētia ſenſibilium non poteſt exire in actum ſine exteriori ſenſibili, dubiū eſt, quia aut falſum dicitur, aut vanum. Falſum quidem ſi de ſingulari extrinſeco in ſeipſo loquitur: quoniam conſtat, quòd habens ſcientiam de roſis: conſiderat ſecundum eam roſa nulla exiſtēte. Vanum autem ſi de ſingulari in phantaſia loquitur, quia hoc cōmune quū ſit omni noſtræ ſcientiæ, eo ꝙ ſine phantaſmate nihil intelligit anima, ſuperfluè dictum eſt de ſcientia ſenſibilium.

Ad hoc dicitur, ꝙ per ſcientiam ſenſibilium poſſumus intelligere ipſum ſcientificū habitum de ſenſibilibus. Et ſic non facile ſaluatur illa littera, niſi forte dicendo, quòd quia adhuc non erat deciſum: imò apud multos adhuc dubitatur quod opus ſit phantaſmatæ in vſu ſcientiarum, & præcipuè de intelligibilibus rebus: ideò Ariſtotel. de ſcientijs ſenſibilium affirmauit tāquam de notioribus: vt tamen ſic poſteriꝰ certificandum dimiſerit. Solu. 1

¶ Sed quoniam litera dicit: ꝙ hoc eſt propter eandem cauſam, quæ militat in ſenſu, quia ſcilicet, eſt circa ſingularia extrinſeca, & ſcientia omnis eſt de vniuerſalibus: ideo melius iudicio meo ſequendo Themiſtium dicitur, quod per ſciētiam ſenſibilium intendit habitum intellectualem, qui vocatur ars, quæ quoniam circa ſingularia extrinſeca verſatur nō poteſt exire in actū niſi adſint hæc ligna, hi lapides, &c. Sol. alia Themiſtij. 2. de anima, cap. 22.

Circa prīcipalē materiā huiꝰ capituli, ꝙ eſt principiū partis ſēſitiuę dubiū occurrit arduū, an ſenſus ſit potētia ad actū primum & ſecūdum an ad actum ſecundū tantū. Hæc quæſtio eſt difficilis in doctrina Ariſt. & in ſe. Apud Ariſ. quidē quoniam expreſſe ipſe hic ponit

diſſe

differentiam inter ſenſum&in
tellectum nudum in hoc quod
intellectus nudus eſt in poten
tia ad duas mutationes , altera
ad actum primum ideſt, ſcien-
tiam,altera ad actum ſecundũ
ideſt conſiderare , ſenſus autẽ
iam productus eſt in potentia
ad vnam tantum mutationem,
ideſt ad actũ ſecũdum: vult.n:
quòd prima mutatio in ſenſu
fiat à generante: ita quòd ſen-
ſus genitus ſit ſicut ſcientia, &
ſic apud ipſum ſenſus non eſt,
niſi in potentia ad actum ſecũ
dum. Veruntamen in hoc capi
tulo dicit quòd ſenſus eſt in
potentia ad formam ſeu ſpeciẽ
ſui obiecti,alioquin ſentiret ſi
ne extrinſeco ſenſibili,& vni-
uerſaliter vt infra tex. 121.di-
cet,ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpe-
cierum ſine materia: & ſic apud
ipſum ſenſus ponitur in poten
tia non ſolum ad operationem,
ſed ad formam. ¶In ſe vero oc
culta eſt quæſtio hæc : quoniã
in ſenſus apparent cõditiones
tres,quibus diſtinguitur potẽ-
tia ad actum primum à poten-
tia ad actum ſecundum. Prima
eſt quæ modo tacta eſt,ſcilicet
eſſe in potentia non ſolum ad
operationem : ſed ad formam:
quæ eſt operationis principiũ.
Secunda eſt egere extrinſeco
motore per ſe reductiuo ipſius
de potentia ad actum. Tertia
eſt non poſſe per ſeipſum ſta-
tim operari deductis impedi-
mentis. In his enim tribus hæ
duę potentię differunt : ſciens
nanque & neſciens ita ſe ha-
bent quod ſciens ad ſolam con
ſiderationem potentiam habet
neſciens vero eſt in potentia,
non ſolum ad conſiderare , ſed
ad ſcientiam,& ſimiliter ſciens
non eget extrinſeco motore vt
conſideret, neſciens autẽ eget
magiſtro intus vel extra. Sciẽs
quoque poteſt quum vult con
ſiderare niſi impediatur , neſ-
ciens vero non. Manifeſtè au-
tem apparet ſenſui conuenire
præfatas neſcientis conditio-
nes,quum viſus ſit in potentia
ad ſpeciem coloris,& non ſolũ
ad viſionem, & egeat colorato
ſeu lucido motiuo eius per ſe,
& non poſsit per ſeipſum ani
mal videre deductis omnibus
impedimentis. Et confirmari
hæc poſſunt auctoritate ipſius
Ariſtotel. hic &.8.phyſic.tex.
32. vbi de hac tertia conditio
ne loquens dicit , quòd ſimi-
liter ſe habet in phyſicis . Ex
oppoſito vero apparet vna
conditio : quæ mentem meam
flectit & trahit ad ſe,ſcilicet,eſ
ſe in potentia tantum ad actum
per modum vigiliæ. Ad cuius
euidentiam ſcito, quòd quum
potentia innoteſcat per actum
qualis eſt actꝰ poſsibilis alicui,
talis eſt natura potentiæ in il-
lo perfectibili. Si enim actus
poſsibilis haberi eſt actus pri-
mus: potentia ad illum,erit po





tentia quæ vocatur à multis eſ
ſentialis. Si autem eſt actus ſe-
cundus , potentia ad illum,erit
potentia quæ vocatur acciden
talis. Conſtat autẽ ꝙ actus, ad
quem eſt in potentia ſenſus:
non eſt actus vt ſomnus, ſed
actus vt vigilia. ac per hoc non
eſt actus primus, ſed ſecũdus:
ergo potentia ſenſus non eſt
potentia ad actum primũ, ſeu
potentia eſſentialis, ſed poten
tia accidentalis , ſeu ad actum
ſecundum. Hæc ratio ad ſui
claram perceptionem exigit
duo primo memoriam doctri-
næ ſupra habitæ in principio
huius ſecundi, text. 2. ſcilicet,
quòd apud Ariſt. actus primus
& ſecundus non conuertun-
tur cum forma & operatione,
ſed cum forma per modũ ſom
ni & vigiliæ : paruus enim er-
ror in illo principio creuiſſe
ſatis in hac quæſtione vide-
tur.

Secundo aduertendum, ꝙ
par eſt ratio de operatione &
forma per modum vigiliæ,ni-
hil enim refert quo ad actum
& potentiam habere operatio
nem & habere formam per
modum vigiliæ : actu enim o-
perans indifferenter dicitur
tam nunc operans,quam nunc
habens formam per modum
operantis: & ſimiliter pari po
tentia potens dicitur : cui ſo-
lum deeſt operari , & cui ſo-
lum deeſt forma per modum
vigiliæ , vt noſter continuus
ſermo teſtatur de parte ſenſi-
tiua interiori. Quum enim di-
ſtincta ſint organa virtutis ap
prehenſiuæ & conſeruatiuæ:
nihilominus poſſe imaginari,
aut cogitare pari ratione dici-
mus, ac ſi in ipſis apprehenſi-
uis viribus ſpecies per modũ
ſomni haberentur , & eſſent
ſolum in potentia ad operatio
nem. Quum tamen conſtan-
ter teneamus, quòd conſerua-
tis ſpeciebus in alijs theſauris
apprehenſiuæ ſunt in poten-
tia ad ſpecies per modum vigi
liæ tantum : pari autem exiſtẽ
te ratione de operatione &
forma per modum vigiliæ quo
ad naturam actus neceſſe eſt
parem quoque eſſe rationem
potentiæ ad operationem &
ad formam per modum vigi-
liæ, & ſic diſtinctio huiuſmo
di potentiarum ex diuerſitate
actuum, non quacunque , ſed
ea tantum, quæ ſecat actum in
actum per modum ſomni & vi
giliæ conſideranda iudicanda-
que eſt.

Præter hanc autem ratio-
nem ex conditione actus, ac-
cedit & alia ratio ex vnitate
mutationis. Vbicunque enim
eſt duplex potẽtia, ſcilicet, ad
actum primum & ſecundũ, ibi
eſt duplex mutatio , altera de
potentia ad actum primum, vt
ad ſcientiam , altera ad actum
ſecundum vt ad conſiderare,

ſed ſenſu iam genito non reſtat niſi vna mutatio, ſcilicet vt ad conſiderare: ergo in ſenſu iam genito non eſt potētia niſi ad actū ſecundum: maior eſt per ſe nota: minor vero & ab Ariſt. expreſſe habetur in littera, dum prima mutatio ſenſitiui à generante: ſecunda autē ab obiecto fieri dicitur: Et quum quid ſit ſentire patebit, manifeſtior erit. ¶ Ad hanc tamē rationē à modernis de ſenſu loquentibus more naturæ reſponderi poteſt: ꝙ in ſenſu iam genito reſtat duplex mutatio diſtincta tantum ordine naturæ nō temporis, & prima quidē fit ab obiecto & terminatur ad ſpeciem qua ſenſus fit ſimilis ſenſibili: ſecūda autem fit ab anima & terminatur ad ipſam ſenſationem: qua ſenſus eſt formaliter ſentiens. Vtriuſque ſiquidē meminit Ariſtot. primæ quidem in hoc capitulo: ſecundæ autem ſuperius in capitulo quarto, tex. 37 vbi dixit animam eſſe cauſam efficientem alterationis, quæ eſt ſecundum ſenſum.

Sed hæc reſponſio in primis contradicit Ariſtot. hoc in loco expreſſe vnam tantum mutationem, & eam ad actum ſecundū tantum ponentem in ſenſu genito. Deinde errat in radice dum non diſtinguit inter naturam & animam. Vt enim quum ex propoſito tractabitur patebit, longe altior eſt conditio cognoſcentis animę, quam illud in quod natura ducit. Vnde non eſt putandū ꝙ ſpecies ſenſibilis & ſenſatio ſint ſic duo entia vt dent duo eſſe, ſed ſe habent vt forma & eſſe formæ, vt albedo & eſſe album: ita quòd nihil aliud eſt videre quàm eſſe ſpeciei viſibilis in viſu formaliter loquendo in genere cognoſcibili & cognoſcitiui, & non ſecundum communem entium rationē, & propterea ſicut eadem eſt mutatio ad albedinē & eſſe album: ita eadem eſt mutatio ad ſpeciem viſibilem & videre. Et quoniam hæc via eſt ſubtilior, altior & rationabilior: ideo hanc ſequamur ſequendo Ariſtot. dicentes cum eo, quòd ſenſus ea ſola ratione dicitur in potentia, quia pōt operari, ſicut ſciēs, quia poteſt cōſiderare. ¶ Et ad euidentem perceptionem ſolutionum & doctrinæ huius ſcito quòd potentia ad actum ſecundum in ſcientia aliquid habet tanquā conſtitutiuum ipſius in tali medio gradu inter potentiam & actum, & aliquid habet annexum, non per ſe & formaliter ſpectans ad talem rationem potentiæ mediæ, ſed ratione materię, puta quia eſt in tali re. Et propterea cautum eſſe oportet in diſcernendo & applicando conditiones hu





iuſmodi potentiæ ad ſenſum. Habet enim ſciens geometriā vim quandam ad cōſiderandū geometricalia, qua antequam ſciret carebat, & per talem vim factus eſt in potentia proxima ad conſiderandum geometricalia: quum prius eſſet in pura potentia. Habet & ſciens præſentiam habitualem geometricalium: quoniam factus eſt ſingula eorum, vt in tertio huius text. 8. Ariſtot. dicet. Habet & ſciens ex hoc, quòd non eget extrinſeco motore, vt actualiter conſideret, & etiam vt poſſit quum vult conſiderare deductis impedimentis. Sed prima tantum conditio ſpectat formaliter, & per ſe ad naturam potentiæ mediæ: reliqua vero ratione materiæ, ſeu rei talis annexa ſunt. Et propterea princeps philoſophorū, tex. 59. & 60. in littera dixit, ꝙ proportionalis ſimilitudo inter ſciētiam & ſenſum ſtat cum differentia eorū quo ad habitualem pręſentiam obiecti, & quo ad indigētiam extrinſeci actiui, & quo ad poſſe ad libitū operari. Et vt perciperes, quòd ſimilitudo proportionalis conſiſtit in illa ſubſidit tex. 61, quòd in tātum hoc dictum eſt, vt ſcias quòd potentia ſenſus eſt, vt iuuenis potentia, non pueri ad pugnandum: vbi manifeſtè docet, ꝙ potentia hæc media conſiſtit in vi quadam ad operandum, ad quam ex pura potentia peruentum eſt, & talis potētia eſt ſenſus. ¶ Et ex his patet omnium obiectionum ſolutio: potentia enim ad operationem & formam per modum vigiliæ non eſt conditio potentiæ ad actum primum, ſed ſecundum tantum, egere quoq; motore, & non egere, & ſimiliter poſſe per ſeipſum ſolum operari & non poſſe: non ſunt conditiones neceſſariæ formaliter ad huiuſmodi potentiam, ſed ratione rei, in qua ſunt quādoque cōcomitantur. ¶ Etſi contra hoc inſtetur, qa hoc videtur irrationabile: eo ꝙ vt. 8. phyſi. tex. 32. manifeſtatur huiuſmodi potentia media eſt vniuerſaliter talis, quòd nō impedita ſtatim operatur, & hoc tam in intellectu quā in natura, vt ibi exprimitur de ſciēte igne & leui. Reſpondendū eſt ꝙ vt ex dictis patere iam pōt: huiuſmodi potentia media ex ſua ratione videtur hoc ſolū habere, quòd quātū eſt ex parte vis potentis pōt ſtatim operari, ſed aliunde ꝓuenit, quòd vis potentiæ illius ſine quocūque alio ſuā operationem habere nō poſſit. Quum. n. potentia & actus ſint cōditiones rerū non accidentales, ſed ſubſtātiales. cōſequēs eſt quòd iuxta rerū, in quibus ſunt, naturas modificētur. Et hinc eſt ꝙ po-

potentia hæc aliter in intellectu, aliter in ſenſu, aliter in natura nata eſt exire in actū. In natura ſiquidem modificatur naturalitate, & propterea ab ipſo ſuo intrinſeco remotis impedimentis ſtatim exit in actum, vt patet in potentia leuis reſpectu eſſe ſurſum: natura enim eſt principium eius in quo eſt, &c. In intellectu autē modificatur intellectualitate, & propterea non ab ipſo intrinſeco ſuo per modū naturę: ſed ab appetitu intellectiuo, qui voluntas, deductis impedimentis ſtatim exit in actum: potentia enim rationalis à prohæreſi determinatur, & ideo habitus eſt, quo quis operatur quum vult, & non quum eſt abſolutè. ¶ Ex his autem extremis coniicere poſſumus medium, ꝙ ſcilicet, hæc potentia in ſenſu modificatur animalitate cum latitudine quadā manifeſta in parte ſenſitiua interiori & exteriori: ita vt in ſenſu exteriori, de quo eſt ſermo, quique eſt perceptiua animæ vis propinquiſsima naturalibus paſsiuis: ipſa animę intentio ſine extrinſeco obiecto non poſsit exire in actū. Ex hoc enim ꝙ ſenſus eſt potentia infima animalis ipſas extrinſecas res pro obiectis habet, & ſic in confinio naturalis animaliſq; paſsiui poſita, hoc de naturali paſsiuo retinet, vt ab extrinſeco opus ſit reduci in actum ſuæ perfectionis vltimæ. Et ſic apparere poteſt ꝙ & quare ſtant hæc duo ſimul. ſ. ꝙ poſsit ex parte vis potentis ſenſus exire in actū, vt potētia media, & ꝙ quia eſt infima animæ potentia, exigit actuationē ab extrinſeco. Sicut etiam ſcientia quia eſt in intellectu, exigit motionem à voluntate.

Ex his autem patet ſolutio quæſtionis illius, an ſenſus ſit potentia pure paſsiua: iam.n. patet, ꝙ eſt potentia ſicut ſciētia, quæ nec eſt purę actiua, nec pure paſsiua. Quod enim non ſit purę actiua, patet ex hoc ꝙ perficitur in recipiēdo immanētē operationē ꝓpriā: potentia.n. qua ſciens dicitur poſſę cōſiderare, niſi eſſęt aliqualiter paſsiua receptiua perfectionis, non locaretur in littera media inter puram potentiam paſsiuam & vltimū actū. Quod autem nō ſit pure paſsiua patet ex hoc, ꝙ actus quidā eſt, quo vim quandam nos nactos experimur ad operandū, quum volumus. Vnde in cōment. 61. Auerroys expreſſe vult, quòd per hæc omnia quę Ariſtot. de potentia & actu dixit, intendit ꝙ ſenſus non eſt pura præparatio, ſed actus quidā ſicut ſcientia, vt in littera exprimitur. Ex his quoque patet quam vana phātaſia laborauerint (Quęſt.)





rauerint quærentes & putantes dari ſenſum agentem, ita ꝙ præter ſenſus recipientes ſenſationes inueniātur ſenſus cauſantes actiuæ ipſas ſenſationes: eo ꝙ idem non poſsit eſſe per ſe actiuum & per ſe paſsiuum reſpectu eiuſdem per ſe effectus. Si.n. aduertiſſent textū Ariſt. quòd habens ſenſū eſt in potentia, non ſicut intellectus nudus, ſed ſicut ſciens, & aduertiſſent ꝙ huiuſmodi potentia eſt potentia media habens, ſcilicet, aliquid actus, & cōſequenter actiuitatis, & aliquid potentiæ: & cōſequenter paſsibilitatis: vidiſſent nō eſſe inconueniens idē reſpectu eiuſdē eſſe per ſe cauſam & actiuæ & paſsiuæ in huiuſmodi medijs entibus. Non tamē hinc accipias, ꝙ totale actiuum ſenſationis ſit ſenſus, quoniam vt infra patebit in loco proprio, & ex verbis Ariſtotelis habetur ſenſatio habet duas cauſas actiuas partiales: ſenſum, ſcilicet, & ſenſibilę extra, quòd enim anima mediante ſęnſu efficiat ſenſationem, patet ex capitulo. 4. huius ſecundum tex. 37. vbi dictum eſt, quòd anima eſt effectiua cauſa alterationis ſecundum ſenſum. Quod vero ſenſibile extrinſecum ſit cauſa actiua eiuſdem, in hac littera expreſſe dicitur, quum ponitur differentia inter ſcientiam & ſenſum, & dicitur quòd actiua ſenſationis ſunt extra, vt viſibilia & audibilia. Quomodo autem hoc ſit: inferius patebit: nunc autem in tantum dictum ſit, quòd non inconuenit: imò oportet in actionibus immanentibus idem eſſe per ſe actiuum: partiale tamen & per ſe paſsiuum reſpectu eiuſdem operationis immanentis.

Et tu ſcito, quòd quatuor ſunt, quæ fallunt iſtos pauperes, duo communia & duo ſpecialia. Primum commune eſt, quòd non diſcernunt inter agens actione media, & agens ſine vlla actione media, quum tamen diffinitiones potentiæ actiuæ & paſsiuæ, & alia huiuſmodi in primis habeant locum & non in ſecundis, in quibus ſola naturalis reſultatio, ſeu ſequela huius ab hoc inuenitur, vt patet de ſubiecto & paſsione. Secundum quoque commune eſt; quòd vniformiter loquuntur de immanentibus & tranſeuntibus: diſtinguunt enim vtrobique actiones & paſsiones non aduertentes, quòd immanentes actiones grammaticæ tantum vocantur actiones, ſecundum rem enim ſunt operationes, quæ in rei veritate ſunt quædam qualitates. Primum vero ſpeciale eſt, quod de ſenſu in actu ſecundo inquirunt & iudicant per modum naturæ: quū plus diſtent quam cœlum & terra,

& hanc communem cæcitatē in hoc ſecundo libro conabor auferre. Secundum autem ſpeciale eſt, quòd ſpeciem ſenſibilem & ſentire diſtinguunt in duos per ſe effectus neſcientes ſpeciem ſenſibilem in duobus generibus conſiderare: entium, ſcilicet, & cognoſcibiliū. Si enim hæc aduerterent: qui philoſophiæ vacant: veluti in altiori ſpecula poſiti, quam imas haberent de anima cognoſcitiua ſententias: huiuſmodi homines viderent, eaſque deſpicerent: indignaſq; diſcuſsione iudicarent.

## DE SENSIBILI ET obiectio viſus.

### ¶ Capitulum. VI.

Cō.63 DIcendum autem eſt ſecundū vnū quēq; ſenſum de ſenſibilibus primo. Dicitur autem ſenſibile tripliciter, quorum duo quidem dicimus per ſe ſentiri: vnum autem ſecundū accidens. Duorum autem aliud quidem proprium eſt vniuſcuiuſque ſenſus: aliud autem commune omniū. Dico autem proprium quidem, quod non contingit altero ſenſu ſentiri, & circa quod non cōtingit errare, vt viſus coloris, & auditus ſoni, & guſtus humoris. Tactus autem plures habet differentias. Sed vnuſquiſque iudicat de his, & non decipitur viſus, quoniam color, neque auditus, quoniam ſonus, ſed quid eſt coloratum, aut vbi, aut quid ſonans. Huiuſmodi quidē igitur dicuntur propria vniuſcuiuſque.

¶ Cōmunia Cō.64 autem motus, quies numerus, figura, magnitudo: huiuſmodi enim nullius vnius ſunt propria, ſed communia omnibus. Tactui enim motus aliquis ſenſibilis & viſui, per ſe quidem igitur ſunt ſenſibilia hæc.

¶ Secundum accidens autem Cō.65 dicitur ſenſibile, vt ſi album ſit Diarri filius ſecūdum accidens, etenim hoc ſentitur, quoniam accidit albo hoc, quod ſentitur: vnde nihil patitur ſecundum quod huiuſmodi eſt à ſenſibili. Senſibilium autem ſecundum ſe propriē propria ſenſibilia ſunt, & ad quæ ſubſtantia apta nata

ta



ta eſt vniuſcuiuſque ſen-
Cō.66 ſus. ¶ Cuius quidem eſt viſus hoc eſt viſibile: viſibile autem eſt color quidem, & quod vere quidem eſt dicere. Innominatum autem contingit eſſe. Manifeſtum autem erit ingredientibus maxime. Viſibile enim eſt color: hoc autem eſt in eo quod ſecundum ſe viſibile: ſecundum ſe autem non ratione, ſed quoniam in ſeipſo habet cauſam eſſendi viſibile.

Cō.67 ¶ Omnis enim color motiuus eſt eius, quod ſecundum actum diaphani, & hæc eſt ipſius natura. Vnde quidem non viſibile ſine lumine, ſed omnis eſt cuiuslibet color in lumine viſibilis. Ex quo de lumine primo dicendum quid eſt. Eſt igitur aliquid diaphanum.

Cō.68 ¶ Diaphanum autem dico quod eſt quidem viſibile: non autem ſecundum ſe viſibile, vt ſimpliciter eſt dicere, ſed propter extraneū colorē: huiuſmodi autem eſt aër & aqua & multa ſolidorum. Non enim ſecundum ꝙ aqua, neq; ſecundū ꝙ aer diaphanum eſt, ſed quoniam eſt natura eadem in his vtriſque, & in perpetuo ſuperius corpore.

¶ Lumen autem eſt huiuſ Cō.69
modi actus diaphani, ſecundum quod eſt diaphanum: potentia autem in quo hęc eſt tenebra: lumen autem vt color eſt diaphani, ſecūdum quod actu diaphanū ab igne, aut huiuſmodi, vt quod ſurſum corpus. Et enim huic aliquid ineſt vnum & idē. Quod quidem igitur diaphanum, & quid lumen dictū eſt, quia neque ignis eſt, neque omnino corpus, neque defluxus corporis vllius. Eſſe enim vtiq; aliquod corpus, & ſic aut ignis aut huiuſmodi alicuius præſentia in diaphano. Neque enim poſſibile eſt duo corpora in eodem eſſe ſimul.

¶ Videtur autem lumen Cō.70
contrarium eſſe tenebræ. Eſt autem tenebra priuatio huius habitus ex diaphano, quare palam, quod & huius præſentia lumen eſt. Et nō recte Empedocl.

neque ſi aliquis alius ſic dixit, quod feratur lumen, & extendatur in medio terræ & continentis; nos autem lateat: hoc enim eſt & extra eam, quæ in ratione veritatem, & extra ea, quæ videntur. In paruo enim ſpatio lateret nos. Ab oriente autem in occidens latere magna quidem multum quæſtio eſt.

Cō.71 ¶Eſt autem coloris ſuſceptiuum, quod ſine colore: ſoni autem abſonum, ſine colore autem diaphanum, & inuiſible autē quod vix videtur, vt quod tenebroſum eſt, huiuſmodi autem diaphanum quidem eſt, nō cum ſit actu diaphanum, ſed cum potentia. Eadem enim natura quandoque quidem tenebra, quandoq; autem lumen eſt.

Cō.72 ¶Nō omnia autem viſibilia ſunt in lumine, ſed ſolum vniuſcuiuſq; proprius color. Quædam enim in lumine quidē non videtur, in tenebra autem faciunt ſenſum, vt quę ignea videntur & lucentia Non autem nominata ſunt hæc vno nomine vt quercus putridę, cornu, capita piſciū, & ſquammę, & oculi, ſed nulli horum videtur proprius color, ꝑpter quā igitur cauſam hæc videntur alia ratio.

Cō.73 ¶Nunc autē in tantum manifeſtum eſt, quoniam quod quidē in lumine videtur, color eſt, vnde non videtur ſine lumine, hoc enim erat ipſi colori eſſe, motiuū eſſe ſecundū actum diaphani, actus autē diaphani lumen eſt. Signū autē huius manifeſtum: Siquis enim ponat habens colorem ſuper ipſum viſum nō videbitur, ſed color mouet diaphanum, puta aerē, ab hoc autem iam cōtinuo exiſtente mouetur quod ſenſitiuum eſt.

Cō.74 ¶Nō enim bene hoc dicit Democritꝰ opinatus ſi eſſet vacuum ꝙ medium proſpici vtiq; certe & ſi formica in cęlo eſſet: hoc enim impoſsibile eſt: patiente enim aliquid ſenſitiuo fit ipſum videre. Ab ipſo igitur qui videtur colore impoſſibile eſt. Relinquitur autem quod â medio. Quare neceſſe eſt, aliquod eſſe medium, vacuo

at



at facto non aliquid certê, ſed omnino nihil videbitur, propter quam quidem igitur cauſam colorem neceſſe eſt in lumine videri dictum eſt. Ignis autem in vtriſque videtur, & in tenebra & in lumine, & hoc ex neceſsitate: diaphanum enim ab hoc lucidum fit.

Cō.75 ¶Eadem enim ratio eſt & de ſono & de odore. Nihil enim ipſorum tangens ſenſitiuum facit ſenſum. Sed & ab odore quidem & ſono media mouentur, ab hoc autem ſenſitiuorum vtrumque. Cum autem ſuper ipſum ſenſitiuum aliquis apponit odorās, aut ſonans, neque vnum ſenſum faciet. De tactu autem & guſtu habet ſe ſimiliter, nō autem videtur: propter quam autem cauſam poſterius erit manifeſtum.

Cō.76 ¶Medium autem ſono quidem aer eſt, Odori autem innominatum eſt. Communis enim quædam paſsio eſt ab aere & aqua, ſicut diaphanum colori, ſic eſt habenti odorem, quod eſt in vtriſque his. Videtur enim animalium aquatica habere odoris ſenſum. Sed homo & pedibus ambulantium quæcunque reſpirāt impoſsibilia ſunt odorare niſi reſpirantia. Cauſa autem de his poſterius dicetur.

¶ Summa huius capituli hæc eſt:

SEnſibile dicitur tripliciter, duobus modis per ſe. ſcilicet proprium vniuſcuiuſque ſenſus, & commune omnium, & vno modo per accidens. Diuiſio.

¶ Sēſibile proprium eſt quod non cōtingit altero ſenſu ſentire, & circa quod non contingit: errare, vt viſus coloris. Deſcriptio.

¶ Senſibilia cōmunia ſunt motus, quies, numerus, figura, & magnitudo. Enumeratio.

¶ Senſibile per accidens eſt ꝙ ſentitur, quoniam accidit ſenſibili proprio, & ab eo nihil patitur ſenſus. Deſcriptio.

¶ Senſibilium per ſe propria ſunt propriè ſenſibilia, ad quę apta nata eſt ſubſtātia vniuſcuiuſque ſenſus. Differentia & diffinitio.

¶ Senſibile proprium viſus eſt viſibile, quod dicitur de colore & quodam alio innominato. Signatio proprij.

 ¶Co-

1. Cō. Color eſt viſibilis per ſe non primo modo perſeitatis ſed ſecundo, quoniam habet in ſeipſo cauſam eſſendi viſibile: ꝓbatur à priori, quia color omnis eſt motiuus diaphani ſecundũ actum, & hæc eſt ipſius natura.

Corol. ¶Color eſt viſibilis in lumine tantum.

Corol. ¶De lumine primo dicẽdũ eſt.

Corol. ¶Eſt igitur aliquid diaphanum

Quid. ¶Diaphanum eſt quod eſt viſibile nõ ſecundũ ſe, ſed ꝓpter extraneum colorem.

2. Cō. ¶Diaphaneitas non ineſt aëri ſecũdũ ꝙ aer, neq; aquæ ſecũdum ꝙ aqua, ſed quoniã eſt eadem natura in his & incorporibus cœleſtibus.

Quid. ¶Lumen eſt actus huiuſmodi diaphani, ſecundũ quod eſt diaphanũ, declaratur, quia diaphanũ in potentia eſt tenebroſum & lumen eſt vt color diaphani in actũ diaphani reducti ab igne aut aſtris, in quãtum in vno aliquo conueniunt.

3. Cōc. ¶Lumen neque eſt ignis, neq; corpus, neq; defluxus corporis alicuius, probatur hęc vltima pars, & in ea oẽs particulæ à poſteriori, quia ſi eſſet corpꝰ puta ignis, ac per hoc lumẽ nõ eſſet niſi præſentia talis corporis in diaphano, ſed hoc eſt impoſsibile. Tum quia duo corpora impoſsibile eſt eſſe in eodẽ loco lumẽ autẽ & diaphanũ in eodẽ ſunt loco, probatur quia tenebra & diaphanũ in eodẽ ſunt loco, habitus enim & priuatio circa idem ſunt. Tum quia ratio de motu luminis nõ recte ſoluitur ab Empedocle dicente, ꝙ illuminatio fit quidẽ per motũ, ſed latentẽ, quoniam & cõtra rationẽ & contra ſenſum hoceſt, quia latere nos motũ in paruo ſpatio eſſet poſsibile, ſed ab oriente in occidẽs mirabile eſt.

4. Cō. ¶Eſt coloris ſuſceptiuum diaphanũ, probatur, quia eſt ſine colore & inuiſibile, vt qđ vix videtur. ſ. vt tenebroſum, probatur hoc, quia diaphanum in potentia eſt tenebroſum,

5. Cō. ¶Non omnia viſibilia ſunt in lumine, ſed tãtũ color, quia ſine lumine non videtur, declaratur prima pars, quia quædam in lumine nõ vidẽtur ſed in tenebris, vt quercus, cornu &c. quorũ tunc color latet probatur deinde tertia pars. & a priori, quia eſt eſſe colori. Motiuũ eſſe ſecundũ actum diaphani, actus enim diaphani eſt lumen & à ſigno, quia ſenſibile poſitũ ſupra viſum nõ videtur, ſed tunc tantũ, quũ mouet diaphanum, & ab hoc cõtinuo exiſtẽte mouetur ſenſus.

6. Cō. ¶Democritus errauit putãs, ꝙ ſi medium eſſet vacuum formica in cęlo proſpiceretur, ꝓbatur à priori, quia quum videre conſiſtat in pati, & à viſibili impoſsibile ſit viſum pati: ergo à medio



medio neceſſum eſt ipſum pati.

Corol. ¶Vacuo exiſtente nihil omnino videretur.

7. ōC. ¶Ignis in vtriuſq; videtur ſcilicet in tenebra & lumine neceſſario, probatur à priori, qͣ diaphanũ ab eo fit lucidum.

8. Cō. ¶Eadem ratio eſt de ſono, & odore, & tactu, & guſtu, ꝙ ſenſibile tangens ſenſum nõ facit ſenſationẽ, ſed in primis duobus ſunt manifeſta media, in vltimis latet.

9. Cō. ¶Medium in ſono eſt aer, in odore autem eſt innominatum quid commune aquæ & aeri, ſic diaphanum eiſdẽ reſpectu coloris commune eſt, declaratur cõmunitas & ꝙ aquæ, quia aquatica odorant, & quòd aeri quia animalia, quæ reſpirant, non odorant niſi reſpirantia.

¶ Series autem hæc eſt.

INtendens Ariſtotel. de ſenſibus in particulari determinare, & iuxta aſſignatum ordinem à ſenſibilibus inchoare in hoc capitulo quatuor facit. Primo diſtinguit ſenſibile, deſcribens ſingula membra in primis quinque propoſitionibus ſatis claro ordine. Secundo aſsignato obiectio viſus tanquam quodã multiplici determinat de quodam viſibili ſcilicet de viſibili in lumine, ideſt de colore oſtendendo ipſum eſſe per ſe viſibile prima concluſione, & quia ad eius probationem aſſumpſit, quòd color eſt motiuus diaphani ſecundum actum vt aſſumptum enuclearet deductis correlarijs: declarauit tres particulas eius primo ly diaphanum deſcribendo ipſum, & aſſignando illi commune ſubiectum in ſecunda concluſione. 2. ly ſecundum actum deſcribendo lumen, & deſtruendo errorem oppoſitum in. 3. concluſione. 3. ly motiuus declarãdo ſuſceptiuum coloris diaphanum in. 4. cõcluſione. Tertio principaliter determinat de alio viſibili ſcilicet in tenebris in. 5, concluſione, & huic annectitur deductio, & declaratio primi correlarij primæ concluſionis ſcilicet quod color in lumine tantum eſt viſibilis, & hoc vt ſimul determinaret quomodo ſenſibile attingit ſenſum. Excluſitque inde errorem Democriti. Quarto, determinat de alio viſibili tam in lumine quam in tenebris in ſeptima concluſione, & reddit ad extendendum dicta de neceſsitate medij in viſu ad omnes ſenſus particulares. 8. concluſione, & medium aſsignat proportionaliter olfactu in vltima concluſione: quemadmodum de medio viſus dixerat.

¶Circa

Text. 63. Circa diuiſionem ſenſibilis dubitatiuncula occurrit, an diuiſum ſit ſenſibile abſolute & in cõmuni, prout cõprehendit ſub ſe obiectum omnis virtutis cognoſcitiuæ pertinẽtis ad partem ſenſitiuam, an ſit ſenſibile vt cõprehendit in ſe tantum cognoſcibile à ſenſibus exterioribus. Verba ſiquidem Ariſt. ſecundũ translationem præcipue arabicam ſonãt ſenſibile abſolute, & Auerroys in cõm. 64. & 65. hoc videtur tenere: dum exponit ſenſibile per accidens eſſe illud, quod à nulla virtute ſenſitiua inquantum talis percipi poteſt, ſed ſi percipitur à ſenſu: hoc erit in quantũ ſenſus ille erit cõiunctus intelligenti. ¶ In oppoſitum autẽ eſt, & quia commune & propriũ ſenſibile non niſi reſpectu ſenſus exterioris intelligi poteſt, & quia aliter nullum exteriꝰ eſſet ſenſibile proprium, quia quodlibet exteriꝰ percipitur à ſenſu cõmuni. Et quia ſecũdum hoc amicitiæ & inimicitiæ, & aliæ huiuſmodi intentiones elicitæ ex ſpeciebus ſenſatis non eſſent ſenſibiles per accidens, probatur, quia ſunt propria phãtaſiæ cõmuni nobis & brutis, & hoc eſt proculdubio tenendum.

Et ad oppoſita dicitur, quòd quia nominibus eſt vtendum vt plures, & cõmuniter ſentiri à nobis nõ dicimus, niſi quę aliquo quinque ſenſuum percipimꝰ: ideo Ariſt. abſolute ſenſibile proferens de ſenſibili à ſẽſu exteriori intelligi voluit.

Auerroys quoq; non aliter intellexit, nec reſtrinxit ſenſibile per accidens ad perceptibile à cogitatiua hominis, ſed declarauit ſingularem modum, quo aliquid dicitur ſenſibile ꝑ accidens: non ſolum quia accidit ſenſibili extrinſeco, ſed ꝗa etiam accidit virtuti ſenſitiuę cognoſcere illud. Vnde in cõmento 65. ad denotandũ vtrũque modum accidentis dixit: iſte igitur eſt alius modus modorum ſecundũ accidens, ſcilicet quòd accidit ſenſibus comprehendere differentias indiuiduales, &c.

Text. 65. Circa dicta Auerroys, Alberti, & S. Thomæ de ſenſibilibus cõmunibus notandũ eſt, ꝙ in aſsignanda cauſa huius quæſiti. ſ. quum ſenſibilia cõmunia & per accidens conueniant in hoc ꝙ neutra ſentiuntur niſi mediantibus ſenſibilibus proprijs, quare ſenſibilia cõmunia dicuntur ſenſibilia ꝑ ſe, & iſta ſenſibilia per accidẽs doctores iſti videntur contrarij. Nam Albertus vult, ꝙ hoc ideo ſit, quia cõmunia ſunt impreſsiua ſuarum intentionum in ſenſus exteriores ſecundario tamen, & ideo præexigunt propria: per accidens vero nõ imprimunt intentiones ſuas in eoſdem. Alber. 2. đ aia tract. 3 cap. 5.



Auerroys vero in cõmen. 65. aſsignat duas cauſas. Prima eſt, quia cõmunia ſunt neceſſario connexa proprijs, per accidens vero non. Secunda vero, quia communia ſunt propria ſenſui communi, ſicut propria ſunt propria particularibus ſenſibus: & poteſt ex eius dictis addi. Tertia quia communia ſentiuntur à ſenſibus in quantum ſenſus, per accidens vero à ſenſibus in quãtum intelligentis ſunt. ¶ San. Thom. autem aſsignat cauſam, quia communia modificãt immutationem propriorum per accidens vero nullo modo cooperantur proprijs. Sed ſi diligenter inſpiciantur: forte non contrariantur, ſed omnes in idem conſentiunt. ¶ Ad cuius euidentiam duo agenda ſunt: primo quid credimus verum in hac re: ſecũdo quomodo horum dicta ſint accipienda. Indubitatum & verum eſt, ꝙ ad negotiationem ſenſibilis per ſe ſufficit quod ab ipſo nihil patiatur ſenſus, & ꝙ ad conſtitutionem ſenſibilis per ſe exigitur, quod ab ipſo aliquid patiatur ſenſus, eo quòd ſenſus in pati conſiſtit, & propterea Ariſt. in textu. 65. aſsignans cauſam ſenſibilis per accidens, non paſsionem ſenſus à tali ſenſibili aſsignat. Et propterea propriam ignorant vocem quia ſenſibilia communia per ſe dicunt ſenſibilia, & nihil ſenſibus imprimere, quum enim ſenſibilia per ſe dicãtur iuxta ſecundum modum perſeitatis, vt ex hoc habetur cap. tex. 66. oportet omne ſenſibile per ſe claudere in ſe cauſam neceſſariam ſuæ ſenſibilitatis, & quum ſenſibilitas non attẽdatur ſecundum paſsiuam potentiam, ſed actiuam ipſius ſenſibilis in ſenſum, conſequens neceſſario eſt, vt claudens in ſe cauſam ſenſibilitatis claudat & in ſe cauſam actiuitatis: eſt ergo omne per ſe ſenſibile actiuum in ſenſum, ac per hoc alicuius impreſsiuum. Sed quum in immutatione paſsiui ab actiuo duo inueniantur ſcilicet ꝙ quid erat eſſe, ſeu natura ſpecifica, quæ in motu attenditur ſecundum formam fluentem, & modũ ipſius. Quicquid horũ ab aliquo agente fiat, merito dicitur agere, & propterea ſiue ſenſibile ideo ſit ſẽſibile, quia eſt immutatiuum ſenſus ſecundum ſpeciem ſeu formam fluẽtem, ſiue ideo dicatur ſenſibile quia eſt actiuum ad modificandum illam immutationem ſeu ſpeciem, ſat eſt ad hoc ꝙ dicatur ſenſibile per ſe: claudit. n. in ſe cauſam & ſenſibilitatis & actiuitatis neceſſe. Sed aduertendum eſt diligẽter, quòd dupliciter contingit immutationem ſenſus modificari, Primo per hoc ꝙ modus obiecti

pro-

producit in ſenſu ſimilitudi-
nem ſuam vt modum ſimilitu-
dinis ipſius obiecti, & hoc mo
do figura immutat ſenſum: ꝙ
enim figura imprimat ſimilitu-
dinem ſuā probatione nō eget
quoniam in ſpeculo ad ſenſum
patet reſultare non ſolum ſimi
litudinem coloris, ſed figuræ
ꝙ vero vt modū ſenſibilis pro
prij illam imprimat, ex ſequen
ti dubio clarificabitur. Secun-
do contingit modificari immu
tationem ſenſus per hoc, quod
ex modo obiecti modus immu
tationis diuerſus prouenit ab
ſq; alio intentione annexa, &
hoc modo quies ſentitur. Co-
lor. n. quieſcens nō imprimit
ſimilitudinē coloris, & ſimilitu
dinē quietis modificātem eā, q̄
coloris eſt ſed qes obiecti eſt
ſibi rō, ꝙ imprimat ſpēm ſtabi
lē, & ex hoc ſolo, ꝙ in ſenſu re
cipitur ſpecies abſq; mutatiōe
aliqua, viſus diſcernit quietem
ſub obiecti. ¶Ex his autem pa
tere poſſunt duo circa dicta.
S. Thom. ſcilicet ſenſus dicto
rum, & ratio eorundem, ſenſus
quidem eſt, quôd ſenſibilia cō
munia non imprimunt in ſen-
ſus ſpecies vt ſpecies, ſed ſi im-
primunt, imprimunt vt modos
ſpecierum. Et in hoc differunt
& à proprijs & ab accidenti-
bus. Ab iſtis quidem, quia nihil
omnino imprimūt, nulloq; pa-
cto modificādo diuerſificāt im
mutationē. Ab illis vero, quia
illa imprimunt ſimilitudines,
quæ ſunt vt ſpēs vt ſpecifican
tes operationes ipſorū ſenſuū
& eorū ſunt propriæ formæ.
Vnde in tex. 65. dicit Ariſt. ꝙ
propria ſenſibilia ſunt, ad quæ
apta nata eſt ſubſtātia vniuſcu
iuſq; ſenſus aperte inſinuās ꝑ
hoc ꝙ ſola propria ſunt ſpeci
ficatiua ſenſuū. Ratio vero di
cendi fuit, quia ſenſibile cōmu
ne vt ſic nō habet ꝙ imprimat
ſimilitudinē ſuam vt modū ſpe
ciei ſenſibilis proprij, ſed ha-
bet hoc tantū, ꝙ modificet ef-
fectiuæ eo modo quo modus
cauſæ reducitur ad eius genus
immutationē ſenſus: hoc enim
abſtrahit ab impreſſiōe ſuæ in
tentionis vt modi, & non im-
preſſione, & excludit impreſ
ſionē intētionis ſuæ vt ſpeciei
ſpecificantis ipſum ſenſum ad
opus. Et quia hoc occultū fuit
ideo quidam contra S. Th. ſur
rexerunt, aut ab ipſo diuerte-
runt. ¶Et ille Ioannes de Ian-
duno inter inuētores ſeu ſecta
tores vanarū vocū non conte
nendus, ſi hæc ſciuiſſet, vidiſ-
ſet ꝙ ſic ſaluatur, & ꝙ omnia
Iandunus. q. 18. & Apoll. q. 15.
ſenſibilia cōmunia immutatio
ne quadā ſentimus & ꝙ ab om
nibus immutatur ſenſus moda
liter, & ꝙ quandoq; modus il
le eſt ſpecies modificans pro-
priā ſpeciē, & quādoq; nō, &
ꝙ vna & eadē numero eſſen-
tialiter eſt viſio ꝓprij & cōis
ſenſibilis, nec hoc eſt ridicu-
lum,



lū, ſed verū. ¶Sed extranea ac
per hoc ridiculoſā eſt poſitio
impoſita ab ipſo, quā ideo ob-
mitto cū ſimilibus, quia nō ſūt
dignæ, de quibus verba fiāt, lo
quuntur enim abſq; reſolutio
ne rerū in aliquod quod quid
eſt, ex quo reddatur ratio om-
niū, cuius oppoſitū fieri à phi
loſopho debet, vt etiā apparet
nos facere, ſtabiliētes per ſe ſē
tire conſiſtere in per ſe pati: &
per ſe ſenſibile in per ſe agere
in ſenſum, & per ſe primo ſeu
propriū ſenſibile, ad quod ſen
ſus ſubſtantia apta nata eſt, vt
Ariſ. littera dicit. ¶Alberti au
tem poſitio ad talē impreſſio-
nis modū reducenda videtur.
Nō. n. video qualiter fingi poſ
ſit ꝙ quies ſit ſenſibilis per ſe,
ita ꝙ propriā imprimat ſpeciē
quū quies nihil aliud ſit quam
priuatio mot⁹. In ſpeculo quo
que apparere poteſt, ꝙ nulla
motus intentio ab obiecto mo
to imprimitur, ſed tantum ſpe-
cies fluctuans, quod dū patitur
ſenſus motū obiecti percipit.
¶Auerroys vero primi ratio
dupliciter exponitur ſecundū
quod ſenſibile dupliciter ſumi
poteſt: primo modo vt res quę
dā alio modo vt ſenſibile, ex-
ponendo de neceſſario coniū
ctis ſenſibili proprio vt res eſt
S. Th. ratiōes militāt: exponē
do de neceſſario cōiunctis ei-
dē vt ſenſibili, ſuſtineri poteſt
dictū Auer. quia talia ſunt per
ſe cōcurrētia ad immutationē
ſenſus, modaliter tū, vt dictum
eſt. Secunda quoq; ratio dupli
citer exponitur, primo de ſen
ſu cōmuni, id eſt de virtute il-
la ſenſitiua interiore, ad quam
terminantur oēs ſenſus. Et ſic
procedūt rationes S. Th. 2. de
ſenſu cōmuni. i. de ſenſu com
muniter ſumpto. i. de parte ſē
ſitiua perceptiua, & ſic ſubſti-
neri poteſt Auer. quoniā ſenſi
bilia cōia quū nulli ſenſui ſint
propria rationabile videtur, ꝙ
eorū perceptio cōueniat pluri
bus ſenſibus: ratiōe ſenſus cō-
muniore ratione ſumpti: iuxta
doctrinā primi poſteriorū ca-
pitulo de v. ſi, ſeu ſecundū qđ
ipſum, ita ꝙ iō hæc cōia ſint ꝑ
ſe, quia percipiūtur à ſenſibus
inquātū ſenſus. i. rōne alicuius
gradus perfectiōalis infra lati-
tudinē virtutis ſenſitiuę, & illi
gradui ita cōia oīa, vel quædā
ſunt propria, ſicut propria ſūt
ꝓpria particularibus ſenſib⁹.
Signū autem quòd ſic intēde-
rit Auerroys eſt, quia ſtatim
obiecit de indiuiduis, quôd e-
tiā ipſa percipiātur à ſēſu cōi.
Et reſpōdet deſtructiuę, quòd
nō à ſenſu cōi in quātū ſenſus
ſed in quātum intelligētis eſt,
quaſi ꝑ pæc innuerit qđ noīe
ſenſus cōis totā virtutē ſenſiti
uā vt ſic intellexerit. Accedit
ad hęc ꝙ alioquin eſſent tres
rationes datæ ab eo, & nō duę
vt ipſe dicit. Vnde San. Tho.
noluit

noluit dicere illas rationes eſſe Auerro. quas ex verbis eius primo aſpectu quilibet ſumere poterat. ¶ Ratio tamen fundata ſuper doctrina primi poſteriorum, & in fauorem præfatę expoſitionis allata non infert intẽtum, quoniã nõ oportet modos ſenſibilium adęquari alicui cõmuni: ſicut oportet ſenſibilia, & ſimiliter nec oportet modos ſentiendi reducere niſi ad communem modũ eſſendi ſenſuum. Melius ergo dico, ꝙ percipere communes modos propriorum conuenit ſenſibus per communem eius rationem patiendi ſic ideſt talibus modis, & non ratione cõmuniore ſenſus, & hoc eſt valde conſonum rationi.

Circa differentiam aſsignatam communiter ab Auerroy poſitam expreſſe in commẽto 65 inter ſenſibilia communia & propria in hoc, ꝙ propria ſunt ſenſibilia per ſe primo cõmunia vero per ſe ſecundo dubium occurrit, quia videtur ꝙ ſenſibilia communia ſint etiã ſenſibilia per ſę primo, quoniã quemadmodum in ſenſibilibus proprijs fit reductio ad quoddam commune, cui adæquate & primo conuenit motiuũ eſſe ſenſus particularis ſecundũ ſpeciem, non minus ſenſibilia communia reducuntur ad vnũ cui adæquate & primo conuenit motiuum eſſe ſenſus particularis ſecundum modum, ſenſibilitas ergo communium oritur per ſe prima ab eis, ſicut ſẽſibilitas propriorum ab ipſis, vtraq; ergo ſunt ſenſibilia per ſe primo. Si dicatur quód ſenſibilia cõĩa ideo dicũtur per ſe ſecundũ qa egent proprijs vt ſentiãtur, quoniã cõſtat nullũ communium ſenſibilium denudatum à proprijs poſſe ſentiri Contra dupliciter. Primo quia etiam propria abſq; communibus ſentiri non poſſunt: nullũ enim ſenſibile poteſt immutare ſenſum, niſi ſit quantum, quod conſtat eſſe ſenſibile cõmmune. Secundo quia ſequęretur, quòd ſenſibile commune non eſſet per ſe ſenſibile in ſecundo modo perſeitatis, probatur conſequẽtia, quia ſi eget forma ſuperaddita, ſcilicet coloris: vel cuiuſcunque ſenſibilis proprij ergo in ſe non continet ſufficientem cauſam ſenſibilitatis: ergo non neceſſario fluit ab eo ſenſibilitas, ergo nõ eſt per ſe ſenſibilis omnes conſequentiæ ad probandum principalem adductæ ſunt manifeſtæ: prima quidem patet quia ſi egeat forma ſupęraddita ad agendum, patet quòd ſecluſa illa non habet in ſe ſufficientẽ cauſam actionis & ſi non eſt cauſa ſufficiẽs, neceſſario cauſare non poteſt, quod in ſecunda conſequentia aſſumebatur, quod enim nõ poteſt cauſare

quo



quomodo neceſſario cauſabit? tertia verò ſequela eſt per ſe nota, quia apud oẽs indubitatũ eſt, ꝙ per ſe ſupponit neceſſarium. Et cõfirmatur auctoritate Auerroys, qui in cõmento. 67. facit hanc cõſequentiã, quòd ſi color eget lumine vt forma ſibi ſuperaddita, qua fiat viſibilis actu: ergo comparatio viſionis ad colorem eſt accidẽtalis, ſimile ergo erit iudicium de ſenſibili communi & proprio.

Reſpõſio eſt ſingulariſsima

¶ Ad euidentiã huius dubitationis ſciendum eſt, ꝙ quanuis aliquid cõuenire alicui per ſe primo cõtingat vno modo. ſ. ꝙ cõueniat illi & nõ per aliud & cæteris per ipſum, vt patet ex. 1. poſteriorum. cap. 11. conuenire tamen aliquid per ſę nõ primo pluribus modis contingit. Nã non ſolũ aliquid eſt per ſe ſecũdo tale, qa eſt pars ſubiectiua eius, quod eſt primò tale, ſed etiam quia eſt neceſſaria cõiunctione participans illud primo ſubiectũ vt ſic quocunque id modo cõtingat: ſufficit enim ad rationẽ eius quod eſt eſſe per ſe ſecũdo tale, ꝙ ſit tale per ſe, & ꝙ illud habeat ratione eius, quod eſt primo ſubiectũ talis paſsionis. Inuenitur autẽ quãtum ad propoſitũ ſpectat dupliciter aliquid ſapere paſsionem hanc, quam vocamus ſenſibilitatẽ: primo vt pars ſubiectiua participat ſui ſuperioris naturam, & hoc modo albedo eſt per ſe ſenſibilis. Alio modo vt modus cauſæ aſſequitur cauſalitatem rationis cauſandi ipſius cauſę: modus enim cauſæ poſterior eſt naturaliter ratione cauſandi: & ipſi communicatur actio proueniens à cauſa: adeo vt eandem actionẽ attingit modificando eã, quemadmodum ( proportionaliter tamen) natura ſuperioris modificatur ſeu dearticulatur in inferiori, & hoc modo ſenſibilia communia ſunt ſenſibilia per ſe ſecundo.

Immutare ſiquidem ſenſus particulares, penes quod attenditur hæc d̄ qua loquimur ſenſibilitas, primo conuenit ſenſibili proprio, quia ipſum virtutem habet ſufficientẽ ad immutandum, & non per aliud, & omne immutans tales ſenſus immutat ratione ſenſibilis proprij: deinde conuenit per ſe ſecundo, & partibus ſubiectiuis ſenſibilium propriorum, & modis extrinſecis: neceſſarijs tamen ſenſibilium propriorũ, quales ſunt ſenſibilia communia. Nam prædicti modi per ſe immutant ſenſus particulares, & non alia immutatione à ſenſibilibus proprijs, ſed eadem modificata, & ſi non immutarent per immutationẽ illam, quæ eſt à ſenſibili proprio omnino non immutarent, neque proprium ſenſibile eſſet pri-

mo ſẽſibile: vt ex dictis patet.
Eadem igitur ſenſatione, qua
per ſe primo ſentitur propriũ,
per ſe ſecundo ſentitur cõmu-
ne ſenſibile.

¶Ad primam autem rationẽ in
oppoſitum dicitur, quod aliud
eſt loqui de ſenſibilitate per ſe
à ſenſu particulari, & aliud eſt
loqui de tali modo ſenſibilita-
tis ab eodem. Sentire enim per
ſe à ſenſu exteriore commu-
ne quoddam eſt ad quocunq;
modo ꝑ ſe ſentiri. Sentiri ve-
ro vt proprium ſenſibile, & ſi-
militer ſentiri vt cõmune ſen-
ſibile important ſenſibilitatem
per ſe quidem, ſed coarctatã ad
talem modum ſentiendi, ſcili-
cet, vt immutans ſenſum ſpeci
ficatiuè, & vt modificãs immu
tationẽ. Vnde ſi loquamur de
tali modo ſenſibilitatis, ſcili-
cet, vt modus extraneus obie-
cti, ſic dico quod talis ſenſibili
tas eſt velut paſsio per ſe pri-
mo conueniens ſenſibili com-
muni, nec omnino cõuenit
ſenſibili proprio, & hoc tantũ
concludit ratione in oppoſi-
tum, ſed ſi loquamur abſolute
de ſenſibilitate per ſe à ſenſu
particulari, tũc dico quod hæc
paſsio conuenit primo ſenſibi
bili proprio, & per ipsũ per ſe
ſecundò ſenſibili cõmuni per
hoc ꝙ eſt neceſſarius eius mo-
dꝰ extrinſecus. Et quia de ſen
ſibilitate & non de tali modo
ſenſibilitatis loquũtur philo.
ideo dicũt bene, ꝙ ꝓpria ſunt
ſenſibilia per ſe primo, cõmu-
nia vero ꝑ ſe ſecũdò. Vnde pa
tet ꝙ ratio nihil concludit, niſi
ꝙ quia modificare immutatio-
nẽ cõuenit huic & illi, ergo cõ
uenit: a. cõmuni primo: ſed cõ
ceſſo hoc gratis, negãda illatio
eſt, ergo ſenſibilitas conuenit.
a. primo, quoniã ſenſibilitas di
cit, ipſam cauſam immutatiuam
fallitur ergo argumẽtũ à modo
ad ipsã cauſam, neq. enim alia
ratione cõmunia dicũtur ſenſi
bilia per ſe, niſi quia cauſam
modi mutãdi ſenſum in ſe clau
dunt, &c.

¶Ad ea vero, quæ cõtra hoc,
quòd dictũ eſt, ſ. ꝙ ſenſibilia
cõmunia egent proprijs, vt ſen
tiãt, obiecta ſunt, dicitur ꝙ nõ
eadẽ ratione ꝓprio egent cõ-
munibus, qua communia egẽt
ꝓprijs. Cõmunia ſiquidẽ indi
gẽt ꝓprijs vt formis prioribus
vt pote rationibꝰ agendi, quas
debeãt modificare ꝓpria vero
egẽt cõibus vt poſterioribꝰ cõ
ditionibus, nõ à quibus men-
dicent actiones, ſed in quibus
exequãtur ꝓprias actiones, &
vt vno verbo dicatur, ꝓportio
cõmunis ad proprium eſt pro-
portio inter modum & cauſam
cuius eſt modus. Conſtat au-
tem quod cauſa non mendi-
cat à modo, ſed è conuerſo,
quamuis cauſa, ſi nullus eam
modus comitaretur, non cau-
ſaret.





¶Ad ſecundam vero obiectio
nem dicitur, ꝙ ratio cogit de
ſenſibili vt quòd propriè ſen-
titur, & non de ſenſibili vt mo
dꝰ ſenſibilis, quòd enim eſt ſen
ſibile vt ipſum obiectũ ſenſus
ſi non eſt in ſe claudens ſuffi-
cientem cauſam ſenſibilitatis,
ſed eget alia forma, qua agat,
ꝓculdubio per ſe ſenſibile nõ
eſt. Sed quòd eſſe ſenſibile, vt
modus obiecti ſenſibilis, nihil
perdit perſeitatis ex hoc, q̄d
coexigit formam ſuperadditã,
quoniam de ratione modi ex-
trinſeci eſt, vt alterius ſit mo-
dus: & de ratione extrinſeci
modi cauſæ eſt, vt exigat for-
mam, vt rationẽ cauſandi, quã
modificet in ſua actione, impo
ſſibile enim eſt modum modifi
care, & nullius actionem ſup-
ponere quam modificandi, ni-
hil ergo officit perſeitate ſenſi
bilitatis ſenſibilis cõmunis in-
digẽtia ſenſibilis proprij in ra-
tione formæ ſenſatione cauſan
tis, quamuis hoc officeret ſibi,
ſi eſſet ſenſibile non vt modus
ſed propriè vt obiectum ſen-
ſibile, de quo modo ſenſibi-
lis loquebatur Auerroys in cõ
men. 67. Quamuis eſſet rurſus
officeret ſibi, ſi ſenſibile cõmu
ne egeret alia forma in ratione
modificãtis, tunc enim ſequere
tur quod non ſufficienter ac
per ſe modificare poſſet im-
Text. mutationes ſenſuum.
62. ¶Circa differentiã inter ſenſi-
bilia cõmunia & ꝓpria cõmu
niter approbatã. ſ. ꝙ ſenſibilia
cõia nõ ſentiũtur abſq; ꝓprijs
dubium occurrit, eo ꝙ videtur
falſa; ſi. n. aliquis haberet manũ
in ſuprema ꝑte ſphæræ ignis &
extẽderet manũ verſus orbem
lunæ, cõſtat ꝙ tangeret magni-
tudinẽ impedientẽ eius exten
ſionẽ, & tñ magnitudo illa nul-
lam habet qualitatẽ de numero
earum, quæ ſunt ſub proprio
obiecto tactus. Et ſicut obijci-
tur de magnitudine, ita poteſt
obijci de numero & vno: ſi im
pediretur à quanto diſconti-
nuo, perciperet numerum im-
pedientiũ, ſi à cõtinuo vt de fa
cto eſt, quantũ orbis lunæ ꝑci-
peret vnum impediens.
¶Ad hoc dicitur, ꝙ ſi manus eſ 1. Opi
ſet ibidẽ, impediretur quidem, nio.
ſed nõ ſentiret id quod impe-
dit, quia illud eſt intangibile.
¶Sed hoc irrationabiliter dici Impro
tur, quoniam manu perciperę- bat.
mus inuenire impediẽs, & non
ſolũ impediens ſed impediens
coextenſum manui, dũ manus
contigueretur corpori cæleſti.
Quod autem manu percipitur,
ꝓculdubio tactu ſentitur, quũ
nullus alius ſit ibi ſenſus. ¶A- 2. Opi
liter dicitur, quod ſenſibilia nio,
communia poſſunt ſentire ſi-
ne proprijs quamuis de facto
non ſentiatur. ¶Sed hoc eſt & Impro
contra cõmunem ſuppoſitio- bat.
nẽ, & cõtra rõnẽ, quoniã ſi ſen
ſibile proprium bene diffinitũ

eſt in littera ab Ariſt. quod eſt, ad quod apta nata eſt ſubſtantia ſenſus. i. quod eſt perfectio à qua ſubſtantialiter natus eſt perfici ſenſus: oportet ꝙ ſenſibilia communia ſint & extra, & poſt ſenſibilia propria, extra quidē, quia impoſsibile eſt eundem ſenſum aptum natum eſſe perfici ſubſtantialiter à duobus primo, poſt vero, quia ſubſtantialis perfectio præcedit cætera: ſublato autem intrinſeco & priori, neceſſe eſt auferri extrinſeca & poſteriora, quanuis non ècontra, ablata igitur à ſenſu ſenſatione proprij ſenſibilis, neceſſe eſt auferri ab eo ſenſationem ſenſibilium communium.

Opus cōis. ¶ Vnde ſuſtinendo cōem viam dicendum mihi videtur, quòd quum ſenſus proprius non ſolū ſentiat ſuum obiectum, ſed etiam eius oppoſitum: viſus enim eſt luminis & tenebræ: & auditus ſonus, & ſilētij. Et rurſus quū ſentire quocunque ſenſu proprio non cōtingat vno modo, vt inferius dicet Ariſto. text. cō. 38. inueſtigando ſenſum cōmunem. Si eſſemus iuxta orbem lunæ, tactu ſentiremus magnitudinem vnam impedientē, & tamen non ſentiremus ſenſibilia communia abſque proprijs. Quod ſic declaro. Si aliquis haberet manum ſuam in conuexo ſupremi cœli, extra quod nihil eſt: ita ꝙ ſuperficies manus eſſet: vbi eſt ſuperficies conuexa ſupremi cæli, talis manus perciperet tactu extra cælum nihil eſſe, ſicut exiſtens in tenebris percipiet viſu ibi nō eſſe lumen ex negatione, ſcilicet immutantis. Si autem eadem manus applicaretur ad ſuperficiem cōcauam infimi cæli, perciperet quoque tactu negationem proprij obiecti eadem ratione, ſed in hoc differentia eſſet: quôd manu in ſupremo conuexo perciperemus intangibile omnino, iuxta infimum vero concauum perciperemus intangibile in hoc quanto vno reſiſtente, & ſic percipimus ſenſibile commune vt modum negationis proprij. In hac autem perceptione nulla apparet neceſsitas alicuius ſpeciei ſenſibilis, quoniam ſicut aliter eſt, & percipitur intangibile extra cœlum, & aliter in infimo conuexo, quoniā ibi eſt oīno nihil, & percipitur purè negatiuæ: hic vero eſt in ſubiecto reſiſtēte, percipitur in reſiſtēte: ita aliter eſt non immutatio tact9 ab intangibili omnino, & aliter ab intangibili reſiſtente, quoniam ab illo eſt omnimoda nō immutatio, ab hoc vero eſt non immutatio reſiſtēter quātitatiue: Vnde tactu quidē hæc communia ſenſibilia ſentiremus modificantia oppoſitū proprij ſenſibilis: non tamē propriè tāgere





mus illa: iam enim dictū eſt, ꝙ ſicut ſentire viſu in plus eſt quam videre, ita ſentire tactu in plus eſt quam tangere.

Text. 68. Circa deſcriptionē diaphani: ſcito nouitiæ, quôd quū diaphanū inueniatur multipliciter. ſ. in corpore lucido, ſole. ſ. & ſtellis, & in corpore opaco, vt patet in coloratis, & abſolute vt in aere, aqua, & cęlo, &c. Ariſtoteles loquens de diaphano abſoluto à luce & colore, quod verè & propriè oſtendit ſuā diaphaneitatē. i. tranſparētiam, quoniā nec corpora lucida, nec colorata ſunt tranſparētia, deſcripſit ipſum à tribus cōditionibus, prima ꝙ eſt viſibile. 2. ꝙ non ſecundū ſe. 3. quòd per extraneū colorē. Et primā quidē poſuit ad differentiam eorū, quæ ſunt extra latitudinē viſibilium, ſecundam ad differentiam lucidorū: tertiā autem ad differentiam coloratorum. Corpora nanq; colorata videntur per colorem intraneum: hæc autē diaphana non niſi per extraneum videntur colorē, extraneus autē color hic dicitur, qui nō ex ipſa rei cōpoſitione in eſt, ſed ex reuerberatione, aut aſpectu aliquo, vt patet quū aerem viridē ex oppoſitione arborū, aut rubrū ex oppoſitione veli ad ſolem videmus. Tūc enim nulla admixtione facta in diaphano: diaphanum coloratum videmus colore nō ab intus, ſed extra proueniente.

¶ Circa diffinitionem coloris & luminis ſcito tu qui inueſtigandis vacas naturis rerum, ꝙ res iſte ambiguitatem habent, nec facile eſt verum diſcernere. Text. 68. & 69. ¶ Ariſtoteles enim ex duobus apparentibus. ſ. ꝙ color eſt motiuus motu alterationis intentionalis diaphani actu tranſlucentis, & quòd diaphanum non eſt actu tranſlucens niſi illuminatum, accepit, & ꝙ lumen eſt actus diaphani in quantum huiuſmodi, & ꝙ color eſt per ſe viſibilis in ſecūdo modo perſeitatis, quia eſt motiuus diaphani ſecundum actū. Et ex hoc ſequi videtur ſolutio illius qōnis: an lumen exigatur ad viſionē coloris ex parte coloris, an ex parte medij, quòd. ſ. requiritur ex parte medij ¶ Auicēna autē in. 6. naturalium ex duobus apparētibus oppoſitum tenuit, primū eſt quòd lumen eſt viſibile, ſecundū eſt, ꝙ quædam vidētur in tenebris. Vtrunq; autē horum qui negat nō eget medio ſed ſenſu: intuentes. n. parietē album ſemiobiectum ſoli: manifeſte videmus medietatem illius parietis non ſolum albā, ſed illuminatam: alteram vero albam tantum: Similiter manifeſte in tenebris à remotis percipimus aliqua micantia quæcunque ſint illa. Ex

Auicēna. 6. naturaliū, parte. 3. c. 1.

primo horū accepit, ꝙ lumē eſt qualitas exiſtens in corpore viſibili, ſeu terminatiuo viſus, qualitas enim viſibilis eſt in corpore viſibibili: quoniā conſtituit ſubiectū ſuū in eſſe viſibili, ſicut patet de albedine, & cæteris viſibilibus etiā quæ nō ſunt colores, vt ſunt qualitates micantiū in tenebris. Et. 2. aūt accepit, quòd diaphanū ſit actu tranſlucens, nō per aliquā mutationē in ſe, ſed per appoſitionē corporis trāſmeatoris, quale eſt corpus lucens & coloratū, illuminatū, &c. Et ſic apud ipſum lumē in viſione coloris nō requiritur ex parte patientis diaphani, ſed agētis coloris. Color enim apud ipſum habet duplicē ſtatum, quādoq; enim eſt in aptitudine, & quandoq; in actu. Albedo ſiquidē in tenebris nō eſt albedo niſi in aptitudine: albedo autem illuminata eſt albedo in actu.

Et ſi hæ opiniones interpretandæ ſunt ita: manifeſte patet diſcordia & in ſubiecto luminis, & in eſſentia coloris, & in actiuitate ac ſenſibilitate eiuſdem, & in cauſa requiſiti luminis. Quis autē horū verum teneat, non facie dixerim. Vtriſque enim vltima apparentia inducta, quæ tamen ab ipſis non ſunt expreſſa non oīno ſunt certa vt ſupponūt. Neq; enim hoc pro Ariſt. cōpertū habemus, ꝙ diaphanum non tranſlucet actu niſi illuminatū: obſtāt enim huic à remotis viſa ab oculo exiſtente in tenebris. Neque hoc pro Auicen. cōpertū habemus, ꝙ diaphanum ſine lumine omnino actu trāſpareat: dicit enim quiſpiam minimum quid luminis imperceptibile ibi ad eſſe. In primis vero apparentibus pro vtroq; cōpertū habemꝰ qđ vterq; aſſumit.

Vnde purā veritatē ex ſenſibilibus colligendo neſcio in primis refutare hoc. ſ. quòd lumen eſt perfectio etiā corporis colorati, quoniā vt dictum eſt, & patet ad ſenſum lumē eſt quod videtur. Et ratio ſuffragatur ex parte ſubiecti, quia coloratū diaphanū eſſe oportet: ſi color eſt extremitas perſpicui in corpore terminato, & ſic ponendo lumē recipi in colorato, non ponitur recipi extra perſpicuū. ¶ Nō refuto deinde lumē eſſe perfectionē colorum: ita ꝙ diffinitio nunc allata ex libro de ſenſu & ſenſato data eſt de colore ſecundū eſſe aptitudinale & imperfectum. Nec hoc inconuenit, quia ſic ibidē de eo eſt conſideratio dicente ibidē cap. 3. Ariſt. ꝙ in his, quæ de anima dictum eſt: qūo actu color, nec hoc inuenitur niſi vbi atteſtatur: hoc ipſemet Ariſt. ſcilicet, in. 3. huius, tex. 17. vbi expreſſe dicit, ꝙ lumen quodāmodo facit potentia colores actu colores qđ

Lec. 6.





clarius. ¶ Ea autem, quæ hic dicuntur de colore: intelligenda ſunt de colore in actu, ita quòd quum in littera dicitur, quòd color eſt viſibilis per ſe intelligitur de colore in actu, & ſimiliter probatio eius, ſcilicet quia eſt motiuus diaphani ſecundū actum, de colore in actu intelligitur, & hoc conſonat ſubiunctis verbis in hac littera bis, ſcilicet, ꝙ eſſe motiuū diaphani in actu eſt natura, & quod quid eſt coloris. ¶ Nec obſtat huic ſenſui, quòd Ariſ. probat neceſsitatē luminis ex parte diaphani patientis, quoniam ſtat quòd lumē exigatur. & ex parte coloris vt ſit actu, & ex parte diaphani vt actuatum pati poſsit à colore in actu, ſicut actuatum ab igne patitur ab eodem. ¶ Accepto deinceps lumen etiam recipi in diaphano tranſparenti cœlo, ſ. aere & aqua, quoniam diaphanum propriū ſubiectum luminis & tenebræ eſſe nō dubito. Sed an exigatur ad cōſtituendum diaphanū in eſſe tranſparenti in actu per ſui inheſionē in eo ambigo. ¶ Tu aūt qui perſpicatiores, cōſidera eorū diſcordias de ſubiecto luminis & tenebræ in quo melius dixit Ariſtot. ponens diaphanum ſubiectū vtriuſque, & de hac, quam reliqui ambiguitatē ſpernens, ad rerum naturas intellectum applica.

Circa diuiſionē viſibilis in littera factam obiectio Auicēnæ in. 6. naturalium occurrit, reprehendit ſiquidem Ariſtotelem: innominatum tn̄, quòd cōtra colorata & lucida diſtinxerit ea, quę videtur in nocte, ſcilicet, putredines quercus & ſquamas, &c. corpora inquit ipſe non ſunt niſi tria, lucida, colorata, & peruia, & ea quæ videntur micantia in nocte clauduntur ſub lucidis, nec diſtinguuntur ab eis, niſi ſicut minus dura à magis duris. Videntur autem in tenebris, quia tunc tantum lucent nobis: ad hoc enim vt lucidum videatur, requiritur quôd luceat non ſolum ſecundum ſe, ſed nobis. Cauſa autem quare præſente ſole non lucent nobis manifeſta eſt, & eſt ea, propter quam ſtellas non videmus de die, quia, ſcilicet, maius lumen minuit minus. Erraſſe igitur videtur Ariſtoteles, qui diuiſit viſibile in colorem, & aliud innominatum commune his micantibus in tenebris.

Text. 72. & 74.

Aui. i 6. naturalium parte. 3. ca. 3. in fine

obiectio cō tra Ariſtot.

Solut.

Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ Ariſtoteles nō intendebat hic diſtinguere corpora, ſed viſibile inquantum viſibile, & propterea ad differentem modū viſibilitatis attendens, nō tam viſibilia quam viſibilitatis modos diſtinxit in tres ordines: in viſibilia in lumine, & hæc dixit colorata, & in viſibilia

in tenebris tantum, & hæc dixit innominata communi nomine, & in viſibilia in vtriſq; ſcilicet in lumine, & tenebris & hæc dixit ignem. Vnde obiectio Auicennæ nihil obſtat huic propoſito, quamuis enim hæc micantia non ſint diſtinguenda contra lucida ſecundum ſe conſiderata, ſunt tamē diſtinguenda contra alia viſibilia quo ad modum viſibilitatis.

Text. 72. Circa quintam concluſionē dubium occurit quo ad primam eius partem ſcilicet, non omnia viſibilia ſunt in lumine. Eſt enim hic dubium ad hominem, videtur nanque hoc repugnare ſententiæ ſuæ de natura luminis & diaphani, nam ſi diaphanum in tenebris non eſt diaphanum in actu, ſed in potentia, quia lumen apud ipſum eſt conſtituens diaphanum in actu, & viſio vt patet, non fit niſi per diaphanum in actu, ſequitur quòd in tenebris nihil videatur: ex alia vero parte ſi non omnia videntur in lumine, ſed quædam in tenebris, & viſio non fit niſi per diaphanum in actu, ſequitur ergo, diaphanum in tenebris eſt in actu, ergo non eget lumine ad hoc vt ſit actu.

Ad hoc diceret Ariſtoteles ſuſtinens contradictoria vtriuſque illati, quòd diaphanum eſſe actu contingit dupliciter, ſcilicet ſimpliciter & ſecundum quid, & quòd diaphanum in actu ſimpliciter fit per lumen ſimpliciter, in actu vero ſecundum quid fit per lumen ſecundum quid. Et quoniam ſermones abſoluti intelliguntur ſimpliciter, ideo quum dicitur, quòd quædam videntur in tenebris, intelligitur in diaphano ſimpliciter tenebroſo & in potentia, cum quo tamen ſtat quòd ſit ſecundum quid in actu, & ſic ſemper viſio fit per diaphanū in actu ſimpliciter, vel ſecūdum quid per lumen proportionale, cū quo tn̄ ſtat ꝙ quædā negētur videri in lumine ſimpliciter.

Circa eandē concluſionem dubium occurrit, quo ad ſecūdam eius partem ſcilicet ꝙ ſolum vniuſcuiuſq; proprius color in lumine videtur, hoc.n. manifeſte ad ſenſum apparet falſum. Lunam nanq; manifeſte videmus in lumine clare diei. Ignis quoq; vt in hac litera dicitur, videtur in lumine etiam diei. Lumen etiam afficiens vel quaſi afficiens colorata obiecta luci manifeſte videtur in lumine clare diei quo modo ergo verificatur, quòd omne quod videtur in lumine eſt color. Non caret quoque ſcrupulo cur dicatur color proprius: videtur enim ſuperfluæ additum ly proprius, quoniam nec color proprius, nec color extraneus videtur niſi





in lumine, quum ſint eiuſdem naturæ.

Ad hoc dicitur primo, quòd ea quæ videntur in lumine: nō videntur niſi vt colorata, & propterea merito dictum eſt, ꝙ ſolum color videtur in lumine, & hoc innuere videtur Auerroys in calce commenti. 74. ꝙ ignis videtur in tenebris & lumine, quia facit diaphanū in actu ſecundum quod eſt lucidum, & mouet ipſum ſecundum quod eſt color in corpore. ¶Sed hæc reſponſio extenſa ad omne quod videtur in lumine, eſt falſa in ſe, & contra Ariſtot. In ſe quidem, quoniā ſi ad apparētiam hęc referam⁹, quum micantia de nocte videātur colorata non minus quam ignis omne viſibile & nō ſolū viſibile in lumine eſt color.

Pręterea. Quum ſenſu ſenſibilia iudicemus, cōſtat quòd licet appareat luna quaſi alba tamen viſus apprehendit eam lucidam, & non ſolum quaſi albam, quin potius in pariete albo illuſtrato viſus diſcernit album à lumine, qđ patet ex hoc, quod diſcernit inter album & nigrum vtroque exiſtente illuſtrato: niſi enim lumen in vtriſque diſcerneret à coloribus, non iudicaret hæc differentia in colore & conuenientia in lumine: quæ tamen experimur nos videre. Contra Ariſtetelē vero, quia expreſſe in litera vt præſeruaret ſe ab huiuſmodi apparentijs, dixit ꝙ ſolum color proprius vniuſcuiuſque in lumine videtur: apparentias nanque colorum, qui ſunt proprij colores rerum quæ videntur, videmus in lumine & tenebris vt patet in huiuſmodi micātibus, ſed proprij vniuſcuiuſque obiecti colores ſolum vult auctor videri in lumine.

Nec etiā hoc rationabiliter ex officina Auerroys extendi videtur, quoniam ignis quidē, de quo loquitur, quum ſit corpus quoddam mixtum quodammodo terminatum aliquid coloris participare poteſt, de luna autem non poteſt dici ꝙ mouet ſecundum quod eſt color in corpore, quum in ea nullo pacto ſit color.

Aliter ergo dicendum eſt, quòd videri in lumine vt eſt proprietas coloris tribus eſt conditionibus vallatum: prima eſt, quòd hic eſt ſermo de lumine extraneo: ſecunda eſt quòd hic eſt ſermo de per ſe videri in lumine extraneo, id eſt neceſſario exigere lumen extraneum ad hoc quòd videatur: tertia eſt quòd illud obiectum ſecluſo lumine ſit ſecundum ſe de genere viſibiliū, ita ꝙ ſoli colori conuenit, ꝙ viſibilis quum ſit, videatur per ſe in lumine extraneo. Luna enim per accidens videtur in

lumine extraneo, & ſimiliter
ignis, quoniam poſſunt abſq;
extraneo lumine videri: lumen
quoq; colorata afficiens non
videtur in extraneo lumine,
niſiforte per accidens, ſed eſt
ipſum lumen extraneum. Nec
ergo ex me has conditiones ap
pono: ſed extraenitas denota
tur per, in: quæ eſt præpoſitio
tranſitiua: perſeitas ſubintelli-
gitur in ſermone ſciẽtifico: vi-
ſibilitas vero, ex ſubiecta mate
ria: eſt enim capitulum de hoc
viſibili. Diligenter autem nota
to, ꝙ quum lumen reſpiciat co
lores in lumine apparentes: &
diaphanum medium per quod
videntur colores dupliciter
poteſt videri in lumine, vt ex
poſitum eſt intelligi, ꝙ ſit pro-
prietas coloris. Primo, de lumi
ne vt reſpicit obiectum. Secun
do, de lumine vt reſpicit me-
dium. Et ſiquidem intelligatur
de lumine, vt reſpicit obiectũ
non curando pro nunc, an lu-
men afficiat: ſeu perficiat colo
res formaliter an obiectiue tã
tum, ſententia hæc vera cõpro
batur, proprium eſt colori ſo-
li vt viſibilis quum ſit egeat ex
traneo lumine reſpiciente ip-
ſum. Cæterorum nanq; viſibi-
lium nullum apparet egere ex
traneo lumine quo videatur,
vt patet diſcurrendo: ſenſus ta
men iſte non eſt principaliter
intentus ab Ariſtotele, ſed al-
ter. ſ. de lumine, vt reſpicit me-

Vide auctorẽ ſup primã partem q. 79. arti. 3. vbi ſingularia dicit d̃ iſta materia.

dium, & hoc cõuincitur ex me
dio termino ſuo: probat enim
colorem per ſe videri in lumi-
ne: quia eſt per ſe motiuus dia
phani in actu, id eſt, quia eius
per ſe patiens eſt diaphanum
illuminatum: vbi manifeſte pa
tet, quòd de lumine vt eſt actus
medij intendit & loquitur. Et
hic ſenſus licet proculdubio
intentus ſit, nõ eſt tamẽ certũ
quòd ita ſit in re propter reli-
ctam ambiguitatem de diapha-
no, &c.

Circa repetitam definitionẽ
coloris poſt tot d̃clarata, intel
ligibilius dubitandum occur-
rit quód definitio hæc incon-
ueniens eſt, primo quia eſt fal-
ſa ad ſenſum Ariſtotelis, intẽ-
dit enim ipſe per diaphanum in
actu diaphanum illuminatum,
& ſic vult ꝙ coloris quiditas
eſt eſſe motiuum diaphani illu
minati: ac per hoc color, vt ad
diaphanum illuminatum habe-
re ſe dicitur, vt per ſe actiuum
ad per ſe paſsiuum: hoc autem
repugnat naturis eorum: quo-
niam omnis per ſe ratio agendi
eſt ſimpliciter nobilior per ſe
ratione patiendi: lumen autem
eſt ſimpliciter nobilius colore
ergo repugnat dicere, ꝙ color
eſt motiuus diaphani in actu. i.
illuminati: nec effugitur hæc
ratio à recurrentibus ad colo-
rem in actu: ſeu vt viſibilẽ ſeu
vt illuſtratum, quoniam lumen
quo illuſtratur color eſt idem,
aut



aut numerò aut ſpecie cum lu-
mine actuante medium, ac per
hoc color illuſtratus non eſt
nobilior lumine: compoſitum
enim ex æque nobili & igno-
biliori non eſt nobilius nobi-
liori ſolo.

Præterea, ſecundum hoc cõ
funderetur ordo naturæ, nam
ſic idem ſpecie eſſet ratio agen
di & per ſe patiendi ad idem &
reſpectu eiuſdem, quod nõ vi
detur intelligibile, quum opor
teat rationem agendi eſſe actu
quod ratio patiendi eſt in po-
tentia. Secundo hęc diffinitio
extendit ſe ad lucentia, corp⁹
enim lucens iuxta duo quæ ha
bet, ſcilicet eſſe lucidum & eſ-
ſe, viſibile habet duas actiones
ſcilicet illuminationem, qua
facit actiue diaphanum in actu
& motionem medij iam actu
translucentis & ſenſus ad ſui
viſionem, & ſecunda actio eſt
poſterior natura & ſi non tem
pore: prima ergo, nõ eſt quod
quid eſt coloris, & vt viſibilis
eſſe motiuum diaphani in actu
ſed conuenit hoc lucidis. Ter
tio, quia ſi diaphanum in actu
eſt per ſe mobile à colore: er-
go cœlum quum ſit diaphanum
in actu erit mobile à colore, &
conſequenter eſſet receptiuũ
peregrinæ impreſsionis, quod
eſt contra philoſophiam tenẽ-
tem, ꝙ cœlum ſic agit in iſta in
feriora quòd non poteſt pati
ab eis.

Ad hoc dicitur, quod ſecun
dũ diuerſas vias attributas Ari
ſtoteli diuerſimode interpre-
tandum eſt, quod eſſe motiuũ
diaphani ſecundum actum, ſit
quod quid eſt coloris, qui e-
nim putant apud ipſum colo-
res eſſe actu colores in tene-
bris & per lumen fieri tantum
actu viſibiles dicunt, quòd hęc
diffinitio eſt diffinitio colo-
ris non abſolute, ſed vt actu
viſibilis: ita ꝙ hæc diffinitio
manifeſtat in quo conſiſtit nõ
color ſed coloris viſibilitas,
non deſunt quoque eiuſdem
viæ viri dicentes eſſe prædica
tionem cauſalem: ita quòd ſen
ſus eſt, quod natura & quod
quid eſt coloris eſt motiuũ eſ-
ſe, &c. ideſt ex natura & quod
quid eſt coloris &c. Qui vero
putant apud ipſum, colores eſ
ſe actu colores per lumen & in
tenebris eſſe tantum aptitudi-
nes iuxta allegatas auctorita-
tes, quod iudicio meo rationi
magis conſonat diffinitionem
hanc coloris in actu eſſe dicũt
ita ꝙ per hanc manifeſtatur in
quo cõſiſtit natura coloris in
actu cum dicitur, quod conſi-
ſtit in ea re quæ eſt potẽs mo-
uere diaphanũ ſecũdum actũ.
Conueniebatque huic loco de
finitio hæc, vbi de coloris na-
tura, vt refertur ad viſum ſer-
mo eſt. Et ſi hanc viam ſequi-
mur, ſaluatur ſenſus iſtius defi
nitionis ſecundum omnes alla
tas

tas expoſitiones, quoniam ſic natura coloris & inſinuatur, in quo conſiſtat: non tamen explicite niſi ſecundũ viſibilitatem, & conſtat quòd viſibilitas effectus eſt naturæ coloris in actu: quum color in actu claudat in ſe viſibilitatis cauſam, & ſit in ſecundo modo perſeitatis viſibilis, vt in littera dicitur.

Ad primum autem in oppoſitũ tria dico. Primũ eſt, quod argumentũ accipit falſum, quoniam pro eodem reputat diaphanum in actu, quãuis per lumen & diaphanum illuminatum: minus enim importat primum quàm ſecundum, quoniã diaphanum illuminatũ, importat diaphanũ cum lumine ſecũdum adæquatum effectum formalem luminis: diaphanũ vero in actu etiam ſubintelligendo quòd ſit actu per lumẽ, importat diaphanum cum lumine ſecundum hunc ſolum diminutum effectum, qui eſt tranſparentia. Diaphanum enim in actu, nihil aliud formaliter ſignificat, quàm tranſparens: hac autem ſtante differentia dicitur, quod licet color nõ ſit nobilior ſimpliciter diaphano illuminato, non eſt tamen nobilior diaphano in actu, & ratio eſt, quia lux & diaphanum ſe habẽt vt propria forma, & propria materia, vt omnibus placet philoſophis quãtum hactenus inueni: in cuius ſignum vtrunque inuenitur apud nos ex communicatione cœleſti. Conſonat autem rationi, vt tota latitudo formæ, ſit ſupra totam latitudinẽ proprie materiæ, ac per hoc tota latitudo lucis ſupra totum latitudinẽ diaphani. Conſtat autẽ quod diaphanum in actu eſt infra latitudinẽ diaphani, & ſimiliter lux obumbrata eſt infra latitudinẽ lucis quanuis infimo modo.

Ex hoc autẽ manifeſte ſequitur, quòd color quum ſit lux obumbrata in diaphano cõprehenſo ab opaco: ex formalis naturæ ſuæ genere, nobilior eſt diaphano in actu, vt ſic quãuis nõ ſit nobilior lumine, quo diaphanum eſt actu, quia tale lumen non eſt obumbratum, ſed in ſua puritate:

Secundum eſt, quod argumẽtum ſupponit vnum aliud falſum, ſcilicet quòd lumẽ ſit per ſe primo præparatio paſſibilis à calore: hoc enim non eſt verum, quoniam lumen nõ eſt à natura primaria intẽtione ad hoc vt præparet pro colore: ſed ad longe altiorem ordinatur finem. ſ. vniuerſalẽ influentiam: lumen enim totius cœli creditur vehiculum, præparare autem diaphanum pro colore, eſt vtilitas quædam ex lumine & de ſecũdario intentis. Quũ igitur maxima illa in argumento aſſumpta, vera nõ ſit niſi de ratione patiendi primaria in-

ten-



tentione nihil concludit niſi forte quòd color eſt nobilior ſecundum quid diaphano illuminato in quantum eſt in potentia ad idquod eſt actu in colorato. Tertium eſt, ꝙ licet color nõ ſit ſimpliciter nobilior diaphano illuminato, color tamẽ illuſtratus forte eſt ſimpliciter nobilior diaphano illuminato, quia in colore illuſtrato clauditur non ſolum diaphanum & lumen obumbratum, quod eſt color, ſed lumen extraneum, & eius exceſſum nobilitatis manifeſtat ſua actiuitas & iſtius paſsibilitas. Nec inconuenit quòd vna & eadem qualitas ſuperioris & eleuati ordinis, vt eſt lux & lumen in colore, ſit ratio agendi, & in diaphano patiendi à colore quoniã & ipſa habet in ſe virtualiter omnes qualitates inferiorũ, & varius eſt recipiendi modus iuxta variã recipientiũ naturã. In diaphano ſiquidem colorato, quod reflexione teſtante fortius recipit, & actiuũ eſt, recipitur vt ratio agẽdi, & in diaphania actuabili recipitur vt ratio patiendi, quod quilibet intelligere poteſt, qui ſcit etiã in eadẽ ſpecie limitatarum qualitatum minus tale eſſe præparatione, ad patiendum à magis tali: aqua nanque tepida eſt præparatior, vt calefiat, quàm frigida.

Ad ſecundũ dicitur, ꝙ falſum eſt corpus lucẽs alia actione illuminare, & alia viſum immutare, quoniam ſicut viſibilitas coloris cõſiſtit in illa actione, qua ſui ſimilitudinẽ in diaphano facit, ſic viſibilitas lucẽtis cõſiſtit in illuminatione, & ratio eſt in promptu, quia ſcilicet lumen nihil aliud eſt, quam ſimilitudo lucis: non enim differt à luce, niſi ſicut calor in calefacto à calore ineſſe calido. Vnde ipſum lumẽ etiam in intimo oculi: vt pote diaphano recipitur & repræſentat lucẽ, & propterea quandoq; dicitur quòd lux videtur per ſeipſam, quia per ſolũ lumen, & quãdoque ꝙ videtur per ſpeciẽ, quia ipſum lumen eſt ſpecies lucis, quæ eſt in corpore lucente: lucens ergo vt videatur, non mouet diaphanũ in actu, ſed de potentia deducendo ipſum ad actum videtur.

Ad. 3. autẽ dicitur, ꝙ nullum incõueniens apparet concedere ꝙ partes cæli diaphanę in actu ſint mobiles à coloribus ſi ibi applicarentur colores: cœlũ. n. nõ eſt paſsiuum ab inferioribus paſsione corruptiua, paſsiõe autẽ perfectiua ipſum tangi, pati, alterari, recipere ab inferioribus nihil prohibet. & hoc ſuadetur ex hoc ꝙ partes cœli diaphanę in potentia ſunt illuminabiles à corpore igneo lucente ſi eis approximaretur, & ratio eſt, quia omnis illumi-

natio

natio inquantũ illuminatio eſt &c. & ſimiliter omne lumẽ in quantũ lumen eiuſdẽ rõnis. Si quis tñ ſpẽs colorum recipi in cælo nõ crederet, pro eo ꝙ co lores ſunt de gñe mixtorũ: diceret ꝙ color eſt motiuus diaphani in actu non cuiuſcunq; ſed interminati: cœlũ autẽ eſt diaphanũ terminatum. Prima tamen reſpõſio eſt magis ratio ni cõſona.

Vide Aui. 6 nat. p̃te. 2. c. de ſono.
¶ Cõmuni quoque opinioni hominũ aduerſari videtur, ꝙ ſi eſſet vnũ magnum corpus coloratũ intus in orbe lunæ, ꝙ præſente proportionato lumine, &c. nõ poſſet videri

¶ V. Senſibile poſitũ ſuper ſenſũ efficiat ſenſationẽ.

Text. 74.
¶ Circa m. 5. & 6. cõcluſiones, vbi Ariſto. ponit in paſsione ſenſus â ſenſibili oportere cõcurrere medium, dubium occurrit, vnde eſt neceſsitas medij. In littera enim nulla aſsignatur ratio quare ſenſus non poteſt ſentire ſenſibile poſitũ ſupra ſe, ſed dicitur tantũ, qđ nõ decet philoſo. nõ. n. vt credamus, ſed vt ſciamus phyloſophamur, & eo magis, q̃a Auic. in. 6. naturalium tenet mediũ non eſſe ſimpliciciter neceſſariũ in aliquo ſenſu, vt patet in

Auic. ĩ 6. nat. p̃te. 2. cap. de olfatu.
capit. ſuo de olfatu. ¶ Eſt autẽ ratio dubitandi, quoniã organũ & mediũ ſunt eiuſdem naturæ, ac per hoc ſunt patientia eiuſdẽ rõis, & cõſequenter neutrius paſsio ab altero pẽdet, & cõſequenter vtrũq; ſine altero põt ab eodẽ actiuo immutari, ſi debitæ approximetur. A ſsũptũ patet & in ſenſu viſus vbi & organum & mediũ diaphanũ eſt, & in ſenſu auditus vbi & organũ & medium eſt aer. In alijs autem penuria vocabulorũ videtur reddere inductionẽ obſcurã: eandẽ tamen videtur ratio, ſiquis attendit ꝙ tam medium quam organũ oportet actu carere natura obiecti, & eſſe in potentia ad illam ab obiecto ſuſcipiendam.

Ad hoc dicitur ꝙ Ariſt. nõ ſolum dixit, ſed ex duobus inſinuauit neceſsitatem medij, primo ex ratione coloris, quia ſcilicet eſt motiuus diaphani in actu, ſecundo ex experientia, quia experimur ꝙ viſibile poſitũ ſupra oculum non videtur. ¶ Sed neutrum horũ aliq̃d valet, quoniam ex ratione coloris nõ probatur vniuerſaliter, ſed de colore tantũ, quoniã non põt videri ſine medio, & hoc etiã non ꝙ opus ſit medio vt ſic, ſed quia eſt lumine, in quo color videndus eſt. Si. n. lumen, in quo color videtur, poſſet ſine medio inueniri inter colorem & oculum, quum oculus ſit diaphanus, ex ratione coloris non probaretur medij neceſsitas. Experientia quoque de ſolo colorato vera comprobari videtur: mican

tia



tia enim forte viderentur poſita ſupra oculos ſi tantum luminis obtinent, vt diaphanum oculi poſsint actuare: ignea autem & lucentia experiri non poſſumus: eo quòd aut vrunt, aut procul à nobis ſunt. ¶ Præterea. Hæc nihil probant quo ad alios ſenſus, nec eandẽ eſſe de omnibus rationem Auicena acceptat. ¶ Dicendũ igitur

Solut. ſingularis.
iudicio meo, ꝙ eſt ex naturali ordine tranſitus ex eſſe materiali ad eſſe ſpirituale vitale, & ex naturali cognatione ſenſus in actu ad ſenſatum in actu.

Ex naturali ſiquidem ordine: quoniam nõ poteſt forma ſenſibilis habens eſſe omnino materiale in obiecto ſtatim multiplicari ſecundum quotcunq; ſpiritualitatis gradum: nam non poteſt immediate fieri in illo ſpiritualitatis gradu, in quo ſunt phantaſmata. Sed oportet gradatim primo primum aſcendere ſpiritualitatis gradum, ſecundo ſecundum, tertio tertium, & ſic deinceps. Conſtat autem quòd ſpecies in ſenſu non eſt in infimo ſpiritualitatis gradu igitur ſi forma materialis ſenſibilis debet aſcendere, vt ſit ſpecies in ſenſu, oportet medium intercedere, in quo infimum ſpiritualitatis gradum ingrediatur, ꝙ autem ſpecies ſenſibilis in ſenſus non ſit in infimo gradu ſpiritualitatis, manifeſtat altior ſpiritualitatis gradus ſui ſubiecti qui ſenſus eſt. Tanto ſiquidem altior eſt ſpeciei ſpiritualitas, quanto ſenſitiua anima remotior eſt à materia quã ſit natura omnis medij: inter quas conſtat tantam eſse in hoc diſtantiam, quòd illa tantum immaterialitatis obtinet, vt ex hoc cognoſcitiua ſit, vt inferius Ariſtoteles dicet, & nos latius manifeſtabimus, quia ergo naturalis ordo gradatim procedit: idcirco ſenſus non poteſt â forma ſenſibili omnino materiali immediatè recipere ſpeciem tantæ ſuæ ſpiritualitati conformem, ſed oportet quòd ſuſcipiat à forma in medio, quæ nec eſt omnino materialis, nec omnino ſpiritualis. ¶ Ex naturali vero colligatione ſenſus in actu cum ſenſato in actu medium neceſsarium videtur. Quoniam quum ſenſatum vt habetur in de ſenſu & ſenſato ſit duplex, ſcilicet primũ & proprium, id eſt remotum & propinquum, & ſenſatum primum ſit ipſum obiectum: propinquum autem ſit ſpecies eius, ſi nullũ intercederet mediũ: non ſolũ impoſsibile eſset idẽ numero videri, audiri, odorariq; ſimul à multis, ſed totaliter tolleretur ſenſatum propriũ. Si enim obiectum nullum haberet eſse in medio viſus informatus ſpecię obiecti in ipſum

obiectũ

obiectum non per medium ferretur: & ſic nullum eſſet ſenſatum proprium aliud à primo. Quod inconueniens videtur ex prima radice: nam ſenſus in actu ſpiritualis eſt: vt ſicut non poteſt pati ab omnino materia immediatè: ita non poteſt terminari immediatè ad omnino materiale. ¶ Ad rationem in oppoſitum autem negandum eſt ſenſum & medium eſſe mobilia eiuſdem rationis. Quamuis enim organi natura cōmunicet cum natura medij: vt allata inductio ratione adiuta oſtendit: attamen nec ipſum eſt eiuſdem naturæ cũ medio: ſed altioris: quòd ex eo patet: quod medium ſpeciei tãtũ ſuſceptiuum eſt: organum autem non ſolum ſpeciei: ſed ipſius ſenſus, qui eſt longe altior: ¶ Ex natura igitur ſenſus & organi altiori gradu cõſtitutis patet, quod non æqua eſt ratione ipſorum & medij vt patiantur immediatè ab obiecto omnino materiali, ac per hoc medium intercedere oportet, quo ſenſus à ſenſibili patiatur, & hoc ad illud terminetur.

¶ Circa vltimam concluſionẽ dubium eſſet, quomodo ſaluari poteſt differentia poſita inter medium in ſono, & in odore, quum in vtroque tam aër quam aqua medium ſit. Sed vſq; ad capitulum ſequens, vbi de ſono tractatur, differatur.

## DE SONO.

### ¶ Capitulum. VII.

Nunc autem primum de ſono & olfatu determinemus. Eſt autẽ duplex ſonus. Hic quidem enim actu, alius autem potentia: alia enim non dicimus habere ſonum, vt ſpõgiam, lanam, pilos. Quędã autem habent vt ęs, & quęcunque plana & lenia ſunt, quoniam poſſunt ſonare. Hoc autem eſt ipſius medij, & auditus facere ſonũ actu. ¶ Fit aũt qui ſecundum actum ſonus ſemper alicuius ad aliquid, & in aliquo, percuſsio enim eſt faciens. Vnde impoſsibile eſt cum ſit vnum fieri ſonum. Alterum enim eſt verberãs & quòd verberatur, quare ſonans ad aliquid ſonat. Tangit enim aliquid. Cum autem ictu tãgitur, ſonat. Ictus autem nõ fit ſine motu. Sicut autem diximus, non contingentium ictus ſonus eſt, nullum enim faciunt ſonum pili: & ſi percutiantur, ſed æs & quæcũque lenia & concaua ſunt. Aes quidẽ quoniã lene eſt. Concaua autẽ ex repercuſſione faciunt multos ictus poſt primũ in potẽti exire quod motũ eſt. ¶ Amplius auditus in aere & in aqua, ſed minus in aqua. Non eſt autẽ ſoni proprius aer neq; aqua. Sed oportet firmorũ repercuſsione fieri adinuicẽ & ad aera. Hoc autẽ fit, cũ permaneat pcuſſus aer, & nõ ſoluatur: vnde ſi velociter & fortiter pcutiatur, ſonat. Oportet.n. prępccupare motu ferientis fracturã aeris, ſicut ſi cõgregationẽ, aut cumulũ lapillorum percutiat aliquis latũ velociter. ¶ Eccon autẽ fit, cum ab aere vno facto propter vas determinãs & prohibẽs diffundi: iterũ aer repellit ſicut ſphæra. Videtur autẽ ſemper fieri eccon, ſed non certus, quia accidit in ſono, ſicut & in lumine. Et.n. lumen ſemper repercutitur, neq;.n. fieret penitus lumẽ ſed tenebra extra ſolẽ, ſed non ſic repercutitur, ſicut ab aqua, aut aere, aut & ab aliquo alio leniũ, quare tenebram facit qua lumẽ determinamus. ¶ Vacuũ autẽ recte dicitur propriũ audiẽdi: videtur.n. eſſe vacuum aer, hoc autẽ eſt faciens audire, cum moueatur continuus & vnus, ſed propter id quod fragilis eſt non ſonat, niſi lene ſit quod percutitur: tunc autẽ vnus fit. Simul.n. propter planum: vnũ.n. eſt lenis planũ. ¶ Sonatiuum quidẽ igitur quod motiuũ vnius aer continuitate vſq; ad auditũ. Auditus autẽ cõnaturalis eſt aeri, propter id autem ꝙ in aere eſt moto exteriori, qđ infra mouetur, ꝑpter quod quidẽ non vbiq; audit animal, neq; vbique trãſit aer. Nõ.n. vbique habet aerem mouenda pars & animatũ, ſicut pupilla humidũ. ¶ Per ſe quidẽ igitur inſonabilis aer, propter id quod facile ceſſabilis eſt. Cũ vero prohibeatꝰ deſfluere, hmõi motus ſonus eſt. Hic autẽ eſt in auribus ædificatus, cum hoc ꝙ immobilis ſit, quatenus certe ſentiant oẽs differentias motus. Propter hoc autem

Comẽtar. 77.
Comẽtar. 78.
Cõ. 79
Cõ. 80
Cõ. 81
Cõ. 82
Cõ. 83

autem & in aqua audimus,
quoniá non ingreditur ad
ipſum cõnaturalẽ aeré, ſed
neq; in aurem propter re-
flexiones ipſius. Cũ autem
hoc accidat, nõ audit, neq;
ſi miringa, ſicut quæ in pu
Cõmẽ. 84. pilla pellis laboret. ¶ Sed ſi-
gnum eſt audiendi, aut nõ
ſonare ſemper aurem ſicut
cornu. Semper.n.quodam
propio motu aer mouetur
in auribus, ſed ſonus extra
neus & nõ proprius. Et pro
pter hoc dicunt audire va-
cuo & ſonanti, quia audi-
mus in habente determina
Cõmẽ. 85. tum aerem. ¶ Vtrum auté
ſonet verberans, aut quod
verberatur, aut vtrunq; mo
do auté altero. Eſt.n.ſonus
mot⁹ poſsibilis moueri hoc
modo quo quidé ſaltantia
à lenibus cũ aliquis truxe-
rit. Nõ igitur ſicut dictũ eſt
omne ſonat quod verbe-
ratur & verberans, vt ſi ob
ijciatur acus acui, ſed opor
tet quod percutitur regula
ré eſſe, vt aer ſubito deſiliat
Cõmẽ. 86. & moueatur. ¶ Differẽtiæ
auté ſonantium in ſono ſe
cundũ actum oſtenduntur.
Sicut.n.non videntur colo
res ſine lumine, ſic neq; ſine
ſono acutũ & graue. Hæc
auté dicuntur ſecundũ me
taphoram ab illis, quæ tan-
guntur. Acutum.n.mouet
ſenſum in pauco tempore
multũ. Graue auté in mul-
to paucũ. Neque tamen ve
lox eſt acutũ: graue aut tar
dũ, ſed fit hoc quidé ꝓpter
velocitaté hui⁹ mot⁹: illud
auté ꝓpter tarditaté. Et vi
dentur ſimilitudiné habere
circa tactũ cũ acuto & hebe
ti: acutum.n.quaſi pungit,
hebes quaſi pellit propter
id, quod mouet hoc quidé
in pauco, illud auté in mul
to. Quare accidit hoc qui-
dem velox: illud auté tardũ Cõmẽ.
eſſe. ¶ De ſono igitur ſic 87.
determinatum ſit. Vox au
tem ſonus quidam eſt ani-
mati. Inanimatorum enim
nullũ vocat, ſed ſecundum
ſimilitudiné dicit̃ vocare,
vt tybia & lyra & quęcũq;
alia inanimatorũ extẽſioné
hñt, & melos & locutioné.
Aſsimilãtur.n.quia & vox
hoc habet. Multa autem
animalium vocem non ha
bent, & quæ ſunt ſine ſan-
guine, & ſanguinem habé-
tium



tium piſces. Et hoc ratio-
nabiliter, ſiquidem motus
ſonus eſt. Sed qui dicuntur
vocare, vt qui in acheleo
ſonant brachijs, aut quodã
Cõ. 88 altero hmõi. ¶ Vox autem
ſonus animalis eſt & non
qualibet parte, ſed quoniã
omne ſonat verberante ali
quo, & aliquid in aliquo.
Hoc auté eſt aer, rationabi
liter vtique vocabunt hæc
ſola quæcũque ſuſcipiunt
aera. Iam enim aere reſpi-
rato vtitur natura in duo
opera, ſicut lingua, & in gu
ſtum & locutionem. Quo
rum quidem guſtus neceſ-
ſarius eſt, vnde & pluribus
ineſt. Interpretatio autem
eſt propter bene eſſe, ſic &
ſpiritu & ad calorem inte-
riorem tanquã neceſſariũ.
Cauſa autem in alijs dicta
eſt, & ad vocé, vt ſit quod
Cõ. 89 bene. ¶ Organum auté reſ
pirationis vocalis arteria
eſt. Cuius autem cauſa hęc
pars eſt pulmo. Hac enim
parte plus habẽt calore pe-
dibus gradientia alijs. Indi
get autem reſpiratione &
circa cor locus primus. Vn
de neceſſe eſt interius re-
ſpirante ingredi aerem.
¶ Quare percuſsio reſpi- Cõ. 90
rati aeris ab anima, quæ eſt
in his partibus ad vocalem
arteriam vox eſt. Nõ enim
omnis animalis ſonus vox
eſt ſicut diximus. Eſt enim
& lingua ſonare, & ſicut
tuſsientes. Sed oportet ani
matum verberans & cum
imaginatione aliqua: ſigni-
ficatiuus enim quidã ſonus
eſt vox, & non reſpirati ae
ris, ſicut tuſsis, ſed iſto ver-
berat eum, qui eſt in arteria
ad ipſam. Signũ autem eſt
nõ poſſe vocare reſpiranté
neque expiranté, ſed deti-
nenté: mouet enim iſto re-
tinens. ¶ Manifeſtum auté Cõ. 90
& quia piſces ſine voce. Nõ
enim habẽt guttur, hãc aũt
parté nõ habẽt, quia nõ reci
piunt aeré, neque reſpirant
ſed qui dicunt ſic: peccant,
propter quã igitur cauſam
altera ratio eſt.

¶ Summa huius capi-
tuli hæc eſt.

SOnus dupliciter Diſtin
actu & potentia, ctio.
manifeſtatur ſecũ
da pars ex differẽ
tia corporũ in hoc, q̃ quædã
habẽt ſonũ, & quædã non, pri
N 2 ma

ma autē quia ſonus in actu eſt medij & auditus.

1. Cōcluſio. ¶ Sonus in actu fit per aliquid ad aliquid in aliquo. Hęc cōcluſio primo probatur à priori ſic: fit à percuſsione. ergo vno tantū exiſtente, impoſsibile eſt fieri ſonū in actu, ergo ſonans ad aliquid ſonat, ergo interuenit ibi ictus, ergo motus, ac per hoc medium: in quo ſit motus, prima ſequela probatur, quia alterum eſt verberans à verberato: ſecūda autem quia ſonans verberando tangit aliquid: tertia autē, quia huiuſmodi tactꝰ fit ictu. quarta autē, quia ictus non eſt ſine motu. Secūdo manifeſtatur quę ſunt ly alicuius ad aliquid, & dicitur quòd nō ſunt oĩa, ſed æs. i. ſolida, lenia & cōcaua, probatur primum, quia pili etiā repercuſsi nō ſonant: ſecundum vero inferius probabitur: tertium autē in cōcauis fiunt multi ictus, qa poſt primū ictum non poteſt exire aer. Tertio manifeſtatur quid ſit ly in aliquo, & dicitur ꝙ eſt aer non abſolute, ſed permanens percuſſus, licet audiatur in aere & in aqua, probatur, oportet fieri percuſsionem firmorum adinuicem & aera: ergo oportet motum ferientis præoccupare fracturā aeris, ſicut ſi cumulū lapillorum latū velociter percutiat aliquis, ergo aer erit percuſſus permanēs, ſequela relinquitur nota, & à ſigno manifeſtatur, ſcilicet quòd ſi aer velociter & fortiter percutiatur, ſonat.

Eccon fit quū ab aere vno propter vas determinās & prohibens diffundi aer iterum repellitur ſicut ſphæra. 2.

Eccon ſemper fit, ſed nō certus, declaratur ex ſimili in lumine, quod dupliciter reflectitur. ſ. à corporibus lenibꝰ, &c. & tunc clara fit reflexio, & ab opacis, & tunc vmbroſa ſit reflexio: alioquin extra directū radiorum ſolis eſſet tenebra. 3.

Vacuū recte dicitur ꝓpriū audiendi, ſed non propter ſuā frangibilitatē, ſed continuitatē & vnitatē, probatur prima pars, quia per hoc intelligitur aer: ſecunda autem & tertia, quia aer hoc nō habet niſi percuſſus à leni vnificante ipſum, probatur, quia ſimiliter pellitur, qa ſupficies lenis eſt vna. 4.

Sonatiuum eſt quod motiuū eſt aeris vnius continuitate vſque ad auditum. 5.

Auditus cōnaturalis eſt aeri, probatur, quia interius motū eſt in moto aere exteriori. 6.

Corrolariū. Propter hoc non vbiq; audit animal, nec ſonans aer quālibet partem animalis afficit: ſed illam vbi aer mouendus cōtinetur, ſicut diaphanum in pupilla.

Aer in auribus eſt ædificatus immobilis. Vltima pars dupliciter probatur. Primo ab oppo- 7.





oppoſito, quia licet aer per ſe ſit inſonabilis, quia cedit, prohibitus tamen ſonat. Secundò, à priori, qa oportet ipſum omnes differētias motus certe ſentire. Deinde, prima pars primo ab effectu, quia ꝓpterea in aqua audimus, & declaratur, qa aer non ingreditur ad interiorē aerem, nec ad miringā. Secundo à ſigno, quia ſignum audiendi, aut nō eſt ſonare ſemp aerē, ſicut cornu, & hoc qa aer ille ſemper quodā proprio motu mouetur. Tertiò teſtimonio antiquorū, quia dicūt nos audire vacuo & ſonanti, id eſt illo ædificato aere ſonante.

Qō. Vtrum ſonet verberans, aut quod verberatur.

Rñſio. Vtrū ſonet altero tamē modo, probatur à priori, quia ſonus eſt motus mobilis per modū reſilientis à lenibus.

Correlarium. Non omne verberans, &c. ſonat vt ſi obijciatur actus actui, ſed oportet eſſe regulare, deducitur à priori, quia oportet eſſe cauſatiuum ſubitæ reſilitionis & motus.

Differētiæ ĩ ſpeciali. Sonantiū differentiæ in ſono ſecundū actum oſtēduntur, declaratur ex ſimili, quia quēadmodum colores non ſine lumine, ſic graue & acutum non ſine ſono ſentiuntur.

Octaua concluſio. Graue & acutum in ſono dicuntur ſecundum metaphorā à tangibilibus, declaratur ex rationibus eorum, quia acutum mouet ſenſum in pauco tēpore multum, & ideo quaſi pungit auditū, quēadmodum acutū tangibile pungit: graue autem mouet in multo tempore paucum & ideo quaſi pellit, vt hebes tangens. Nec propterea ſequitur ꝙ acutum & graue in ſono ſit velox & tardum, quia cauſantur ex ipſis.

9. cōc. Vox ſonus quidā eſt animati, declaratur, quia vox habet extenſionē; conſonantiā, & locutionē, ad quorū ſimilitudinē inanimata dicuntur vocare.

10. Vox non ineſt oĩbus animalibus, declaratur, quia nec carentibus ſanguine, nec piſcibus, & probatur à priori quia aeris motus ſonus eſt.

11. Vox ſonus eſt ſolius animalis ſuſcipientis aerem. Probatur primo ex ratione cōmuni, quia omnis ſonus fit verberante aliquo aliquid in aliquo, id eſt aere. Secundo ex ſpeciali, quia aere reſpirato natura vtitur ad refrigerium & vocem, ſicut lingua ad guſtum & locutionem declaratur, quia vtriuſque combinationis prima ſunt neceſſaria, ſecunda ad bene eſſe.

12. Vocalis arteria organū reſpirationis eſt, probatur, quia hęc eſt propter pulmonem refrigerādum, probatur, quia hac parte gradientia abundant calore, & aere ingrediente recentatur circa cor locus primus.

Diffinitio. Vox eſt percuſsio reſpirati aeris ab anima, quæ eſt in his partibus ad vocalem arteriam, declaratur ly ab anima, quia non ſicut tuſsis, ſed cum imaginatione oportet ſonare animatum, probatur, quia vox ſonus eſt ſignificatiuus, declaratur deinde ly reſpirati aeris, quia neque inſpirãs neque expirans, ſed detinẽs loquitur, quia iſto mouet eum, qui in arteria.

Correlarium. Piſces non vocant, deducitur, quia carent arteria, quia non reſpirant.

Series autem hæc eſt.

TRactãs de obiecto auditus, quod eſt ſonꝰ quatuor principaliter tractat. ſ. ipſum ſonum medium quo peruenit ad auditum, organum auditus & differentias ſoni. Et de ipſo quidem ſono in principio diſtinguit, deinde docet prima concluſione quomodo ſit rectus: & demum quomodo & quando reflexus ſecũda & tertia concluſionibus. De medio autem quarta & quinta concluſionibus ſe expedit adiuncto correlario. Organi vero ſexta concluſione naturam: ſeptima autem conditiones declarat, & antequam ad differentias ſoni accedat, de cauſis ſoni quæſtionem mouet, quæ ſit ſonans, & ſoluit adiuncto correlario. Sicque ad differentias accedens primo penes quid ſentiantur, ſcilicet ſonum in actu, non in potentia concluſione octaua. Deinde ipſas cõmunes differentias, ſcilicet grauis & acuti, & tandem perfectiſsimam ſoni ſpeciem, ſcilicet vocem diffinitiuæ tractat ordine ſatis claro.

## ¶ Vtrum actus aer ſit ſubiectum ſoni.

Circa primã cõcluſionẽ dubiũ occurrit de ſubiecto ſoni, Text. 79. an ſolus aer ſit ſubiectũ ſoni: an etiã in aqua ſit ſonus ſubiectiuæ. In littera ſiquidẽ nihil de hoc apertè dicitur. Et viri illuſtres diſſentientes inueniũtur. Quidã enim putant in ſolo aere eſſe ſonũ ſubiectiuæ, & ſi in aqua appareat quãdoq; fieri ſonus, dicunt hoc non fieri ſine aere delato, vel cõtento in aliquo tangente terrã vel ipſam aquam ſub aquis. Signum autẽ ꝙ in ſola aqua non fiat ſonus dicitur, quia piſces natantes in mari ſcindunt aquã, & tamen non cauſant ſonũ, & tamẽ ſtatim quũ aſcendunt ad ſuperficiem aquæ mouentes aerẽ ſonant. Alij autem Themiſt. ſ. & Auicẽna credunt ſonũ etiã in aqua ſine aere fieri: nullum tamẽ ad hoc ex ſenſu teſtimoniũ afferunt. Sed hanc innuit Auicẽna rationẽ, quia aqua eſt corpus molle: ceſsibile & impetuoſum quũ percutitur ſicut

aer



aer quãuis minus. ¶ Ad euidẽtiã huius rei aduertendũ eſt, ꝙ ſi ſolus aer ſubiectũ dicatur ſoni: quum propriũ ſubiectũ ſit per ſe ſubiectũ: oportet ꝙ aer per ſe ſit ſubiectũ ſoni: & ſi eſt per ſe ſubiectũ ſoni, & nõ per aliud, quia ponitur ꝙ nulli alteri hoc cõuenit: ergo conuenit ei quãtũ aer. Nec refert in propoſito: an cõueniat ei mediate vel immediate, quoniã ſi immediate, habetur intentũ: ſi mediate, puta mediante percuſsione: oportet ꝙ ipſi illud mediũ conueniat per ſe & in quantũ aer. Alioquin per accidens mediũ eſſet inter per ſe ſubiectum, & per ſe proprietatẽ quod nõ eſt intelligibile. ¶ Ad hoc igitur difficultas hæc reducitur, ꝙ ſi ſolus aer eſt ꝓpria materia ſoni: aer in quantũ aer eſt ſubiectum mediatũ vel immediatum ſoni: Ac per hoc ſi aer in quantũ aer nõ eſt ſubiectũ ſoni, nõ ſolus aer eſt propria materia ſoni. Quantũ autem ex auctoritate ipſius Ariſt. habetur apparet ꝙ aer in quantũ aer non eſt ꝓpria materia ſoni. In hoc loco.n. expreſſe dicit, ꝙ ſonꝰ, neq; eſt aeris, neq; aquæ proprius, ſed aeris prius percuſsi quã ſoluti inter duo corpora ſolida: vbi manifeſte vult, ꝙ aer nõ ex eo ꝙ aer ſed ex eo ꝙ fluxibilis & percuſſus, ac reſiliens ante ſuã ſolutionẽ à duobus duris & planis ipſum velociter intercludẽtibus ſonat. Et quum hoc ad ſenſum experiamur, & oẽs hæ conditiones ſaluentur in aqua, licet nõ ita perfecte: videtur vt in vtroq; elemento fieri poſsit ſonus, quanuis melius in aere. Et hoc inſinuauit littera dicẽs enim ꝙ nõ eſt aeris, neq; aquæ proprius: oĩbus illis cõmunicauit ſonũ: quibus ratio illa ſubiectiua cõuenire poteſt. Propter quod Auicẽna molle vt aerẽ vel aquã appellat corpus mediũ: in quo fieri debet ſonus à percutiente & percuſſo. Subiungens vero, ꝙ oportet ad aera fieri percuſsionẽ, primũ locũ inter ea, in quibus fit ſonus dedit aeri. Et licet rationabilius propter dictam rationẽ videatur quam ſonus in vtroq; fiat elemento. Quia tamẽ ex ſenſibus ſcientiã ſenſibilium firmamus, ſi cõſtaret ꝙ piſces velociſsime ſcindendo aquas nullum cauſarẽt ſonũ, ad ſolum aerem declinarẽ: Dixi autẽ velociſsime, quia neq; admiror ſilentium ſuauiter nantium, ſicut nec ambulantium in aere, neque admiror ꝙ ſtatim ad aerea piſces ſonant, quia violẽta eſt moleſti eis aeris commotio. Nec fallaris nouitiæ in exẽplo litteræ de cumulo lapillorum: optimũ enim exẽplum attulit ad declarandã vnitatem aeris ſeruatam ex velocitate motus localis, & ob præuentam eius diuiſionem à

N 4 per-

percuſsione ſonare. Si quis enim multos lapillos ſimul conglobatos velociſsimè proiecerit in directũ, certum eſt quod quamdiu velocior durat motꝰ proiectionis ſimultaneæ quã diſtrahere poſsint partiales inclinationes ſingulorũ ad deorſum, cumulus ille vnitus fertur per aera. Si quis igitur quamdiu durat impetus ille vnitus ex aduerſo ſtans baculo vel lapide percutiat illum cumulum, tunc motus ferientis latum velociter cumulum lapillorum preuenit ſolutionem ſeu diſperſionem ipſius cumuli. Huic inquam cumulo tã velociter lato ſimilem vult intelligi aerem commotum ad ſonũ quoniam vult quod ſit velociter moueatur, vt ex adunatis partibus conſtet, ita quod velocitas motus naturalem diſperſionem partium aeris hac atque illac impediat. Huius inquam cumuli percuſsioni peruenienti ſolutionẽ ſimilẽ vult eſſe percuſsionẽ corporũ cauſantium ſonũ. Et hæc de ſubiecto ſoni pro nunc ſufficiant.

¶V. Medium in ſono ſit aliquid commune aeri & aquæ. Quæſtio.

Text. 81. ¶Circa quartam& quintam cõcluſionẽ dubium occurrit de natura medij in ſono, quoniã videtur Ariſt. hic varius, nam in calce præcedentis capituli poſuit differentiam inter medium in ſono, & medium in odore in hoc, quod mediũ in ſono eſt aer, in odore autẽ eſt aliquid cõmuni aer & aquæ, hic quoq; approbat antiquos dicẽtes aerem eſſe proprium ſono, & tamen hic etiam dicit, quod audimus in aqua.

¶Ad hoc breuiter & indubie dicendũ eſt, ꝙ mediũ in ſono eſt aliquid commune aeri & aquæ, nec hoc eget rõe alia quã illamet, quæ affertur de medio in odore, quia. ſ. piſces audiũt ſicut odorãt, vt expreſſe habetur in quarto de hyſtorijs animaliũ cap. 8. & experiẽtię multæ teſtantur. Cur aũt Ariſt. in præcedẽti capitulo poſuerit illam differentiã nõ ſatis liquet. Dici tñ poſſet ꝙ quia in aere meliꝰ vehi videtur ſonus: ideo ſolũ aerem nominauit. Et propter eandẽ cauſam ſæpe repetit in hoc capitulo, aerẽ, quum de ſono agitur, & appropriatur vacuũ pro medio ſoni. Et hoc dico, ſi cõcluſio quarta de medio exponatur vt fecimus, quòd tamen nõ vſquequaque certũ habeo, quoniã probatio eius ſubiecti rationẽ magis reſpicit quã medij. Et videtur ꝙ intẽtio Ariſt. fuerit partim approbare, & partim reprehendere antiquos ex doctrina data, approbare quidem quod vacuum, ideſt, aerẽ appropriauẽrint audientiæ, reprehendere

vero



vero, quia hoc nõ habet aer in quantũ eſt quaſi vacuũ, quòd in litera dicitur fragile, ſed ex hoc quod eſt percuſſus vnificatꝰ à leni, vt ſupra dictũ fuit.

V. Sonatiuum ſit motiuũ aeris vnius continuitate vſq; ad auditũ. Quæſt.

Text. 82. ¶Circa diffinitionem ſonatiui multipliciter dubitatur. Primo quia falſum videtur, quod totus aer, in quo auditur, commoueatur à ſonatiuo, longius enim audimus quam commotio pertingat, & hoc patet manifeſtè in aqua, ſub qua audimus ſonum factũ in aere aqua quieſcente: malè ergo dicitur quod ſonatiuum eſt motiuum. Præterea. Audimus etiam in aquã ſonũ factum in aere, vel aqua, ergo ſonatiuum non eſt motiuum aeris tantũ, ſed etiam aquæ. Preterea. Audimus ſonũ extra domum totaliter vndique muro circundatam abſque ſpiraculo, & conſtat quod aer exterior non eſt cõtinuus aeri interiori propter interiacentem parietem, ergo malè dicitur aeris vnius continuatione vſq; ad auditum. Preterea. Si ſonatiuum eſt id tantum, quòd eſt motiuum aeris vnius continuitate vſque ad auditum, vbi nullus adeſſet auditus, nullum inueniretur ſonatiuum actu ſonans, & ſi ſic eſt, ergo ſonus non eſt actu ſonus, niſi in auditu, quòd eſt & contra veritatem, & contra ipſum Ariſtot. in hoc capitulo, vbi dicit, quod ſonus in actu eſt medij & auditus, in quibus verbis ſono in actu tribuit ſubiectum, & non ſolum auditum, ſed medium, prima ſequela eſt per ſe nota, quia ſi de ratione ſonatiui eſt extenſio vſque ad auditum, ſublato auditu neceſſe eſt auſerri hanc extenſionem, ablata autem vna particula à diffinitione, iam non remanet eadem, quum ſint ſicut numeri.

¶Præterea. Eſſe medij vſque ad ſenſum cõmune eſt omni ſenſibili proprio, ſi ſentiri debet ergo vel ſuperfluè hic ponitur vel diminutè tacitum fuit hoc in ratione coloris in capitulo præcedenti, nõ enim dictum fuit, quod eſt color motiuus diaphani ſecundũ actum vſq; ad viſum. ¶Ad euidẽtiam huius diffinitionis ſciẽdum, ꝙ ſicut color poteſt dupliciter diffiniri, primo ſecundũ ſe: ſecundo ſecundũ ꝙ eſt viſibilis, ita ſonans poteſt dupliciter diffiniri, primo ſecundũ ꝙ ſonãs ſecũdo ſecundũ ꝙ audibile. Et quoniã in hoc opere de obiectis ſẽſuũ ſermo eſt in ordine ad ſẽſus, ideo diffinitio iſta nõ datur de ſonãte ſecundũ ſe, ſed ſecũdũ ꝙ audibile, quod nihil aliud eſt quã loqui de ſono ſecundum quod peruenit ad auditum. Quoniã autẽ eſſe ſenſi-

bi'e

bile non eſt eſſe paſsiuum, ſed
eſſe actiuum, propter quòd co
lor, vt viſibilis diffinit⁹ eſt per
eſſe motiuum, vt ſupra patet, &
iam declaratum eſt, quod ſen-
ſibile non immutat ſenſum im-
mediatè, ſed intercedente me-
dio. Ideo Ariſt. omnia comple
xus dixit, quod ſonatiuum eſt
motiuum aeris vnius continui
tate vſq; ad auditum. ¶Ad pri
mam autem obiectionem in op
poſitum dicitur, quod ly moti
uum directè non ſupponit pro
motiuo localiter vt obiectio
ſupponit, ſed pro motiuo mo-
tu alterationis intentionalis, ſi
cut color etiam dicitur motiu⁹
diaphani, eſſe enim ſic motiuū
per ſe conuenit ſonatiuo in-
quantum audibile, quoniam eſ
ſe audibile nihil aliud eſt quā
eſſe immutatiuum intentiona-
liter: ſonus enim habet in aere
non ſolum eſſe naturale, quem
admodum color in pariete, ſed
habet in eodem eſſe intentio-
nale, vt color in diaphano in a-
ctu. Cum hoc tamen ſtat quod
ſonatiuum eſt motiuum etiam
localiter aeris: imò tali motu
cauſat ſonum, ſed talis motus
longe exceditur à motu inten
tionali in extenſione diffuſiua
circunquaq;. ¶Ad ſecundam
dicitur, quod nomine aeris in
telligitur omne medium in ſo-
no, appellatione nanque prin-
cipalis medij veniunt cætera.
¶Ad tertiā vero dicitur, quod
aer clauſulus in poroſitatibus
parietum continuat aerem ex-
trinſecum intrinſeco, & ſi non
eſſet continuatio medij, nō au
diretur ſonus. ¶Ad quartā di-
citur, quod licet ſonus ſit actu
ſonus in medio ſine auditu, nō
tamen eſt audibilis niſi in potē
tia ſine auditu. Sonans ergo in-
quantum audibile non in potē
tia, ſed in actu, non eſt niſi mo
ueat vſque ad auditum, ac per
hoc ſonatiuum audibile nō eſt
niſi inquātum eſt motiuum vſ-
que ad auditū, peccat ergo ob-
iectio, quia interpretatur hanc
diffinitionem de ſonatiuo ab-
ſolutè, quum tamen ſit ſonati-
ui vt audibilis. Sic enim acci-
piendo ſonatiuum patet, quod
ſequela nihil valet, quia diuer-
tit ad ſonum in actu, quum de-
beret inferre de audibile in a-
ctu, quod cōſtat ſine auditu in
actu non eſſe, ſicut nec audibi
le in potētia ſine auditu in po-
tentia. ¶Ad quintam dicitur,
quod licet commune ſit omni
proprio ſenſibili in actu non
ſentiri, niſi immutet vſque ad
ſenſum, nō tamen cōmune eſt
omni proprio ſenſibili, quod
ſola cōtinuitas medij ſufficiat
ad hoc vt ſenſibile perueniat
ad ſenſum. Quum enim aer ſit
medium, licet ſecundum diuer
ſas cōditiones in ſono & in co
lore & claro die experiamur,
ꝙ per corpora poroſa repleta
aere audimus ſonū extra, & nō
vide-



videmus colorem extra, mani-
feſtè cōuincitur, quod ad hoc
quod color perueniat ad vi-
ſum, non ſufficit continuitas
diaphani, & quod ſufficit ad
hoc quod ſonus perueniat ad
auditum. Ad inſinuandum er-
go hanc conditionem inuentā
in peruentione ſoni ad auditū
neceſſario dictum eſt, quod ſo
nans vt audibile eſt immutati-
uum aeris vnius continuitate
vſque ad auditum, & quia hoc
non conuenit immutationi co
loris, ideo non fuit dictum de
eo. Illud autem eſt cōmune om
ni proprio ſenſibili, de quo lo
quitur obiectio, neque hic, ne-
que ibi exprimi oportuit, quo
niam cōmuniſsimum eſt omni
agenti corporeo non agere in
extremum niſi per medium vſ
que ad ipſum. Quare autem hu
iuſmodi continuitas aeris ſuffi
ciat ad audiendum: & non ad
videndum habes in problema-
tibus Ariſt. & eſt, quia auditio
nō fit omniſariā: viſio vero fit
ſolum ſecundū lineam rectam,
diaphanum autem interclusum
in huiuſmodi poros nō eſt cō-
tinuum ſecundum lineam re-
ctam, ſed ſuperius inferiuſque
hinc atque illinc ſparſim con-
tinuam viam habet.

## ¶V. Aer in auribus colloca tus ſit immobilis. quæſt.

¶Circa ſeptimam concluſionē
dubiū eſt de aere in organo au
ditus, videtur enim contraria
& falſa docere Ariſt. Contra-
ria quidem, quia dicit aerem il-
lum eſſe ædificatum immobilē,
& poſtmodum dicit, quod ſem
per quodam proprio motu mo
uetur. Falſa vero, quo ponit ſi
gnum audiendi ſonare ſemper
aurem ſicut cornu. Hoc enim ſi
gnū videtur mali auditus, quo-
niam ſonus intus exiſtens pro
hibet extraneum, ſicut ſi in or-
gano viſus eſſet color.

¶Ad euidentiam eorum, quæ
hic dicuntur de aere in auditu
ſcito, quod quia nullum purū
elementum intelligo eſſe orga
num alicuius ſenſus. Quum in
libro de ſenſu & ſenſato orga-
na ſenſuum elementis attribu-
untur, & inter cætera organū
auditus attribuitur aeri, intel-
ligendum eſt ſecundum prędo
minium, id eſt corpori aereo, ſi
cut organum viſus aquæ, quia
eſt diaphanum aqueum. Igitur
inter aerem, de quo eſt in hoc
textu ſermo, & aerem organum
auditus tāta eſt differētia, quan
ta eſt inter aerem & corpus ae-
reum, ita quod hic non ſermo
de vero aere, ſed đ corpore ae
reo, quod tenent philoſophi
contineri propriè organum au
ditus. Et de hoc dicitur quod
eſt immobilis eo motu, quo aer
extra mouetur, ſcilicet, mutan
do locum ſecundū ſe totum, aer
enim non renouatur ita quod
exeat iſte, & ſubintret ali⁹, ſed
ſemper

ſemper vnus & idem ibi manet, & ideo dicitur ædificatus immobilis, quaſi vndique concluſus: cum hoc tamen ſtat ꝙ moueatur in ſuo loco, vt patet & propterea dicitur moueri, vnde non contrariantur, & ꝙ ſit immobilis extra locum, & quòd moueatur in illo. Quod autem aer ille moueatur in ſuo loco: ex eo ꝙ aer eſt ſemper in motu, & ex calido mouēte, & ex effectu ſono. ſ. quem ſentimus in auribus: ſi autem manu appoſita clauſerimus habetur, & ſonū quidem in aure ſic clauſa experimur. Sed cur ſimilem ſono ipſius cornu dicat littera neſcio, quoniam ſonus ille ſimilis eſt potius ſono tympani: quo vtuntur pugnatores ad bella procedentes. Sed hoc nō refert: ſufficit enim quòd ſentimus in aere ſonum: ſonare autem aurem ſemper ſicut cornu allatum: puto in littera pro ſigno non audiendi abſolute, ſed audiendi vel non audiendi aere illo, & ad hoc optime ſeruit, quoniam eſt effectus cōmotionis exiſtentis in illo. Quanuis etiam poſſet ſubſtineri ſignum audiendi, vel non audiendi abſolute pro quāto ſine illo aere, qui ſonat, non audiremus, & habentes illū audimus. Et quāuis proculdubio auditus exigeret aerem ſine motu & ſono omnino, vt omnino expers ſoni omnes differentias ſentiret ſui obiecti, quia tamen ex neceſsitate materiæ. ſ. aeris neceſſarij hoc prouenit non eſt cauſanda natura, ſicut nec in alijs, quę proueniunt ex neceſsitate materiæ. ¶ Vtrum autem aer iſte connaturalis ſit omni auditui, an auditui in aere naturaliter exiſtenti, nō aliter inuenio ſcriptum, niſi quòd ex ſexta concluſione accipio, ꝙ aer animalibus illis tantum eſt connaturalis quæ in aere viuunt. Expreſſe nanq; in littera reddi videtur ratio, quare auditus connaturalis eſt aeri, quia quod interius mouetur, eſt in exteriori aere moto. Si ergo motū interius non eſt in aere exteriori, ſed in aqua vt contingit in piſcibus, non oportet auditū habere cōnaturalem ſibi miniſtrum aerem. Et confirmatur hæc literæ expoſitio, quia quū in diffinitione ſonatiui Ariſt. tanquam principale mediū nominaſſet aerem vnū continuū vſque ad auditum, vt declararet, & quomodo fit hæc continuitas ipſius veri aeris, & quare, adiecit ſextam cōcluſionē. Suffragatur quoque huic opinioni ratio. Quum enim medium in ſono ſit aliquid cōmune aeri & aquæ: vt experiētia teſtatur, & corpus hoc connaturale auditui, de quo loquimur infra medij latitudinem claudatur. Et animalia viuētia in aere habent aerem connaturalem conſequens rationabiliter eſt vt animalia aquatica ad audiendum aere huiuſmodi non egeāt, ſed habeant fortè aliquid proportionale, quòd tamen non facilè dixerim, quia in eis non apparent manifeſta organa auditus: vt Ariſt. ibidem teſtatur.

## DE OLFATV.

### ¶Capitul. VIII.

Cōmē. 92. De odore autem, & olfactibili, minus bene determinabile eſt dictis. Nō enim manifeſtum eſt quale quid ſit odor ſicut ſonos, aut viſibile vt lumē. Cauſa autem eſt, quia ſenſuū hunc non habemus certum, ſed peiorem multis animalibus, praue enim odorat homo. Et nihil odorat odorabilium ſine lætitia & triſtitia, ſicut non exiſtente certo eo quo ſentimus. Cōmē. 93. ¶Rationabile autem ſic & fortes oculis colores ſentire, & non per manifeſtas ipſis eſſe differētias colorum niſi terrentium, & non terrentium, ſic autem & odores hominū genus. Videtur enim, & analogiā habere ad guſtum, & ſimiliter ſpecies humorum cum his, quæ ſunt odoris. Cōmē. 94. ¶Sed certiorem habemus guſtū, propter id quod ipſe quidā tactus eſt, hunc autem habet homo ſenſum certiſsimum. In alijs enim deficit ab animalibus multis. Secūdum autem tactum differenter certificat, vnde, & prudentiſsimum animaliū eſt. Signum autem in genere hominū ſecundum hūc ſenſum ingenioſos eſſe, & non ingenioſos, ſecundum alium autem nullum. Duri enim carne ineptimente. Cōmē. 95. Molles autem carne bene apti. ¶Eſt autem ſicut humor hic quidem dulcis, ille vero amarus, ſic & odores ſunt. Sed alia quidem habent proportionaliter odorem, & humorem. Dico autem dulcem odorē, & dulcem humorem, alia vero contrarium. Similiter autē & acer, & auſterus, & acutus, & pinguis eſt odor. Sed ſicut diximus propter id quod non multum per manifeſti ſunt odores ſicut humores

mores: ab his acceperūt no
mina ſecundum ſimilitudi
nem rerum. Dulcis quidem
enim acroco & melle, acer
autē à thimo, & huiuſmodi
eodē autē modo & in alijs.
Cō.96 ¶Adhuc aūt ſicut auditus
& vnuſquiſq; ſenſuum hic
quidē audibilis & non audi
bilis, ille vero viſibilis, & nō
viſibilis, & olfatus odorabi
lis, & nō odorabilis. Nō o-
dorabile aūt aliud quidē ſe-
cundū id quod omnino im
poſſibile eſt habere odorē,
aliud vero paruū habens, &
prauū. Similiter aūt, & non
Cō.97 guſtabile dicitur. ¶Eſt autē
omnis olfatus per medium
vt aerē, aut aquam. Et nāq;
aquatica videntur odorem
ſentire. Similiter aūt, & quę
cunq; cum ſanguine, & ſine
ſanguine, ſicut, & quæ in ae
re. Etenim horū quędam à
longe occurūt ad alimentū
quæ ab odore mouentur.
Cō.98 ¶Vnde, & dubium videtur
ſi omnia quidē quæ ſub o-
dore fiunt ſimiliter odorēt.
Homo aūt reſpirāt odorat,
non reſpirans aūt ſed expi-
rans, aut retinens ſpiritū nō
odorat, neq; à longe, neq;
à prope, neque ſi in naſum
intus apponatur, & hoc qui
dem in ipſo poſitū, quo ſen
tit inſenſibile eſſe oībus cō
mune eſt, ſed ſine reſpira-
tione nō ſentire proprium
eſt hominū. Manifeſtū autē
eſt tentātibus. ¶Quare ſan Cō.99
guinem non habentia, quo
niā non reſpirant alterū vti
que, quędā ſenſum habent
præter eos qui dicti ſunt:
Sed impoſſibile eſt, ſiquidē
odorem ſentiunt. Odorabi
lis enim ſenſus & mali odo
ramenti & boni odoramē-
ti olfatus eſt. Amplius autē
& corrumpi videntur à for
tibus odoribus ex quibus
homo corrūpitur, vt aſphal
to ſulphure, & huiuſmodi,
olfatum quidē igitur habe-
re neceſſariū eſt, ſed non re
pirantia. ¶Videtur autem Cōmē. 100.
hominibus differre hoc ſen
ſitiuum ad ea quæ aliorum
animaliū, ſicut oculi ad ea,
quæ durorū oculorū ſunt.
Hæc quidem enim habent
phragma, & ſicut velamen
palpebras, quas aliquis non
mouens neq; retrahens nō
videt, fortia autem oculis
nihil huiuſmodi habēt, ſed
mox



mox vident quę fiunt in lu
cido, ſic igitur, & odoratū,
alijs quidem ſine operculo
eſt, ſicut oculis, alijs vero
aerem recipientibus habe-
re cooperimentum, quod
reſpirantibus diſcooperi-
tur ampliatis venis, & po-
ris, & propter hoc reſpiran-
tia non odorant in aqua, ne
ceſſariū enim eſt odorem
pati reſpirantia, hoc autem
facere in humido impoſſi-
bile. Eſt autem odor ſicci
ſicut humor humidi. Odo-
ratiuum autem ſenſitiuum
potentia huiuſmodi eſt.

¶Sūma huius capituli hæc eſt.

Prima concl. MInus bene determi-
nabile eſt de odore,
& olfactibili quam
de ſupradictis. Pro
batur primo ly min⁹ bene, quia
non nobis ſic patent ſicut præ
dicta: ſcilicet, ſonus & lumen,
probatur, quia ſenſum olfatus
homo nō habet certū, ſed mul
tis animalibus peiorem. Et de-
claratur vtrūq; horum: Primo
primum, tum quia homo praue
odorat, tum quia nihil odorat
ſine lætitia, aut triſtitia. Dein-
de ſecundum, quia rationabile
eſt hominum genus ſe habere
ad odorē ſicut animalia fortia
oculis ad colores. Probat. 2. ly
determinabile eſt, quia guſtus
eſt nobis certiores, quia eſt
quædam tactus, quem habemus
certiſſimū, quòd patet ex effe
ctu, quia ex hoc homo eſt pru
dentiſſimū animaliū. In cuius
ſignū homo homini præſtat in
genio ſecundū tactū, ꝙ ex hoc
patet, quia molles carne bene
apti, duri vero inepti cōſpiciū
tur mente. Olfatus aūt habet a- 2.cōcl.
nalogiem ad guſtum, & ſpecięs
odoris ad ſpecies ſaporis.
¶Odor diuiditur in dulcem &
amarum, acrem, auſterum, pōti
cum, & pinguem, ſicut & ſapor
ſubiecta tamē diuerſimodē ſe
habent, nam alia habent ſapo-
porem & odorē ꝓportionali-
ter, alia contrariū. Declaratur
ratiōe niminū, quia odores nō
ſunt manifeſti ſicut ſapores.
¶Olfatus eſt odorabilis, & nō 3.cōcl.
odorabilis: ſicut vnuſquiſque
ſenſuū proprij obiecti, & ſui
oppoſiti, ꝙ tripliciter dicitur
negatiuæ, & modicē, & male.
¶Olfatus omnis eſt per mediū
vt aerē aut aquā. Probatur pri 4.cōcl
mo ꝙ in aqua fiat odorat⁹, quia
aquatica odorāt. Secūdo ꝙ ol
fatus fiat ꝑ mediū, q̄a oīa tā ſan
guinia quam exanguia odorant
eodē modo, ſicut quæ in aere:
horum autē quædam ab odore
mota à longe ad alimentum
currunt.

¶Vtrum

Quæſ. ¶Vtrum omnia adorantia ſimiliter odorent, & primo videtur quod non, quia homo reſpirãdo tantum odorat, quod declaratur, quia neq; retinens ſpiritum neque ſpirans odorat, & experientia teſtatur.

Exanguia autem quum non reſpirent, odorant ſine reſpiratione, ergo alterum habent odorandi ſenſum: deinde oſtenditur concluſum eſſe impoſsibile dupliciter: Primo, quia ſenſus odoris & boni & mali olfatus eſt: Secundo, quia non reſpirantia corrumpuntur ab eiſdem fortibus odoribus à quibus homo.

Reſp. ¶Olfatum habent omnia odorantia, quãuis quædam ſine reſpiratione: Prima pars patet ex immediatè præmiſsis: Secunda autem declaratur, quia organum olfatus in homine videtur differre ab alijs ſicut oculi noſtri à duris oculis noſtri enim habent velamen auferendum, vt videamus, fortia autem oculos minimè, ſic olfatus reſpirãtium eſt cum operculo, reſpiratio cedens, non reſpirantium verò non, in cuius ſignum reſpirantia non odorãt in aqua, in qua reſpirare nequeunt.

Quinta. ¶Senſitiuum odoris eſt potentia huiuſmodi, ideſt, ad ſiccum: Probatur, quia odor eſt ſicci ſicut ſapor humidi.

¶Series autem hæc eſt.

Qvatuor circa olfatum tractat: Primo, qualis eſt noſtra de olfatu notitia prima cõcluſione: Secũdo, de obiecto odorabili ſecunda & tertia concluſionibus: Tertio de medio quarta concluſione: Quarto, de ſenſu in queſtione de vnitate & pluralitate ipſius & de ipſius organo in vltima concluſione. Et ſic de obiecto actu & potentia cum ſuo organo dixit ordinatè.

## ¶V. Odor ſolum intentionaliter multiplicetur per medium. Quæſtio.

¶Circa quartam concluſionem aduerte, quod expoſitores hic tractant illam quæſtionem de eſſe odoris in medio, & cõmuniter determinant cum Ariſt. quod odor habet eſſe ſpirituale in medio inquantum mediũ ſicut color, & quo ad determinationem quidem nihil addendum occurrit. Quo ad vim vero opinionis contrariæ ſcito, quod Auicẽna opinatur quod odor ſecundum eſſe naturale coniunctũ ſenſui ſentitur, nec putat eſſe medium neceſſarium probatq; odorent non intentionaliter, ſed materialiter inueniri in medio, ex eo quod obiectum immutans ſenſum intercedente medio intentionaliter oportet ad eſſe præſens medio, & ſenſui, vt patet in colore Text. 97.



lore reſpectu viſus, ſi enim color remouetur nulla reſtat immutatio intentionalis. Sed corpus odoriferũ non oportet eſſe præſens medio & ſenſui habentibus odorem ergo corpus odoriferum non immutat intẽtionaliter, minorem manifeſtat in camphora, qua ſublata, remanet odor in ſenſu, & in medio.

Improbatio Auicẽnæ. ¶Sed re vera vir iſtæ ſapiens valde in hoc videtur deceptus quod quemadmodũ eſſe coloris in medio nõ eſt niſi vno modo. ſ. intentionaliter, ita eſſe odoris in medio nõ niſi vno modo credidit. Et quũ ex ratione prædicta probauit, quod odor eſt in medio naturaliter, probatum credidit, quod nõ ſit in eo intentionaliter quòd tamen nõ eſt probatũ. Odor enim in aer & in aqua dupliciter inuenitur primo per admixtionẽ corpuſculorum odoriferorum cum aqua vel aere, ſeu per vehiculũ eorundem in illis, ſecũdo inuenitur in eis per ſpeciem intentionalem, ſicut color in diaphano medio. Et primum quidẽ inuentionis modum manifeſtat, quod ſublato corpore primo odorifero, putà pomo remanẽt fumoſitates quædam, quæ nõ ſunt media, ſed obiecta nõ enim differunt à pomo niſi ſicut corpuſculũ à corpore, & hoc ſolũ concludit ratio Auicẽnæ. Secundum autem modum inuentionis conuincit diſtãtia olfatus à tactu. Si enim fumalis euaporatio per ſe ipſam ſine medio extrinſeco aliquo ſentiretur, tãgẽdo ſenſuũ ſentiretur. Conſtat aũt ꝙ id, quód cõtactu ſentitur ſenſu, qui eſt tactus ſpecies ſentitur, & ſic olfatus eſſet quidã tactus ſicut & guſtus. Dicimus igitur ꝙ corpꝰ odoriferũ vel corpuſculũ odoriferum ſemper adeſt in certa præſentia & diſtãtia ad immutandũ mediũ & ſenſum intentionaliter, & ꝙ ſublato corpuſculo aufertur immutatio, ſicut in colore accidit, & hoc eſt in camphora, & omnibꝰ, iam. n. diximus, quid eum fefellit.

¶Circa quintã concluſionẽ, in qua agitur de natura organi olfatus, ſcito ꝙ de omni organo ſẽſus eadẽ eſt ratio, ꝙ oportet eſſe potẽtiale ad id, in quo cõſiſtit natura obiecti, ita ꝙ per ſe rõ organi habet potentialitatẽ, ſeu rẽ per ſe potẽtialẽ ad naturã obiecti, vt quia diaphanũ eſt ꝑ ſe receptiuũ coloris, & luminis organũ viſus per ſe haber diaphaneitatem. Et ſimiliter quia A. eſt per ſe receptiuũ ſicci odoriferi. A. per ſe ſpectat ad organũ olfatus. Er hoc ſi conſideraueris, & in libro de ſenſu & ſenſato, ſciueris quid eſt tale potentiale in quolibet ſenſu non falleris ex adiacentibus, ſed conſilium naturæ connectentis: ſeparantiſque percipies, &c. Text. 100.

## DE GVSTABILI.

### Capitulum. IX.

Cōmē. 101. GVſtabile autē eſt
quodam tangibi
le, & hæc eſt cau
ſa, quare non ſit
ſenſibile per medium extra
neum corpus. Neque enim
tactus & corpus, in quo eſt
humor, quod eſt guſtabile,
eſt in humido ſicut in ma-
teria. Hoc autem quoddā
tangibile. Vnde & ſi in a-
qua eſſemus, ſentiremus vti
que appoſitum dulce. Non
autem eſſe tunc nobis ſen-
ſus per medium, ſed in eo
quod miſcetur humido ſi-
cut in potu: color autē non
ſic videtur in eo, quod miſ
cetur, neq; defluxionibus.
Cōmē. 102. ¶ Vt quidē igitur mediū ni
hil eſt, vt autē color viſibi
le, ſic guſtabile humor eſt.
Nō autē facit humoris ſen-
ſum ſine humiditate, ſed ha
bet actu, aut potentia humi
ditatē vt ſalſum: bene. n. li
quidum ipſum eſt, & l que
factiuū linguę. ¶ Sicut autē
Cōmē. 103. viſus viſibilis eſt & inuiſibi
lis, tenebra autē inuiſibilis
eſt: iudicat autē & ipſam vi
ſus. Adhuc autem & valde
ſplendidi eſt, etenim hoc in
uiſibile eſt, alio autē modo
â tenebra. Similiter autē &
auditus ſonique & ſilentij,
quorū aliud audibile, aliud
non audibile, & magni ſo-
ni, ſicut viſus eſt ſplendidi.
Sicut enim paruus ſonus in
audibilis quodammodo, ſic
& magnus & violentus. In
uiſibile autem aliud quidē
omnino dicitur, ſicut & in
alijs impoſsibile: aliud autē
quanuis aptum natū nō ha-
bet, aut praue, ſicut quod
ſine pedibus eſt, & ſine gra
du dicitur. Sic autē guſtus
guſtabiliſq; & non guſtabi
lis. Hoc autē eſt paruum,
aut prauum habens humo
rem, aut corruptiuū guſtus.
Videtur autē principiū eſſe
potabile & non potabile.
Guſtus enim quidā ambo,
ſed hoc quidem vt prauum
& corruptiuū guſtus, illud
autem ſecundū naturā. Eſt
autem cōmune tactus & gu
ſtus potabile. ¶ Quoniam Cōmē. 104.
autē humidū quidē eſt gu-
ſtabile, neceſſe ſenſitiuum
ipſius neq; humidum eſſe
actu, neq; impoſsibile fieri
humi



humidum. Patitur enim ali
quid guſtus à guſtabili ſe-
cundū φ guſtabile eſt. Ne-
ceſſarium eſt ergo humecta
tū fore, quod poſsibile hu-
mectari ſaluatū, non humi
dum autē guſtatiuū ſenſiti
uum. Signū autē neq; ſiccá
exiſtente linguá ſentire, ne
que multū humidá, hic. n.
tactꝰ fit primi humidi, ſicut
cū aliquis, qui ante guſtauit
fortē humorē guſtet alte-
rū: & vt laborātibus amara
oīa vidētur, propter id qđ
lingua plena hmōi humidi
Cōmē. 105. tate ſentit. ¶ Species autem
humorū ſicut & in colori-
bus. ſimplices quidē cōtra
riæ ſunt, ſicut dulce & ama
rum. Habitę autē ſunt cum
hac quidé pingue. cum illa
vero ſalitum, media autem
horū acre & auſterū, & pon
ticū & acutū. ferê enim hę
videtur eſſe humorū diffe-
rentiæ. Quare guſtatiuū eſt
potētia hmōi. Guſtabile au
tem eſt factiuū actu huius.

¶ Summa huius capi-
tuli hæc eſt.

1. concluſio. GVſtabile eſt quoddā tan-
gibile, & propterea nō eſt
ſenſibile per medium ex-
traneum. Probatur primo ly
propterea quia tactus non ſen
tit per medium extraneum. Se
cundo ly eſt quoddam tangibi
le, quia humidū eſt quoddā tan
gibile: guſtabile autē, quod eſt
ſapor, eſt in humido ſicut in
materia. Tertio ly non per me
dium extraneū, quia ſi eſſemus
in aqua ſentiremus quidē dul-
ce, ſed in eo φ miſceretur in hu
mido ſicut in potu: color autē
nō videtur per mediū permix
tione, aut defluxione. Et hic
quarto inſeritur manifeſtatio
illius aſſumpti. ſ. φ ſapor eſt gu
ſtabile ex ꝓportionalitate ad
colorē. Quinto probatur aliud
aſſumptum. ſ. φ ſapōr eſt in hu
mido, quia ſapidum non facit
ſui ſenſum ſine humiditate, ſed
oportet actu, aut potentia ha-
bere humiditatē, vt falſum, &c.
Guſtus eſt guſtabilis & non 2.
guſtabilis, ſicut alij ſenſus pro
prij & oppoſiti, quod mul-
tipliciter dicitur, &c. ¶ Pota-
bile & non potabile videntur 3.
principia guſtabilis & nō guſta
bilis, declaratur, quia potabile
eſt cōmune tactus & guſtus: &
guſtus extendit ſe ad potabile
& nō potabile, vt prauū, &c.
Senſitiuum guſtus neq; eſt 4.
actu humidum, neq; impoſsibi
le fieri humidū. Probatur pri-
mo ratione ſecunda pars, quia
guſtabile eſt humidum: & gu-
ſtus patitur à guſtabili inquan
tum guſtabile: ergo neceſſe

eſt actu forè humectatum, ergo poſſe erat humectari ſaluatum. Prima vero quia ſenſitiuū nō humidum eſt guſtatiuum. Deinde à ſigno, quia neq; multū ſicca, neq; multum humida lingua ſentit ſaporem. Et manifeſtatur ſignificatio, quia exiſtēte multū humida fit tactus ſecundum inexiſtens humidum. Sicut accidit prægustantibus fortem ſaporem, & infirmis habentibus linguā amarā.

5. Conclusio. ¶Species ſaporū ſimplices ſunt cōtrariæ, vt dulce & amarum, habitę autē ſunt cum hac pingue cum illa ſalſitū, mediè vero acre, auſterum, ponticum.

6. Conclusio. ¶Guſtatiuum igitur eſt potentia huiuſmodi, guſtabile autem eſt factiuum actu huius.

Series autem hæc eſt.

DE guſtu quatuor tractat: primo de guſtabili, & non guſtabili tribꝰ primis cōcluſionibus ſic, quod in prima quid eſt guſtabile & hinc habet negationem medij: in ſecūda guſtabile, & non guſtabile ſecundum ſe, in tertia ſecundā ſuas radices ad guſtum refert: ſecundo de conditione actus ſimul, & organi in ordine ad humidum, quarta concluſione, tertio de ſapore, quod eſt guſtabile, quinta concluſione, quarto de organo in ordine ad ſaporē, ſexta concluſione tractatur.

¶Circa primam concluſionem aduerte, quod tactus nomine tripliciter videtur vti Ariſtot. Primo vt eſt ſenſus diſcretiuus primarum qualitatem: ſcilicet, calidi, & humidi, frigidi, & ſicci, & ſenſus alimenti eſt dictus ſuperius in text. 28. Secundo vt tactus eſt quoddam commune vt genus ad omnē ſenſus, qui ſentit ſuum obiectū non per mediū extraneū, ſed tangēdo illud, & ſic in ſequēti capitulo vtitur in tex. 122. vbi dicitur ꝙ demonſtrat pluralitatē tactuū, tactꝰ q ſunt in lingua, quoniā ea ſentimꝰ cętera tangibilia & ſaporem, vbi manifeſtè ſenſum ſaporis vt ſic tactum vocauit, & connumerauit alijs tactibꝰ ſub cōmuni nomine tactus. Tertio vt tactus eſt diſcretiuū omniū tangibiliū exceptis ſaporibꝰ, & ſic tactus inferius in text. 128. ponitur quintus ſenſus diſtinctus cōtra guſtum. ¶His autē præmiſſis difficilè non eſt intelligere & Ariſto. & alios de guſtu diuerſimodè loquentes. Guſtus nanq; tactus quidam dicitur, & guſtabile quoddam tangibile, & ſumendo tactum primo, vel tertio modo ſic guſtus non eſt verè tactus, nec guſtabile tangibile, ſed verificatur ſolum modaliter, quoniam guſtatio fit contactu





ſaporis; ſicut tactio fit contactu calidi, & ſic verificantur dicta à doctoribus. Sumendo autē tactū. 2. modo ſic guſtus eſt quidam tactus, ſicut albedo eſt quidā color. Et quoniā Ariſt. hic, vt in capit. patet ſequenti, tenet tactū eſſe genus, & complures habere ſpecies, ideo hāc credo eſſe mentem eius. Sapor enim eſt qualitas tāgibilis non minus quā mollities, quę eſt de qualitatibus ſecūdis. Vnde ſicut tactus mollis & duri eſt verè ſpecies tactus, & tamē non eſt niſi ad qualitates ſecundas: ita tactus dulcis & amari, & diſtinguntur à tactu primario, quia. ſ. eſt diſcretiuus primarū qualitatū, ſicut obiectū diſtinguitur ab obiecto. Diſtinguitur autē quandoq; guſtus in ſe ipſum, vt eſt diſcretiuus ſaporum, & vt eſt tactus, non ea ratione vt quatenus diſcretiuus ſaporum nō ſit ſpecies tactus, ſed ea potius ratione vt oſtendatur, ꝙ guſtando, exercemus plures ſenſus: tactus etiam per eandem partē circa idem obiectum corpus. Alterū quo diſcernimus illius ſaporem, & vocatur guſtus, & alterum quo diſcernimus illiꝰ calorem, mollitiem, humiditatem, &c. & cōmuni vocatur tactus. ¶Fit autem ſpeciale de hac tactus ſpē, ſcilicet guſtu capitulum, quia manifeſtè diſcernitur à reliquis, qui quoniam indiſtincti apparent ſimul determinantur, & ſub vno communi nomine vnum locū obtinent, & quintus ſenſus appellantur.

Circa eandē concluſionem aduerte nouitiæ, ꝙ Ariſtoteles medium extraneū in guſtu excludendo ſpecialiter excluſit humidum, quia experimur ſapores nō ſentiri ſine humido, quaſi humidum ſit vehiculū & coniunctiuū ſaporis cum guſtu: hoc enim excluſo nullum reſtabat medium dubitandum. Excluſit autem hoc ex ipſa medij ratione, quia ſcilicet mediū non eſt medium per admixtionem, defluxionem, alterationem naturalem, ſed per redditionem intentionalem, vt diaphanū in actu reddit colores viſui: humidū autē eſt materia ſaporis, & in eo miſcetur ſapor ſicut ſal in aqua, quare, &c.

## DE TANGIBILI.

¶ Capitulum. X.

DE tangibili autē & tactu eadē ratio. Cōmē. 106. Si enim tactꝰ nō eſt vnus ſenſus, ſed plures, neceſſarium & tangibilia ſenſibilia plura eſſe. Habet autem dubitationē, vtrum plures ſint aut vnus. ¶ Et quid eſt ſenſitiuum tāgibile: Cōmē. 107. vtrū caro

& in alijs proportionale,
aut non, ſed hoc quidē eſt
medium: primum autē ſen
ſitiuum aliud quoddam eſt
intus. Omnis etenim ſenſus
vnius contrarietatis eſſe vi
detur, vt viſus albi & nigri,
auditus grauis & acuti, gu-
ſtus amari & dulcis. In tan-
gibili autē multæ inſunt cō
trarietates calidum frigidū,
humidū ſiccum, durū mol-
le, & aliorū quæcunq; ſunt
Cōmē. 108. hmōi. ¶ Habet autē ſolutio
nem quandā ad hanc dubi
tationē, & ꝙ in alijs ſenſibꝰ
ſunt cōtrarietates plures, vt
in voce non ſolū acumē &
grauitas, ſed & magnitudo,
& paruitas, & leuitas, & aſ-
peritas vocis, & ſimilia alia.
Sunt autem & circa colo-
rem differentiæ hmōi alte-
ræ. Sed ꝙ ſit vnum ſubie-
ctū ſicut auditui ſonus: ſic
tactui non eſt manifeſtum.
Cōmē. 109 ¶ Vtrum autē eſt ſenſitiuū
intus, aut non, ſed mox ca-
ro, nullū videtur eſſe ſignū
fieri ſenſum ſimul cum ta-
ctu. Et enim nunc ſi aliquid
circa carnem extenderit, vt
pellem faciens ſimiliter ſen
ſum: mox tactum inſinuat,
& tamen conſtat quod nō
eſt in hoc ſenſitiuū. Si autē
& connaturale fuerit, citius
vtique pertinget ſenſus.
¶ Propter quod talis pars Cōmē. 110.
corporis videtur ſic ſe habe
re, ſicut ſi circulariter nobis
aptus natus eſſet aer. Vide-
remur. n. vno quodā ſenti-
re & ſonū, & odorē, & colo
rem, & vnus quidē ſenſus
eſſe auditus, & viſus, & olfa
tus. Nunc autē quoniā de-
terminatū eſt per qđ fiunt
motus manifeſta ſunt præ-
dicta ſenſitiua altera eſſe.
¶ In tactu autē hoc quidem Cōmē. 111.
nunc immanifeſtū eſt. Ex
aere quidē. n. aut aqua im-
poſsibile eſt cōſtare aīatum
corpus: oportet. n. firmum
eſſe. Relinquitur autē mix
tū ex terra, & ex his eſſe, vt
vniuerſaliter caro & ꝓpor
tionale. Quare neceſſariū
eſt & corpus eſſe quod me
dium tactui aptū natū: per
quod fiant ſēſus: cū ſint plu
res. ¶ Demonſtrant autē, ꝙ Cōmē. 112.
plures ſint, qui in lingua ta
ctus. Oīa. n. tangibilia ſen
tit ſecundū eandē partē &
humorē, ſiquidem igitur &
alia caro ſentiret humorē,
vide-



videretur vnus & idē eſſe
ſenſus, guſtus & tactus, nūc
autē ſunt duo ꝓpter id, qđ
Cōmē. 113. non cōuertitur. ¶ Dubita-
bit autē aliquis, ſi omne cor
pus profundū habet. Hæc
autē eſt tertia magnitudo.
Quorū autē corporum me
diū eſt aliquod corpus, non
contingit ipſa adinuicē ſe
tangere: humidū autem nō
eſt ſine corpore neq; hume
ctatū. Sed neceſſe eſt aqua
eſſe aut habere aquā, quę ve
ro tanguntur adinuicem in
aqua, niſi ſicca extrema ſint
neceſſe eſt aquā habere me
dium, quo repleta ſint vlti
ma: ſi autē hoc verū, impoſ
ſibile eſt tangere aliquid a-
liud in aqua. Eodē autē mo
do eſt & in aere. Similiter
enim ſe habet aer ad ea, quę
ſunt in ipſo, & aqua ad ea,
quæ ſunt in aqua, latet au-
tē magis nos, ſicut & quæ
ſunt in aqua animalia: ſi
humectatū tangit humecta
Cōmē. 114. tū. ¶ Vtrū igitur oīum ſir̃
ſit ſenſus: an aliorū aliter, ſi
cut nūc videtur: guſtus qui
dē & tactus in tangendo: a-
lij autē à longe, hoc autem
nō eſt, ſed durum & molle
per altera ſentimus, ſicut &
ſonabile, & viſibile, & odo
rabile, ſed alia quidē à lon-
ge, alia vero à prope, prop-
ter quod latet, quoniā oīa
quidē ſentimus per mediū,
ſed in his latet. Et quidē ſi-
cut diximus prius, & ſi per
pellem ſentiremus omnia
tangibilia ignorato quo-
niam prohibet, ſimiliter v-
tique haberemus, ſicut &
nunc & in aqua, & in aere,
putamus enim nunc ipſa
tangere & nihil eſſe perme
dium. ¶ Sed differt tangi- Cōmē. 115.
bile à viſibilibus & ſonati-
uis, quoniam illa quidē ſen
timus, ex eo ꝙ medium mo
uet aliquid nos, tangibilia
vero non à medio, ſed ſi-
mul cum medio, ſicut per
clypeum percuſſus, non e-
nim clypeus ꝑcuſſus prius
percuſsit, ſed ſimul accidit
vtraque percuti. ¶ Omni- Cōmē. 116.
no autē videtur caro & lin
gua, ſicut aqua & aer ad vi-
ſum, & auditū, & olfatum
ſe hñt, ſic ſe habere ad ſen-
ſitiuū, ſicut illorū vnūquod
que, ipſo autē ſenſitiuo ta-
cto, neque ibi, neq; hic fiet
vtique ſenſus, vt ſi quis

ponat corpus album in oculum vltimum. Quare, & manifeſtum, quod intus ſit tangibilis ſenſitiuum, ſic enim vtiq; accidit, quod qui dē in alijs. Appoſita enim ſuper ſenſitiuum non ſentiunt, ſuper autem carnem poſita ſentiunt, quare medium tactui caro.

Cōmē. 117. ¶Tangibiles quidem igitur ſunt differentiæ corporis ſecundū quod corpus. Dico autem differentias quibus elementa determinant calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, de quibus prius dictum eſt in his, quę de elementis. Senſitiuū autem ipſarum quod tactiuū, & in quo ſenſus vocatus tactus eſt primo, quod potētia huiuſmodi pars eſt.

Cōmē. 118. ¶Sentire enim pati quoddam eſt. Quare faciēs quale ipſum actu huiuſmodi illud facit, cum ſit potētia. Vnde ſimiliter calidum, & frigidum aut durū, & molle non ſentimus, ſed excellentias tanquam ſenſu velut mediatē quędam exiſtēte eius, quæ in ſenſibilibus contrarietatis. Et propter hoc diſcernūt ſenſitiua ſenſibilia, medium enim diſcretiuum eſt. Fit enim ad vtrūque ipſorū alterū vltimorū. Cōmē. 119. ¶Et oportet ſicut debens ſentire albū & nigrū neutrum ipſorū debere eſſe re actu, potentia vero vtrūque, ſic autem & in alijs, & in tactu neque calidū, neq; frigidū. Cōmē. 120. ¶Amplius autē ſicut viſibilis & inuiſibilis erat quodāmodo viſus. Similiter aūt & reliqui oppoſitorū, ſic & tactus, & tangibilis, & intangibilis. Intāgibile aūt paruam omnino habens differentiā tangibiliū vt paſſus eſt aer. Et tāgibiliū excellentię ſicut corruptiua. Cōmē. 121. ¶Secundū quidē igitur vnumquemq; ſenſum dictum eſt figuraliter.

¶Sūma huius capituli hæc eſt.

DE tangibili & tactu eadē ratio eſt, probatur à poſteriori, quia ſe conſequuntur quo ad vnitatē & diuerſitatem, &c. ¶Vtrùm plures ſint tactus aut vnus. quæſ. 1 ¶Vtrùm caro ſit organum tactus, aut ſit mediū, quæſ. 2 organum vero ſit quoddam interius.

¶Ta-



Reſp. pro. 1. quæſt. ¶Tactus non eſt vnus ſenſus, ꝓbatur quia non eſt vnius tantū contrarietatis, nec obſtat ꝙ alij ſenſus videātur eſſe pluriū contrarietatū, quoniā ſunt pluriū contrarietatū reducibilium in vnū gen⁹ ſubiectū, in tactu vero non eſt manifeſtū tale ge- pro. 2. quæſt. nus ſubiectū eſſe. ¶Senſationē tactus ſimul fieri quū applicatur tāgibile carni, nō eſt ſignū ꝙ caro ſit organū tactus probatur, quia talis ſimultas ſtat cum non organo, vt oſtēdit veritas harum conditionaliū. Si pellis circa carnē extēderetur, mox ſentiretur tāgibile, & pellis nō eſſet organū. Et ſi cōnaturalis Pro. 1. quæſt. eſſet pellis citius ſentiretur, nō aūt organum eſſet, &c. ¶Carnē eſſe per quam ſit omnis tactio, non eſt ſignum vnitatis tactus probatur, quia cōnaturalitas talis ſtat cū diuerſitate ſenſuū, vt oſtendit veritas iſtius cōditionalis. Si aer nobis circulariter eſſet genitus, eſſent tamē viſus auditus, & olfatus diuerſi ſenſus, quamuis appareret oppoſitum, ſic enim ſe habet caro: & Pro. 2. quæſt. ideo immanifeſta eſt diuerſitas tactus. ¶Corpus mediū in tactu etiā purificato oportet eſſe cōnaturale animali, aliorum vero ſenſuum eſt impoſsibile, probatur quo ad ſecūdam partem à priori, quia corpus animalis oportet eſſe firmū, ac per hoc nec ex aere, nec ex aqua: quo ad primam vero etiam à priori, quia corpus animalis oportet eſſe, ſic mixtū ex terra & alijs, vt exigit caro, &c.

¶Tactus eſſe plures demōſtrat pluralitas tactuū in lingua, declaratur primo pluralitas tactuū in lingua, quia omnia tangibilia, & ſapor ſentiuntur ſecundum eādem partē: Secūdo quod ex hoc habeatur ſignū pluralitatis tactuū alibi, quia cauſa manifeſtatæ pluralitatis eſt nō conuertentia carnis & guſtus: quod declaratur, quia ſi tota caro ſentiret ſaporē tactus videretur idē cum guſtu. Rn̄det ad primā queſtionē. ¶Dubiū eſt an in tactu cōcurrat mediū Dub. extrinſecum, ratio dubitandi eſt corpora quorū eſt aliquod corpus mediū non ſe tangunt, quia omne corpus habet ꝓfunditatem, quæ eſt tertia dimenſio. Sed omnia quæ in aqua ſe inuicē tangunt, ſi non ſicca extrema ſint, habēt corpus mediū ergo ꝓbatur minor, qa neceſſe eſt humectata eſſe, humiditas aūt ſine corpore ſubiecto eſſe non poteſt, & idē eſt iudicium de tangibilib⁹ ſe in aere, quāuis nos lateat propter conſuetudinem.

¶Vtrùm omnia ſenſibilia eodē modo, ſcilicet, per medium quæſt. annexa. extrinſecum ſentiātur, an alia tangendo, alia à longe, vt videtur prædicta differentia apparens non eſt vera: Sed durum & molle per altera ſentimus ſicut alia; veruntamē hæc

prope, illa remote. Probatur,
quia in omnibꝰ eſt aliquod me
dium extrinſecum, quanuis in
ratione lateat: habet enim ſe ſi
cut ſi pellicula ſuper extēſa eſ
ſet & ignota eſſet.

Reſp. ad quæſtionē. ¶Differt tangibile à viſibili &
alijs: quia hæc ſentimus moti à
medio moto ab obiectis: tangi
bilia vero, non à medio, ſed ſi
mul cū medio ſicut per clypeū
percuſsis accidit vtrunq; ſimul
Deciſ. 2. quæſtionis percuti. ¶Caro, & lingua ad
tactum & guſtum ſe habent vt
mediū, ſicut aer & aqua ad alios
ſenſus: inſtrumentū autem, in
tus eſt. Declaratur vtraq; pars
ſimul, quia ſic ſaluatur propor
tionalis natura horum ſenſuū
ad alios, quod ſenſibile poſitū
ſupra ſenſum non facit ſenſa-
quid ſit organum tactus tionem. ¶Organum tactus eſt
mediū inter contraria tangibi-
lia. Probatur, tactiuum in quo
eſt primo ſenſus tactus, eſt ſen
ſitiuum differentiarū corporis
in eo quod corpusꝰ & eſt pars
in potentia ad huiuſmodi diffe
rentias: ergo eſt medium inter
tāgibilia. Aſſumptū pro prima
parte probatur, quia huiuſmo
di differentiæ ſunt qualitates
tangibiles, pro ſecūda vero ſic,
ſentire eſt pati, ergo faciēs ſen
ſum in actu facit ipſū actu qua
le ipſum eſt, ergo patiens erat
in potentia ad illud: conſequē
tia deducitur, quia ſimiliter ca
lidum aut frigidū, durum, aut
molle, non ſentimus ſed excel
lentias. Et confirmatur primo,
quia medium diſcernitur ab ex
tremis, quoniam fit ad vtrunq;
alterum ipſorū. Secundo, quia
oportet ſicut in alijs, organum
eſſe neutrum ipſorum in actu
& vtrunque in potentia, quòd Diffinitio.
ſic ſaluatur. ¶Tactus eſt tangi-
bilis, & intangibilis, quòd di-
citur dupliciter, aut quia parū
vt aer, aut quia nimis, vt corru
ptiua ſenſus, &c.

¶Series autem hæc eſt:

INtendens de tan-
gibili determinare
quatuor determi-
nat, ſicut de alijs ſē
ſibus dixit, ſcilicet, obiectum,
actum, medium, & organū, ſed
tali ordine, quod primo mouet
duas quæſtiones. Primā de v-
nitate obiecti ac per hoc ſen-
ſus ſecundam, de organo ſimul
& medio, & ſimul eas per tra-
ctat. Deinde mouet tertiā quę-
ſtionem, de medio extrinſeco
ſimul & actu tangendi quomo
do fiat: & aliam quomodo ab
alijs differat, vt clare patet or-
dinate tractat eas, tertio, deci-
dit ſecundam quæſtionē, quar
to, naturam organi oſtendit, &
ſubiungit quemadmodum in a
lijs, quod eſt tangibilis, & op-
poſiti.

¶ V. Vnitas ſenſus generi-
ca ſit an ſpecifica. Quæſt.

¶Circa primā rationē allatam
in littera aduertendū eſt per-
ſpica-



picaciter, quòd vnitas ſenſus
eſt vnitas generica nō generis
prædicabilis, ſed generis ſubie
cti phyſici, & nō eſt vnitas ſpe
cifica. Declaro ſingula, quod
enim non ſit vnitas prędicabi-
lis, patet ex hoc, quod genꝰ nō
inuenitur præter ſuas ſpecies,
quilibet autem ſenſus inueni-
tur ſine alia ſpecificatione, nō
enim dātur multæ viſus, olfatꝰ
auditus, aut guſtus ſpecies, de
tactu aūt quanuis modo verta-
tur in dubiū, nihil tñ obſtat ꝓ
poſitio, quia ſi ſunt plures, qui
liber eorum eſt vnus ſicut gu-
ſtus, &c. Quod aūt ſit vnitas ge
nerica ſubiecti phyſici, & ex
hoc textu, & inductiuè patet.
Ex textus quidē quia quilibet
ſenſus eſt vnius primę contra
rietatis vnius generis vniuoci,
hoc.n. eſt eſſe potentiā recep
tiuā totius illius generis. Ex in
ductiōe vero, quia viſus eſt to
tius generis coloris, olfatus o-
doris, auditus ſoni; guſtus ſa-
poris, Quod aūt non ſit vnitas
ſpecifica, ex eo patet, ꝙ eſt per
ſe potentia cōmunis ad multas
ſpecies ſui primi obiecti. Con
ſtat. n. ꝙ per ſe potentia vniꝰ
ſpeciei nō ſe extēdit per ſe ni
ſi ad illā. ¶Vnde cū quæritur
de pluralitate tactus, & cōmu
niter dicitur, ꝙ tactus eſt plu-
res ſecundum ſpeciem nomine
ſpeciei intelligas rationem for
malē, ita ꝙ quæſtio eſt, an tactꝰ
diſtinguātur in plures formali
ter tactus, qđ eſt dicere an ſint
plura genera ſubiecta ſentētia
tangēdo, &c. Hinc aūt habes ſo
lutionē alterius quæſtionis, an
ſ. viſus hominis & viſus aquilæ
ſint eiuſdē ſpeciei ſpecialiſsi-
mę, ideſt rationis formalis atho
mæ patet. n. ꝙ ſic, quoniē om-
nis viſus eſt contrarietatis co-
loris, cū hoc tñ ſtat, ꝙ viſus ho
minis & leonis differāt ſpecie,
non vt potētiæ, ſed vt natura-
les ꝓprietates animaliū diuer-
ſarū ſpecierū, ſicut. n. animal
diuerſarū eſt ſpecierū in homi
nę & leone, ita viſus & cætera
huiuſmodi cōſequentia, quate
nus ex hac ſe parte tenent. Et
ſi altius mētis oculos leuabis &
intueberis colorē eſſe athomā
ſpēm ſēſibilis, quoniā eſt tantū
viſibilis, videbis viſum quate-
nus ſenſitiua vis eſt ſpeciē eſſę
ſpecialiſsimā, ita ꝙ viſus pōt
tripliciter cōſiderari, primæ vt
eſt per ſe potētia ad colores &
ſic eſt vnꝰ vnitate generis ſub-
iecti phyſici. 2. vt eſt ꝑ ſe pars
ſubiectiua ſenſus & ſic eſt vna
ſpēs ſpecialiſsima, ſicut viſibile
eſt ſpēs ſpecialiſsima ſenſibilis
3. vt eſt cōſequēs naturā ſenſi
tiuā talē. ſ. humanā equinā, &c.
ſic tot eſt ſpecierū quot natu-
ras ſequitur. In cuius ſignum
tanta inter animaliū ſenſus di-
uerſitas inuenitur dum alia ha
bent viſum, ſic alia aliter & ſic
de alijs, &c. Primo modo com
paratur viſus ad obiectum,
quod

quod eſt res, quæ videtur: 2. ad
rationem formalē prædicti ob
iecti: nō vt res, ſed vt obiectū:
hanc enim ſignificat viſibile,
tertio modo ad formam, à qua
naſcitur. ¶ Vt autē melius per
Vide auctorem. 1. poſte: cap. 22 & ſup primã partem q.1. ar. 3.
cipiantur, quæ dicimus, atten-
dere oportet, q obiectum ſen-
ſus eſt in duplici genere. ſ. rei
& obiecti: color enim eſt in ge
nere paſsibilis qualitatis, & in
genere ſenſibilis, quod eſt ſpe
cies ſubalterna obiecti. Sed in
genere qualitatis eſt ſpecies ſu
balterna: vt patet, in genere ve
ro ſenſibilis eſt ſpecies ſpecia
liſsima, quoniam differentiæ di
uidentes qualitatem & conſti
tuentes colorē, odorem, ſapo-
rem, &c. non ſunt athomæ: di
uiduntur enim in multas ſpe-
cies colorum, odorum, ſaporū,
&c. Differentiæ autem diuidē
tes ſenſibile, & conſtituentes
viſibile, audibile, odorabile, gu
ſtabile, &c. ſunt indiuiſibiles
formaliter. Non enim differt
ſpecie viſibilitas albi à viſibili
tate nigri, ſunt enim eadem ra-
tione viſibilia, ſ. per eſſe moti
uum diaphani in actu abſq; om
ni naturali mutatione admixta
&c. Inter hæc autem duo ge-
nera & eorum differentias &
ſpecies, licet multæ ſint diffe-
rentiæ, puta quòd illud eſt qui
ditatiuum colori: hoc denomi
natiuum, illud ineſt ei primo
modo perſeitatis, hoc ſecūdo,
illud ponit aliquid in eo, hoc
nihil abſolutū, quantū ad pro
poſitum tamen ſpectat, hæc ma
xime penſanda eſt, quòd ſpe-
cies ſenſuum diſtinguuntur ad
æquate ſecundum differentias
& ſpecies generis ſenſibilis, &
non ſecundū differētias & ſpe
cies qualitatis: ita quôd tot o-
portet eſſe ſpecies ſēſus: quot
ſunt ſpecies ſenſibilis. Et ratio
eſt quia penes diuerſum ſenſi-
bilitatis modum. Cū enim ſen
ſibile conſiſtat in eſſe motiuū
ſine materia, ſicut ſēſus in eſſe
ſuſceptiuum ſine materia ſecū
dum q diuerſimode ſe habet
ad mouere ſine materia: diuer
ſe ſenſibilis ſpecies cōſtituun
tur, & ſecundum q aliqua eo-
dem modo ſe habent ad ratio-
nem motiuam ſine materia ad
eandem ſpeciem ſenſibilis ſpe
ctant. Vnde quia alia ratione
ſentiuntur colores, qui immu-
tant omnino ſpiritualiter, &
alia ſoni, qui cum motu locali,
& alia odores, qui cum altera-
tione, & alia ſapores, qui cum
humectatione organi, &c. di-
uerſa ſenſibilitatis ratio diuer
ſam ſenſibilis ſpeciem, ac per
hoc ſenſus, quia ad ſenſibile
eſt, conſtituit. Teſtatur autem
hoc, q non quæcunq; differen
tia qualitatis conſtituit quale
obiectum ſenſui, ſed illa ſolū,
quæ adæquate ſubintrat diffe
rentiam athomã ſenſibilis, pu-
ta conſtituentem viſibile vel
audibile, &c. Vnde niſi color
adæ-



adequet viſibile non eſt primū
obiectum viſus, & ſimiliter ni-
ſi ſonus audibile, & ſic de alijs,
&c. Ex hac autem veritate non
putes te habere ſolutionem al-
terius impertinentis quæſtio-
nis, an ſcilicet viſio albi & vi-
ſio nigri ſint eiuſdem ſpeciei,
quoniam cum vnitate ſpecifi-
ca vis ſenſitiuè, & obiecti in
eſſe ſenſibili ſtat diſtinctio ſpe
cifica obiecti per ſe in eſſe ſe-
cundum ſeipſum, & ſpecie-
rum ſenſibilium, & actuū ſen-
tiendi. Nec eſt ſimile quo ad
hoc de ſenſu & ſenſibili, &
ſcientia & ſcibili, quia habitus
vnius ſpecie non elicit actus
diuerſarum ſpecierum, poten-
tia autē vnius ſpeciei poteſt eli
cere actus diuerſos ſpecie ſe-
cundum diſtinctas formas, &c.
Text. 108. ¶ Circa primam quæſtionē ad-
uerte, quod eius veritas nō ha
betur clarè, quamuis enim Ari-
ſtoteles declinet in pluralitatē
tactus, non tamen hoc aſſerit
vt certum, ſed vt rationabile,
& hoc quia dubitabat, an eſſet
aliquot innominatū gen9 prin
cipium vnius primæ cōtrarie
tatis tangibilium, vnde dicit,
quod non eſt manifeſtum, &
non dicit non eſſe verum eſſe
aliquod genus in tactu, ſicut
eſt ſonus in auditu. Remanet
ergo dubia concluſio primæ
quæſtionis, quamuis magis de-
clinemus in vnam partem, ſci-
licet quod tactus ſunt plures.
Et quoniam potentiæ diſtin-
guuntur per actus, & actus per
obiecta, & obiectorum forma-
lium hic diuerſitas, vt ex dictis
patet, non eſt vſquequaq; clara
ideo ex hac parte addere nihil
certi occurrit.
¶ Circa reſponſionē ad dubiū Text. 114.
motum in littera aduerte, quod
non dicit Ariſtot. quod in ta-
ctu ſemper interuenit medium
extrinſecum, ſed reprehendēs
differentiam inter tactū, & a-
lios ſenſus in hoc, quod alij à
longè tactus tangēdo ſentit di
cit, affert inſtantiam, quia du-
rum, & molle per altera ſenti-
mus. Vnde intendit, quod v-
traq; vniuerſalis eſt falſa, ſcili-
cet tactus ſemper ſentit tangē
do, & tactus ſemper ſentit per
medium extrinſecum. Durum
enim, & molle ſentimus per
medium extrinſecum, ipſa au-
tem elementa neque dura, ne-
que mollia ſentim9 ſine medio
extrinſeco: & hoc rationabi-
liter, quoniam medium extrin
ſecum in tactu non niſi per ac
cidens concurrit, rationabile
quippe eſt, vt quæ per acci-
dens iunguntur inueniantur
in aliquo ſeparatim, quando-
qu e ergo ſic, & quandoq; non
verificatur inueniri mediū ex
trinſecum. Et hoc etiam pa-
tet ex vi rationis allatè ab A-
riſtotele ad probandum inter-
ceſsionem medij in tactu. Il-
la enim ratio nullum habet
locum

locum niſi quando tactus, tangit aliud corpus à medio circundante, vt patet. Ipſum autem medium tangentis eſſe ſenſibile abſq; mixtione conuincit hoc, quod eſt alterabile ad calidum, & frigidum abſq; mixtione, quũ alteratio fit naturaliter prior mixtione. Et ſi hæc animaduertiſſet Auerroys, aliter ſenſiſſet quam dixit in commento. 115.

Text. 115. ¶Circa differentiam tangibilis ab alijs, aduerte ne in mediam offendas lucem, quod differentia conſiſtit in hoc quod in alijs ſenſibus medium extrinſecum concurrit cauſaliter, & tenens ſe ex parte ſenſibilis agẽtis, ita quod ſicut ſenſibile mouet medium, ita medium motũ mouet ſenſum, in tactu vero duri, & mollis, vbi inuenitur medium extrinſecum, medium extrinſecum concurrit per accidens, & tenet ſe ex parte ſenſus patientis, ita quod ſenſibile eſt proximum & immediatũ agẽs, & totum hoc, ſcilicet, caro veſtita illud medium eſt proximũ patiens, non enim oportet primum patiens eſſe indiuiſibile, ſed ſtat quod habeat latitudinem. Vt enim dicitur in de ſenſu & ſenſato cõtingit aliquod totum ſimul coagulari, & hoc optimè littera inſinuauit in exemplo clypei, qui nõ tenet ſe ex parte percutientis, ſed percuſsi, & quanuis clypeꝰ quia percuſsio eſt motus localis, prius tempore percutiatur quam homo ſub clypeo, littera tñ ad inſinuandũ, quod caro & aer concurrunt vt vnum patiẽs quòd in motu alterationis fit ſimul tẽpore, declarauit ad quid clypei exemplum ſeruiret, ſcilicet, quia non prius percuſſus percuſsit, vbi negat ab eo, & cauſalitatem actiuam negando quod percuſsit, & priorẽ cauſalitatem paſsiuam negãdo, quod prius percuſſus &c. ¶Et hoc ſi aduerteris, non laborabis ad quærendum, quomodo agens proximum & patiens ſunt hic ſimili, &c. Et fugies præſumptionem ſcribentium & propriã ignorantiuum vocem. Verum quia ſcribunt indocti, doctiq; poæmata paſsim, qui poteſt diſcerneretur diſcernat.

## ¶V. Organũ tactus ſit medium pro participationẽ inter tangibilia. Quæſt.

¶Circa organum tactus ſcito, quod ſi tactus eſt vnus ſenſus (Text. 117.) formaliter, abſq; dubio organum tactꝰ eſt medium per participationem inter tangibilia, quoniam eſſe medium inter ea per abnegationem eſt impoſsibile, quia vt in littera dicitur, tangibilia ſunt differentiæ corporis in eo quod corpꝰ, ac per hoc nullum corpus citra cœlũ eſt immune ab his. Sed ſi tactus plurificatur formaliter, tunc duæ



duæ emergũt difficultates. Prima eſt quare tactus iſti cõmunicent in organo, & medio formaliter. Secunda eſt, quare omnis tactus debet habere organum medium per participationem. Et quãuis prima difficultas à quibuſdam quo ad organum admittatur, quo ad mediũ tamen intraneum nihil fit, pro conſtanti tenendo, quod caro vnicum medium formaliter eſt ad omnem tactum. Mihi tamẽ ratio oſtendit, quod idem eſt iudicium de medio & organo, quòd & ratione & inductione patet. Ratione quidem, quia diuerſorum generum habẽtiũ primas ſuas contrarietates, nõ ſubalterna diuerſa oportet eſſe ſubiecta propria, alioquin genus phyſicum non adæquaretur vni propriæ materiæ cuius oppoſitum clarè habes. 10. metaphy. text. 14. Conſtat autem quod diuerſis exiſtentibꝰ tactibus diuerſorum ſic generũ ſunt tangibilia iſtius à tangibilibꝰ illius, & quod mediũ, & organum infra propriæ materiæ latitudinem clauduntur. Impoſsibile eſt igitur medium vnius eſſe medium alterius, & ſimiliter organum vnius eſſe organũ alterius. Inductione autẽ, quoniam in alijs tribus ſenſibus viſus, auditu, & olfatu clarè patet quod ad diuerſitatem obiecti oportuit diuerſificare medium organum & ſenſum. Vnde ſi tactꝰ plurificatur, abſq; dubio tenẽdum eſt, quod ſicut aer eſt medium in tribus ſenſibus, ita quod medium eſt idem ſubiecto, à plura formaliter, ideſt vnus numero aer, ſed ſecundum diuerſas cõditiones eſt mediũ pluribus ſenſibus, ita eadẽ caro numero, & ſimiliter idem numero corpus, putà neruus ſecundum diuerſas conditiones rationem habẽt, illa medij hoc organi in diuerſis ſenſibus tactus, & ſic ſaluatur, quod omnes tactus cõmunicant in organo ſubiectiuè, non formaliter & ſimiliter in medio excepto guſtu: qui in certo tãtum loco cõmunicationẽ hanc habet cũ reliquis tactibus.

¶Ad ſecundam autem difficultatem dico, quod quum natura de poſsibilibꝰ proportionatis tamẽ rei ſemper conetur ad optimum, & organum ſenſus, conſtat quod cæteris paribus melius eſt, ſi fieri poteſt mediũ per abnegationem quã per participationem, quia illud eſt omnino immune ab obiecto, hoc autẽ non vnde & per illud diſcernitur tota obiecti latitudo per hoc autem excellentiæ tantum; conſequens eſt, quod ſi organum alicuius tactus poteſt eſſe medium per abnegationẽ quod ſit factum à natura non per participationem medium, ſed per abnegationem, & hoc manifeſtè teſtatur vna tactus ſpecies

ſpecies quam vocamus guſtum. Cuius organum, quia potuit à toto ſaporum genere denudari eſt medium non per participationem ſed per abnegationem. Quod autem alicuius tactus organum poſsit denudari ab aliquo genere tangibilium, ex eo apparet mihi, quôd aliqua eſt tangibilium contrarietas, quæ non videtur differentia corporis in eo ꝙ corpꝰ, nec neceſſario conſequens: puta vnctuoſi & arridi: ita quòd ſicut diaphaneitas in corpore mixto, quod eſt organũ viſus, eſt omnino ſine colore, ſic in aliquo mixto non inconuenit eſſe, A, ſine vnctuoſitate & ariditate. Ariſt. autem poſuit organum tactus medium per participationem duplici ratione. Primo quia organum non ſolum primarij tactꝰ eſt tale, ſed etiam plurium: non enim poteſt denudari à primis differentijs corporis, & neceſſario conſequentibus: puta duritiæ & mollitię, & hanc in littera attulit rationem. Secundo quia organum cuiuſq; tactus materialiter eſt mediũ per participationem, quoniam vnum & idẽ numero eſt omnium tactuum, quanuis formaliter, id eſt, ſecũdum cõditionem illam, qua eſt organum huic tactui, non participet aliquid de latitudine illius generis tangibilis, quod eſt obiectum huius tactus, ac per hoc ſit medium per abnegationem.

¶ V. Intellectu medium & organũ ſit caro. quæſt.

Circa deciſionem ſecundæ queſtionis, vbi dicitur, ꝙ organum tactus nõ eſt, caro, ſed aliquid intus: dubium eſt ſimpliciter & ad hominem. Simpliciter quidem, quia ſtat organum ſenſus eſſe membrum illud, qđ ſentit primo obiectum, ſed caro eſt prima pars animalis percipiens tangibile: ergo maior eſt per ſe nota, minor experiẽtia teſte patet, & ratione probatur efficaci ſic, aĩal eſt propter ſenſum tactus, ergo prima pars corporea animalis eſt organum tactus, ergo caro eſt organum tactus, prima cõſequentia probatur: quia organũ eſt: in quo primo eſt potentia ſenſitiua, vt in capitulo ſequenti, 122. text. dicitur, ſecunda vero quia caro eſt prima pars animalis, ita quòd ipſa per ſe eſt corpus animalis, & cæteræ partes, vt nerui, oſſa, &c. ſunt propter illam, vt patet in ſecũdo de partibus animalium cap. 8. Et confirmatur, quia ſi organũ tactus eſſet in certa parte corporis: puta in corde: natura nõ ꝓportionaliter diſpenſaſſet ſenſus media, fines: & organa cæteri namque ſenſus, quia in certis ſunt partibus corporis in certis quoque locis ſuos meatus ha- Text. 116.



habent: puta in oculis, auribꝰ, ore, tangibile per totũ corpus meat: totumq; ledit, aut ſaluat, igitur in toto oportet corpore (ſi proportionalis diſpenſatio eſt) diffuſum eſſe tactum. Et confirmatur ſecundo, quia ſi caro nõ eſt organũ, quid eſt illud, & rurſus ſi caro eſt medium, ergo nõ ſentit ſicut nec media aliorum ſenſuum. Et cõfirmatur tertio, quia nulla ratione caro negatur organũ, & ponitur medium, ſed ſola quadam adaptationẽ, vt patet in littera. ¶ Ad hominẽ vero quoniã Ariſt. ipſe in. 2. de partibꝰ animalium, vbi ſupra expreſſe ponit, carnem eſſe organũ tactus, quod hic negat. ¶ Ad huius ambiguitatis euidentiã ſcito, quòd in hac re varia, ac incerta videtur philoſophorum ſententia. Varia quidẽ, quoniã Auiceñ. in. 6. naturaliũ, & vt refert Themiſt. & Alexander putauerunt carnem eſſe non medium ſed organum tactus. Incerta autẽ, quia Ariſto. ipſe ſatis ſuperficietenus & dubiè videtur locutus, nec ſigna aliqua habemus certificãtia nos. Vnde rationi innitendum puto: Et quoniam primæ duæ rationes plurimũ habent rõnis: adeo ꝙ prima meũ quietat intellectũ, quoniã fundatur ſuper ꝓpoſitiones cõfeſſas. ſ. ꝙ tactus eſt primus ſenſus, & animal eſt animal propter tactũ, & ꝙ primum animalis corpus eſt organũ tactus, & quòd caro eſt per ſe corpus animalis: hęc oĩa enim in dubiè tenentur, & ex his habetur ꝙ caro eſt organum: igitur caro ab organo tactus ſe mouenda nõ eſt. Quod vero ſenſibile poſitum ſupra ſenſitiuum propter rationẽ ſuperius aſsignatam tenemus nõ ſentiri, & nullũ apparet aliud vniuerſaliter per ſe mediũ niſi caro: idcirco caro medium in tactu ponenda videtur. Si igitur fieri poteſt vt caro medij, & organi officio fungi poſsit, omnia conſonabunt. ¶ Et quanuis prima frõte impoſsibile videatur hoc: ſiquis tamen diligẽter ac perſpicaciter cõtemplatus fuerit; rationi cõſonũ inueniet, ꝙ quemadmodũm in viſu diaphanũ non ſolũ mediũ, ſed organũ eſt, ita in tactu caro, & medium, & organum erit: ita ꝙ ſicut in oculo diſtinguitur duplex diaphanum, primũ in exteriori parte oculi, & ſecundum in glaciali interiori, quorum primum medij, ſecundum organi officio fungitur. Ita in tactu exterior caro: interiorq; diſtinguenda eſt, & exterior quidẽ medij: interior autem organi officio eſt donata. Interiorẽ autẽ carnẽ in propoſito dicimus nõ carnẽ ſub cutè, ſed carnẽ primã, q̃. ſ. primo viuit vita aĩalis. Hanc. n. organũ tactus ſic ponimus: vt cõtinuata

P cum

cum reliquã carnẽ per illã tan
gibilia ſentit, ſicut diaphanum
glaciale cõiunctũ reliquo dia-
phano per illud videt, & ſic nõ
ſolum medium tactus diffundi
tur per totũ corpus, ſed etiam
organum quodammodo, id eſt
ſecundum cõtinuationẽ. ¶ Et
hæc opinio eſt non ſolũ ratio
ni, ſed Ariſt. conſonas imo eſt
ipſius in loco præallegato, ſi
perſpicaciter intelligatur, & ſic
nulla eſt in eius dictis contra-
dictio, & omnia cõſonant. Et
quoniam ſententia hæc mediat
inter extremas opiniones, ideo
ipſa oẽs obiectiones ſuſtinet
quodãmodo. Vnde prima ra-
tio propoſito manifeſte fauet,
& fundatam ſcito ſuper pro-
ceſſu Ariſt. ibidẽ: ipſe. n. ibi
probat carnẽ eſſe primum &
per ſe corpus animalis, quia ca
ro eſt organum tactus: ego ecõ
tra, quia caro eſt per ſe primũ
& corpus animalis, probaui
carnem eſſe organum, & pro-
ceſſus quidem ſuus fuit à prio
ri: noſter autem à poſteriori.
Prima quoque cõfirmatio iam
ſaluata eſt ſecundum quid. Se-
cunda autem bipartita, quæ di
citur Alexandri: iam manife-
ſtã habet reſponſionẽ, ꝙ. ſ. &
caro quædã non eſt organũ, &
ꝙ caro quædã organũ eſt, & ꝙ
carne extrinſeca nõ ſentimus,
niſi vt medio, cuius etiã confu
tatio in littera habetur exẽplo
pellis ſuperextenſæ. Ad tertiã
autẽ confirmationẽ ex antedi
ctis patet, ꝙ illa rõ ſenſibile po
ſitũ ſupra ſenſum nõ ſentitur,
quæ mouit hic Ariſtot. ad hoc
ꝙ caro negetur organum, & af
firmetur medium in tactu fun
data eſt ſupernaturali ordine
graduum ſpiritualis eſſe.

## DE SENSV IN communi.

### ¶ Capitulum. XI.

OPortet autẽ vni
uerſaliter de om
ni ſenſu accipe-
re, quoniã ſenſus
eſt ſuſceptiuus ſpecierum
ſine materia, vt cera annu-
li ſine ferro & auro recipit
ſignum. Accipit autem au
reum, aut æneum ſignum,
ſed non in quantum aurũ,
aut æs. Similiter autem &
ſenſus vniuſcuiuſque ab
habente colorem, aut hu-
morem, aut ſonum pati-
tur, ſed non in quantum
vnumquodque illorum di
citur, ſed in quãtum huiuſ-
modi eſt, & ſecundũ ratio-
nem. ¶ Senſitiuum autem Cõmẽ.
primum eſt, in quo huiuſ- 122.
modi potentia. Eſt quidem
igitur idem, ſed eſſe alte-
rum



rum eſt. Magnitudo qui-
dem enim quædã erit, qđ
ſenſus patitur. Non tamen
ſenſitiuo eſſe, neque ſenſus
magnitudo eſt, ſed ratio
quædam ex potentia illius.
¶ Manifeſtum autem ex
Cõmẽ. his, & propter quod ſenſi-
123. bilium excellentiæ corrũ-
punt ſenſitiua, ſi nanque ſit
fortior ſenſitiuo motus,
ſoluitur ratio: hoc autem
erat ſenſus, ſicut & ſimpho
nia & tonus, percuſſus for
Cõmẽ. titer chordis. ¶ Et propter
124. quid plantę non ſentiunt
habentes quandam partem
animalem, & patientes à
tangibilibus. Et nanque
frigeſcũt & caleſcunt. Cau
ſa enim non habere medie
tatem, neque huiuſmodi
principium poſsibile reci-
pere ſpecies ſenſibilium,
Cõmẽ. ſed pati cũ materia. ¶ Du-
125. bitabit autẽ aliquis, ſi patia
tur aliquid ab odore, ꝙ im-
poſsibile eſt olfatum habe
re, aut à colore non poſsi-
bile videre. Similiter autẽ
& in alijs. Si autem olfati-
bile odor, ſi aliquid facit ol
fatũ, odor facit. Quare im
poſsibilium olfatum habe
re, nihil poſsibile pati ab o-
dore. Eadem autẽ ratio &
in alijs, neque poſsibili, ſed
in quantum vnumquodq;
ſenſitiuum. ¶ Simul autem Cõmẽ.
manifeſtũ eſt & ſic, neque 126.
enim lumen & tenebra, ne
que ſonus, neq; odor quic-
quã facit in corpora, ſed ea
in quibus eſt, vt aer quicun
que tonitrui ſcindit lignũ.
Sed tangibilia & humores
faciunt: ſi enim non, à quo
vtique patientur inanima-
ta, & alterabuntur. ¶ Ergo Cõmẽ.
ne & illa faciunt, aut non 127.
non omne corpus paſsiuũ
ab odore & ſono & patien
tia indeterminata non ma-
nent vt aer. Fetet. n. ſicut
patiẽs aliquid. Quid igitur
eſt odorare præter aliquid,
aut odore ſentire eſt. Aer
autẽ patiens hoc mox ſen
ſibilis fit.

### ¶ Summa huius capituli hæc eſt.

SEnſus eſt ſuſceptiuus ſpe-
cierum ſine materia. Decla 1. con-
ratur primo ſenſus concluſio- cluſio.
nis exemplo cerę & anuli, pro
batur deinde proportionali
ſimilitudine, quia ſicut cera ac
cipit ſignũ aureum non inquã
tum

tum aureum, ſic ſenſus patitur
ab habente colorem &c. non
in quantum vnumquodque il-
lorum dicitur, ſed in quantum
huiuſmodi eſt & ſecundum ra
tionem.

2. Primum ſenſitiuum eſt, in
quo eſt huiuſmodi potentia.

3. Senſus ſenſitiuũ & magni-
tudo idẽ ſunt ſubiecto, ſed eſ
ſe alterũ eſt, probatur primo-
rum idẽtitas illatione ex præ-
cedenti cõcluſione: tertij verò
quia patiens ſenſum magnitu-
do quędã eſt: deinde probatur
diſtinctio ſingulorũ, quia ſen-
ſitiuum quidem eſt magnitudi
nis ratio, ſenſus vero poten-
tia, &c.

4. Manifeſtũ eſt ex his ꝓpter
quid excellens ſenſibile corrũ
pit ſenſitium, probatur, quoniã
fit motus fortior ſenſitiuo, er-
go ſoluitur ratio, ergo ſenſus:
declaratur ſequela prima ex ſo
lutione ſimphoniæ percuſſus
fortiter cordis, ſecunda autem
quia in hoc cõſiſtit ſenſus.

5. Manifeſtum eſt ex his pro-
pter quid plantæ nõ ſentiunt
quanuis ſint animatæ, & patian
tur à tãgibilibus, probatur, quia
cauſa eſt, quia carent mediatè,
in qua conſiſtit ſenſitiuum &
principio receptiuo ſpecierũ
ſine materia.

Quæſ. An aliquid patiatur ab odo
re colore, & reliquis ſenſibili-
bus, quod eſt impotens habere
ſenſum odorãdi, vidẽdi, &c. Et
arguitur pro parte negatiua du
pliciter. Primo ſic. Si odor eſt
olfactibile, ergo odor ſi aliqd
facit, facit olfatum, ergo nullũ
impotens habere olfatum po-
teſt pati ab odore. Secũdo in-
ductiuè, quia nec lumẽ, nec te
nebræ, neq; ſonus, neq; odor
aliquid agunt in corpora, ſed
eorũ ſubiecta, vt aer tonitrui
ſcindit. Deinde opponitur ꝓ
parte affirmatiua obijciẽdo in
ductioni factę, quia tãgibilia &
ſapores agunt in corpora, pro
batur, quia alioquin nõ eſſet di
cere, à quo inanimata patiun-
tur. Secũdo quia etiã alia ſenſi
bilia agunt in alia, quãuis non
oĩa corpora, ſed indetermina-
ta & abſq; permanentia, pro-
batur, quia ferunt ſicut patiẽ-
tia aliquid.

Quid igitur eſt odorare prę
ter pati aliquid ab odore.

Eſt odorare ſentire, aer autẽ Quæſ.
patiens eſt mox ſenſibilis. princi
pali reſ
ponſio.

Series autem hæc eſt.

INtendens expedi-
tis ſingulis ſenſi-
bus de cõmuni om
nium natura tracta
re, quinque tractat. ſ. ſenſum,
organum, habitudinem ad obie
ctum, ſubiectum, & actionem
ſenſibilium, cũ illata ab eis paſ
ſione, & de ſenſu quidẽ. 1. con
cluſiõe, de organo vero ſecun
da



da & tertia, de habitudine ad
obiectum quarta, de ſubiecto
quinta ſe expedit, de actione
vero & paſsione duabus quæ-
ſtionibus, quarum vltima dire-
ctè ipſam ſenſationẽ inquirit.

Text 121. Circa primam concluſionẽ
dubium eſt litterale, quid eſt
ſuſcipere ſpecies ſine materia.
Aut enim eſt ſuſcipere formã
non recipiẽdo materiã, & hoc
cõmuni omni patienti. Si vero
eſt ſuſcipere formam non reci
piendo diſpoſitiones materia-
les, hoc eſt cõmuni patiẽti pri
mas formas ordine generatio-
nis alioquin procederetur in
infinitũ, quum enim aqua cale
fit, recipit calorẽ nullam diſpo
ſitionem materialem recipien-
do. Si autem eſt ſuſcipere for-
mam ſecundum eſſe intentio-
nale male videtur ſignificatum
hoc in littera ꝑ hæc verba, quo
niã hoc non prouenit ex rece
ptione vniꝰ, putà formæ, & nõ
receptione alterius, puta mate
riæ vel materialium, ſed ex ra-
tione agendi in patienti apto
nato, vt infra patebit.

Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ
tota ratio obſcuritatis litteræ
eſt diuerſa conſtructio eius.
Poteſt enim ly ſine materia ca
dere ſupra ly ſuſceptiuus, ſic
quod determinet quaſi eiꝰ ob-
iectũ, & eſt ſenſus quod ſenſus
eſt ſuſceptiuus ſpecierũ & non
ſuſceptiuus materiæ, quicquid
nomine materiæ intelligatur.
Poteſt etiã cadere ſupra ly ſpe
cierum, ita ꝙ determinet cõdi
tionem ſpecierũ, & eſt ſenſus
ꝙ ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecie
rũ, quæ ſunt ſine materia. Et
quoniã iuxta primam conſtru
ctionem aliqua eſt ambiguitas
iuxta ſecũdã vero nulla. Idcir-
co ſecundã amplectendã cen-
ſeo, ita ꝙ intentio litteræ eſt
dicere, quod omnis ſenſus eſt
ſuſceptiuus ſpecierum immate
rialiũ, ita quod ſpecies in ſen-
ſu nõ ſunt materiales ſicut ſunt
in obiecto, & hoc optimè de-
claratur exemplo annulli & ce
ræ, figura enim in cera non eſt
eiuſdem materię cum figura in
annullo. Quomodo autem ſpe
cies in ſenſu ſit immaterialis &
inferius dicetur. Et ab Alberto
diffuſè habes, dum abſtractio-
nis varios enumerat gradus.

Et ſi diligenter fueris intui- Vide
tus textum, cõperies Ariſtot. Albertum. 2.
declaraſſe hic, in quo differt de ani-
ſpecies in ſenſu ſine materia à ma tra-
ſpecie in obiecto cum materia cta. 3.
quũ hic dicit ꝙ ſenſus patitur cap. 4.
ab habente colorẽ, humorem,
aut ſonũ, ſed non inquantũ v-
numquodq; illorũ dicitur, ex
eo enim quod ait, non inquan
tũ dicitur, & nõ ait non inquã
tum eſt, inſinuauit ꝙ differen-
tia cõſiſtit in hoc, ꝙ forma eſt
cũ materia, quæ dnominat ſub
iectũ dnominatio. n. in dici cõ
ſiſtit, ac ꝑ hoc format ipſam ſe
cũdũ ſpeciẽ, quę ſubiectũ non
denomi-

denominat immaterialis eſt in propoſito, vnde color in obiecto denominat coloratum, in ſenſu non, & ſic de alijs. Et hāc eſſe mentē Ariſt. littera teſtatur, dicēs hic, ꝙ ſenſus patitur ab habēte colorē, humorē, aut ſonū: nō in quantū vnūquodque illorū dicitur, ſed ſecundū rationē. i. non in quantū vnumquodq; illorum habet colorē, &c. ſic ꝙ denominetur eo, qđ eſt corporaliter illum habere, ſed ſecundum formam:

Circa eandem concluſionem occurrit dubium motū ab Auerroy in cōmē. 60. huius, de cauſa eſſe intentionalis ſeu ſpiritualis, quale habet ſenſibile in ſenſu, vbi duo dicēda ſunt: primo id, quod quęſtio ſupponit. 2. opinio Auerroys. Alberti, S. Thom. imò Ariſtotelis.

1. Suppoſitū.

Quæſtio ſupponit duo: primo ꝙ ſenſibile & eius intentio differant ſpecie, ſi enim ſolo numero diſtinguerentur, ex diſtinctione ſubiectorum haberetur ratio diſtinctionis eorū, nec Auerroys contra aſſignantes hāc cauſam dixiſſet, quòd diſtinctio formarum eſt cauſa diſtinctionis materiæ, & non econuerſo: hæc enim maxima de formali, ſeu ſpecifica diſtinctione intelligitur, & non de materiali: Verificatur autem prædicta ſuppoſitio apud intelligentes, ꝙ diſtingui ſpecie non contingit vno modo tantum: aliqua ſiquidē diſtinguūtur ſpecie ex parte naturæ: ſicut albedo & dulcedo: aliqua vero ex parte modi eſſendi diſtincti ſpecificæ. Eorum, quæ primo modo diſtinguūtur neutrū ab altero produci poteſt, quia omne agens producit ſibi ſimile, vt in hoc capit. replicat pluries Ariſt. quæ vero ſecundo modo ſecundū ſpeciem diſtinguuntur, ſic ſe habent, ꝙ ab altero vnū oriri poteſt: conueniunt ſiquidem in natura, & propterea paſſum in fine ſimile erit agenti: differunt autem in modo tali eſſendi, & propterea differunt, vt patet de domo in mente artificis & in materia, & de cæteris artificialibus: hoc igitur modo verificatur colorem, & eius intentionem differre ſpecie, & nō primo modo. Vnde quia non differunt ſimilitudine naturæ, dixit Ariſtot. in tex. 62. ꝙ ſenſus in fine eſt ſimilis ſenſibili. Quia verò differunt ſecundū modum eſſendi naturaliter & intentionaliter dixit, quòd ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia, & Auerroys mouit quæſtionem.

2. Suppoſitū.

Supponit ſecundo quæſtio iſta, quòd eſſe intentionale ſit ſpirituale quodammodo, ac per hoc nobilius quā ſit eſſe ſenſibilis, quia hoc eſt materiale: illud vero abſtrahit à materia, quanuis non à conditionibus materialibus dicente





cente Ariſt. ꝙ ſenſus eſt receptiuus ſpecierū ſine materia, qa igitur ignobilius nō poteſt agere nobilius ſe: ideo Auerroys dubium mouit. Vnde reſultat ſpiritualitas hæc ſenſibilium. Hæc de primo.

Opin. Auer.

Quod ſecūdum ſcito, quòd Auerroys in loco allegato declinat in hoc, quòd præter ſenſibile extrinſecum oportet ponere vnum aliud agens, quod ſit cauſa eſſe intentionalis in actu. Et ratio eius eſt, quia huiuſmodi eſſe aut eſt ab aliquo agente, aut propter diſpoſitionem ſubiecti, ſed non eſt propter diſpoſitionem ſubiecti, quia diuerſitas materiæ nō eſt cauſa diuerſitatis formalis, ſed econtra quia materia eſt propter formam: ergo eſt ab agente, ſed non ab obiecto ſenſibili, quia illud eſt materiale, ac ꝑ hoc nō habet eſſe intentionale, niſi in potentia materiali: ergo oportet ꝙ ſit ab aliquo alio agente.

Improbatio.

☞ Sed hæc opinio Ariſtot. repugnat & veritati. Ariſtoteli quidem, quoniam ipſe expreſſe hic dicit, ꝙ ſenſus patitur ab habente colorem, & ſuperius dixit, ꝙ color eſt per ſe viſibilis ea ratione, quia habet in ſe cauſam ſuæ viſibilitatis, & ſimiliter de ſono dixit, ꝙ eſt motiuum vnius aeris vſque ad auditum, & breuiter niſi ſenſibilia cōcedantur agere ſuas intentiones in ſenſus, non ſaluatur aliquod per ſe ſenſibile: ita ꝙ ſenſibile dicat cauſam effectiuam. Veritati autē contrariatur, quoniā ad ſenſum videmus, ꝙ viſibile producit intentionem ſuā in ſpeculo, & negare hoc nihil minus eſt quam negare ignē calefacere. Et breuiter incideretur in errorem loquentium in lege maurorum ad ſubtrahendū rebus cauſalitates ſuas, quos ipſemet deteſtatur Auerroys in. 12. metaphy. cōmen. 18.

Opin. S. Th. & Alber. tractat. 3. cap. 6.

Dicendum eſt igitur cū Ariſtot. Alberto, & S. Thom. in quæſt. de potentia. q. 5. arti. 8. ꝙ cauſa eſſe intentionalis eſt obiectum ſenſibile, ſed non inquantum materiale, ſed in quātum eius forma participat formas ſeparatas. ¶ Ad cuius euidentiam ſcito, quòd corpus & aliæ naturæ duplices habent conditiones quaſdā proprias: & quaſdam participatione, id eſt quaſdam quæ conueniunt eis inquantū talia ſunt, & quaſdam quæ conueniunt eis: vt ſapiunt aliquid ſuperioris naturæ, & ſic corpus aliquid habet inquantū corpus, & aliquid inquantū participat formas ſeparatas. Et hoc ex actionibus manifeſtatur: nam corpora dupliciter agūt, ſ. vt mota, & ſine motu, & agere quidē motum proprium eſt corporis, cuius eſt non mouere niſi motum: agere vero non motum proprium

eſt formæ ſeparatę, & participatum à corpore. Vnde corp⁹ calidum habet duplicem actionem, alteram, quą facit calorē in eſse naturali, alteram, qua facit intentionem caloris in medio & in ſenſu. Illa eſt calefactio & conuenit corpori calido vt ſic & cum motu locali, &c. Iſta verò innominata eſt, & fit ſine omni motu: conuenitq́; corpori calido inquantū forma caloris eſt multiplicatiua ſuiipſius per quandam diffuſionem, quod habet inquantū eſt in ſeipſa eſſentia quædam ſimplex participans vtcunque ſuperiorem naturam formæ ſimplicis ſeparatæ ſecundum rem à materia. Quocirca ſi ad proximum agens reſpiciendū eſt, forma obiecti eſt. Si ad primarium cuius participatione hoc fit, ſeparatum eſt agens, & ſic ratio quæ mouit Auerroim non ducit ad proximum agens ſeparatum, ſed ad hoc, quòd obiectum ſenſibile in quantū materiale nō eſt ſufficiens cauſa, ſed in quantum ſapit naturam ſuperiorē: ſic.n.poteſt facere intentionem ſui in actu, infra limites tamen materialitatis, quod dico propter ſpecies intelligibiles, ad quas quia omnino immateriales ſunt, oportet intellectum agentem ponere.

Text. 123. Circa quartam concluſionē dubium eſt, & de ratione aſſignata ab Ariſt. quare excellēs ſenſibile corrumpit ſenſitiuū & de ſuppoſita cōcluſione. De ratione quidē, quia aut Ariſt. intendit, quòd quia organum cōſiſtit in proportione ſui ſenſibilis: ideo excellentia ſenſibilis corrumpit illam, & tunc patet quòd aſſumit falſum ex eo. ꝙ non omnis ſenſus organum conſiſtit in quadam proportione ſui ſenſibilis, ſed hoc eſt ſingulare in organo tactus, vt patet ex ſupradictis: cæterorum quippe organa ſunt media per abnegationem: tactus vero per participationem. Aut intendit quod quia organum cuiuſque ſenſus conſiſtit in quadā proportione quæcunq; ſit illa, ideo excellentia ſenſibilis corrumpit ſenſum, & tunc dato quòd aſſumptum ſit verum: illatio tamen nulla eſt, quia certe proportioni non contrariatur omnis excellentia, ſed illorum tantum, in quibus conſiſtit illa proportio, verbi gratia excellentia calidi & frigidi, humidi & ſicci contrariatur proportioni eorundem, & ſic de alijs. Si igitur organum ſenſus conſiſtit in proportione quadam, ſed non ſenſibilis ſui, corrumpetur ab excellentia illorum: in quorum proportione conſiſtit & non ſui ſenſibilis. & ſic ratio Ariſtot. aut falſa, aut inefficax inuenitur. De ſuppoſita autem concluſione:

cuius



cuius rōem reddit, ſcilicet, ꝙ excellens ſenſibile corrumpit ſenſum, magnum eſt dubium in ſenſu intento ab Ariſtot. id eſt, formaliter intellecta. Quū enim poſsit dupliciter intelligi, ſcilicet per ſe, & per accidens, & ſi intelligatur per accidens, non habet dubium, quia experimur quòd dum ſentimus excellens ſenſibile: ſenſus leditur quomodocunque hoc accidat. Si vero intelligatur per ſe, id eſt, quod excellens ſenſibile vt ſic corrumpit organum: ambigua eſt. Et conſtat quòd formaliter intellecta eſt per ſe intellecta hæc propoſitio, & quòd ſermo ſcientificus eſt per ſe & formaliter interpretandus, idcirco in dubium vertitur. Et eſt ratio dubitandi, quia mutatio intentionalis non eſt corruptiua, ſed perfectiua tantum: ſenſibile autem quātumcunque excellens non agit niſi intentionaliter, igitur non corrumpit. Præterea. Idem eſt genus ſubiectum alicuius generis & totius latitudinis illius generis, alioquin vnius generis eſſent plura phyſica ſubiecta formaliter diſtincta, qđ implicat; ſed quilibet ſenſus eſt vnius generis ſubiectum, quia quilibet eſt vnius primæ contrarietatis, vt patet ex dictis, ergo quilibet ſenſus eſt ſubiectū totius latitudinis ſui generis; ergo viſus eſt ſubiectū totius latitudinis coloris, ſeu luminis, & ſimiliter auditus totius latitudinis ſoni, &c. & ſic de alijs, ergo quilibet ſenſus eſt ſubiectū etiā omnis excellentiæ ſui ſenſibilis, quia excellētia ſoni infra ſoni latitudinē clauditur, ergo nullus ſenſus corrumpitur ab excellentia ſui ſenſibilis. Probatur hæc vltima cōſequentia, q̄a nullum ſubiectū aliquorū quorum eſt naturali potētia receptiuum, corrūpitur per ſe ex aduentu eorum, vt patet diſcurrendo per ſingula.

Ad hanc dubitationē reſpōdetur inferius in capitulo illo, quoniā autē ſentimus, quod vidębimus tractādo tex. 143. vbi Ariſtot. reddet rationē quare excellens ſenſibile corrumpit ſenſum, hic enim reddit rationem quare excellens ſenſibile corrumpit organum, nos autē tunc ſimul vtrunque tractabimus.

Circa quintā concluſionem aduerte diligentiſsime radicē hic ab Ariſtot. poſitam à diuo Thoma in prima parte. quæſt. 14. artic. primo, & in de ve. q. 2. articul. ſecundo. Idem & ab Alberto in libro de intellectu & intelligibili explicatam, vnde habent entia ꝙ ſint cognoſcitiua. ſ. ex immaterialitate.

Ad cuius breuem euidentiā hic ſcito, quòd cognoſcere aliquid non eſt verè agere,

aut

aut pati, ſed eſſe primo illud actu vitali. Entiũ enim duplex eſt ordo, quędam ſunt ipſamet tantum, quædam vero ſunt nõ ſolum ipſa, ſed alia, ampliora ergo ſunt iſta illis, & quoniam materia arctatiua eſt formæ, cõſequens eſt quod ex materia & & immaterialitate fiat duplex hic ordo, & primus quidem eſt non cognoſcitiuorum, ſecundus autẽ cognoſcitiuorũ quod liber enim cognoſcens eſt non ſolum ipſum, putà animal, ſed alia, quæ ſcilicet cognoſcunt, propter quòd inferius dicetur quod anima noſtra eſt quoddã modo omnia, & antiqui quaſi ab ipſa veritate coacti in anima omnia poſuerunt, quanuis errarent in modo, quia anima eſt omnia in potentia, nõ in actu. Igitur cognoſcens eſt non ſolũ ſeipſum, ſed alia, & hoc habẽt etiam ex ſua amplitudine, & amplitudo eſt ex immaterialitate, radix ergo cognoſcitiui ordinis eſt immaterialitas. Et quoniam cognitio ſenſitiua eſt organica, ideo Ariſt. de hac loquens reddit rationẽ & ex parte animæ & ex parte corporis in plantis dicẽs, quod ideo plãte non cognoſcunt, quia carẽt mediatè, ideſt, organo in medio conſiſtente, primum enim organum eſt: organum tactus, quòd eſt verè medium, & quia carent principio potente recipere ſpęcięs ſine materia. Et ſi radix hæc non eſſet metaphyſici negocij, diffuſius loquendũ hic eſſet, nũc autem ſat ſit hoc cum dicendis in hoc capitulo eodem ad aliud propoſitum.

¶Circa primam quæſtionẽ litteræ dubium occurrit, de qua Text. 125. paſsiõe eſt hic quæſtio, de naturali, ſcilicet, an intentionali. Si enim eſt quæſtio de paſsiona naturali, an ſcilicet aliquid impotens habere ſenſum poſſit materialiter pati ab odore, ſono, & reliquis ſenſibilibus, extra propoſitum eſt, quoniã hic tractatur de ſenſu communi, & conſequẽter ſenſibili vt ſic, quod vt dictum eſt, non infert paſsionẽ cum materia, ſed ſine materia. Si autem eſt quæſtio de paſsione intentionali, malè littera obijcit de paſsione inanimatorum à tangibilibus. Cõſtat enim eam eſſe materialem. &c.

¶Circa tractatum eiuſdem primæ quæſtionis duo dicta litterę occurunt ambigua: primum Text. 126. eſt in text. 127. quod lumen nihil facit in corpora, ſecundum ibidem eſt, quod ſapores faciunt aliquid in corpora inanimata. Lumen enim eſt qualitas actiua primi alterantis calefaciens manifeſtè, &c. & ſaporis nullus apparet effectus niſi in guſtu, &c.

¶Circa concluſionem primæ Text. quæſtionis eiuſdẽ dubium oc- 127. currit. Tum quia ſi odor muta-

ret



ret medium intentionaliter, nõ agitaretur à ventis, & ſimiliter ſonus, ſicut manifeſtè patet in coloribus in medio, quos ventis non transferri experimur, non igitur patiuntur media intentionaliter ab alijs ſenſibilibus. Tũ quia difficilè eſt ſaluare quomodo duæ ſpecies duorum obiectorum ſolo numero differentium è regione contra poſitorum ſpecies ſint in vno & eodem medio. Si enim dicatur quod ſaluantur ibi duę ſpecies: ergo duo accidentia ſolo numero differentia ſunt in eodẽ. Si vero dicatur quod ſunt vna, ergo idem numero corruptum remanet idem numero, quod non eſt intelligibile.

¶Ad euidentiam primæ & ſecundæ dubitationis aduertenda ſunt duo. Primũ eſt: quod hic aliud eſt, quòd tractatur, & aliud quo tenditur. Intentio ſiquidem præſens eſt perueniendi ad hoc, an ſentire ſit præciſe pati à ſenſibili, an ſit aliquid aliud præter pati vnde completa hac quæſtione ſtatim cũ illationis nota Ariſt. ſubiũgit. Quid igitur eſt odorare præter pati ab odore: Vt autem ad hoc perueniret, mouet quæſtionem de patiente à ſenſibili non paſsione tali vel tali, ſed abſolutè, & propterea obiectiones modo ad actionẽ intentionalem, modo ad materialem declinant, vtraq; enim ſub ſenſibilis actione abſolutè continetur. Et quoniam inquiſitio de primo patiente à ſenſibili excedit negocium pręſens ideo auctor nõ mouit quæſtionem de quocunq; ſenſibili explicitè, ſed de odore, cuius nulla apparet manifeſtè actio niſi in ſenſum, quatenus inquiſitionem hãc loco huic appropriaret vt viam ad intentum. Secũdum eſt, quod neutra primarũ obiectionem allatarũ in littera ꝓ parte negatiua acceptãda eſt, ſed prima quæ innititur his cathegoricis, olfatibile facit tantum olfatum, audibile facit tãtum auditum, viſibile facit tantum viſum: guſtabile guſtum, & tangibile tactum, dupliciter peccat. Primo, quia falſum eſt quod odor & olfatibile, color & viſibile, ſonus & audibile, ſapor & guſtabile, calor, &c. & tangibile pro eodem habeantur, ſeu æquiualeant quo ad actiuitatem, manifeſtè enim patet, quod calor agit ſecluſa tota ſẽſitiua natura, & medio vniuerſo ad ſentiendum. Secundo, quia dato quod iſta æquipollerent quo ad actiuitatem non ſequeretur quod tantum potẽs ſentire pateretur ab eis, quia viſibile vt ſic eſt motiuum non ſolum viſus, ſed medij, & ſic de alijs, quoniam ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non eſt ipſius ſenſum motiuum. Secunda quoquę ratio ſanè interpre-

tanda

tanda eſt, aut enim aſſumit ſim
pliciter falſum, quum dicit, lu-
men nihil agere in corpora, aut
gloſſanda eſt, quod verificatur
de lumine vt ſic ſi ſecluderetur
à motu, credimus, enim quod
lux non vt ſic, ſed vt qualitas
primi alterantis ſit alteratiua,
primum autem alterans non eſt
alterans niſi motum localiter,
ac per hoc lux vt eſt qualitas
cœli moti alterat. Vnde ſi cœ-
lū quieſceret, lux quidē illumi
naret, ſed non alteraret, de lu-
mine ergo abſolutè intelligi po
teſt quod hic dicitur. De tertia
autem obiectione quæ eſt pro
parte affirmatiua pro quanto
dicit ſapores agere in animata,
ſi non poteſt dici quod arguē
do dictum eſt partim verum &
partim falſum, ſaluetur materia
liter vt diuus Thomas ſaluat.

¶Ego enim nunquam expert⁹
ſum, neque expertum aliquem
audiui, aut legi, dulce facere
& amarum amare facere, ſicut
calidū calefacere. ſed per im-
mixtionem tantum, ſicut mel
poſitum in aqua reddit ipſam
dulcem non per alterationem,
ſed per mixtionem.

Ad tertiam autem quæſtio-
nem de ſpecieb⁹ in medio bre
uiter dicendum eſt ex dictis,
quod ſpecies in medio fiūt ab
omnibus ſenſibilibus, à viſibili
quidem audibili, & odorabili
in medio extraneo à guſtabili
vero & tangibili in medio in-
trinſeco, & vtrobiq; ſunt ſine
materia. Difficultates vero e-
mergentes non eſt difficile ſol
uere, agi ſiquidem à ventis quū
ſoli corpori conueniat per ſe,
nulla ſpecies agitatur à ventis
niſi fortè per accidens ad com
motionem ſubiecti, apparet au
tem in odore & ſono magis agi
tatio quam in colore propter
duo. Primo quia in illis obie-
ctum ipſum, ſcilicet corpus o-
doriferum fumalis euaporatio
nis & aer localiter cōmotus ſo
num habens transfertur, colo-
ratum autem ſemper in eodem
loco manet. Secundo quia im-
mutatio tota à colorato vſque
ad viſum eſt in inſtanti, immu
tatio autem à corpore odori-
fero & ſonanti vſq; ad olfactū
& auditum eſt in tempore, quo
niam ibi interuenit alteratio,
hic motus localis, & multi ſunt
ibi motus, vt patet in de ſenſu
& ſenſato. Ex hoc enim proue
nit: quod colorato odorifero,
& ſonanti ſimul poſitis, & ob-
iectis ad certam diſtantiam, ha
benti hos ſenſus, flante tranſ-
uerſali vento coloratum ſem-
per videtur, olfatus autem, &
auditus impeditur non ea ratio
ne, quia ſpecies colorati ſem-
per remaneat, & ſpecies odoris
& ſoni expellatur à vento quo
niam ſecundum veritatem om
nes ſpecies, & omnia acciden
tia exiſtentia in aere illo tranſ
lato oportet, aut cum illo mo-
ueri



ueri per accidens, aut corrum-
pi, ſed ea ratione quia in quo-
cunq; aere ſuccedente ſine tē-
pore ſemper prẹſto eſt immu-
tatio à viſibili: nō autem ab o-
dorifero & ſonanti, & hoc at-
teſtatur ꝙ ſpiritualior eſt im-
mutatio viſibilis quam aliorū.

¶De pluralitate autem vel vni
tate ſpecierum in medio non
ſunt audiendi, reputantes poſ
ſibile quod duo accidentia vel
reſpectiua, vel ſpiritualia eiuſ
dem ſpeciei poſſunt eſſe in eo
dem, quoniam falſum dicunt.
Eadem ſiquidē ratio militat cō
tra omnia accidentia abſoluta,
& reſpectiua, materialia & ſpi
ritualia, quoniā ex eo, in quo
omnia cōmunicant procedit,
ſcilicet ex numeratione accidē
tis ad numerationem ſubiecti.
Si enim accidētia eiuſdem ſpe
ciei ſunt in vno, & eodem ſe-
quitur, ergo non ſunt plura, &
ſi ſunt plura ſolo numero. er-
go non ſunt in vno, & eodem.

Vide auctorē ſup 1. partē quæſti. 76. artic. 3.

¶Dicendum eſt igitur quod
huiuſmodi ſpecies ſunt quæ-
dam res, & ſunt intentiones
rerum, ſpecies enim Sortis in
ſpeculo, & res quædam eſt, &
intentio repreſentatiua ſortis,
& quod inquantum res cedunt
in idētitatem numeralem ſicut
calidum ſuperueniens calido,
inquantum verò intētiones ſic
diſtinguntur habitudinis ad di
uerſa, quorum ſunt repreſen-
tatiuè; Nec ex hoc ſequitur
corruptum remanere idem nu
mero ſecūdum id: in quo cor-
ruptum eſt, ſed ſecundum id,
quod in corruptū manſit Ma-
nifeſtê nanque fatemur quum
calor remiſſus eſt à ſex ad qua
tuor gradus, quod idem nume-
ro calor corruptus ſecundum
aliquid remanſit ſecundum ali
quid, ita quod ly aliquid, & a-
liquid cedebant in identitatem
veram realem numeralem, pro
portionaliter dicito in propo-
ſito, quum dicitur corrupta v-
na albi ſpecie, coalbi ſpeciem
remanſiſſe, habent enim ſe in-
quantum res proportionaliter
vt intenſum & remiſſum, quan
uis vt intentiones ſunt intēſio
res intentiones non ſint.

¶Circa quæſtionem vltimā mō
tam ab Ariſt. ipſa quæſtio diſ-
cutienda occurrit, quid ſcilicet
eſt odorare prẹter pati ab odo
re: & ſimiliter videre præter pa-
ti à colore, & ſi de alijs. Vide-
tur enim ſatis puerilis reſpōſio
Ariſtot. quum dicit quod eſt
odorem ſentire.

Text. 127.

¶Ad euiden-
tiam huius difficultatis opor-
tet eleuare mentem in altiorem
rerum ordinem quā natura ſit,
anima enim ſenſitiua vt ſic, quo
niam vltima eſt inter ſubſtan-
tias cognoſcitiuas in ipſo ge-
nere cognoſcitiuorum clau-
ditur, retinetq; naturam ſui ge
neris quamuis infimè. In hoc
quod ſubſtātia eſt nata eſſe nō
ſolum ipſa, ſed alia, hoc enim
omni

omni cognoſcitiuo commune eſt, immo aut cõſtitutiuum eſt ſubſtantiæ cognoſcitiuæ, aut cõſequens eius conſtitutiuũ. Et quoniam non poteſt anima ipſa exiſtens eſſe ſenſibilia ſecũdum eſſe materiali eorum oportet ipſam eſſe talis naturæ: vt eſset alia ſecundũ eſſe ſine materia, & quoniam non habet in ſe anima congenitas ipſas ſenſibilium ſpecies ſine materia, oportet ipſam eſſe paſsiuam ab habentibus ipſas vt ſic fieret, & eſſet ipſa ſenſibilia ſicut intellectus intelligibilia, lõge tamen minore vnitate, eſt enim ſenſus exterior diminuta valde participatio vis cognoſcitiuè, vt remotiſsima eius diſtãtia ab intellectu teſtatur. In hunc ergo ordinem ſiquis non aſcendit, de ſenſu velut de natura iudicabit, putabitq; proinde ſenſum pati à ſenſibili, ſicut aquã ab igne quum calefit, ſentireq; proinde actionem eſſe ſenſus, ſicut calefactionem aquæ calidę, & alia huiuſmodi, quæ licet ad nouitiorum forte manuductionem introducta fuerint à veritate tamen abducunt niſi exemplariter intelligantur.

Vide auctorẽ ſup 1. partem. q. 79. art. 1.

¶Scito igitur quod pati à ſenſibili contingit tripliciter, materialiter, intentionaliter, & ſenſibiliter, verbi gratia, dum manus iuxta ignẽ ponitur eſt ibi paſsio materialis; qua manus fit calida, eſt & intentionalis, qua organum tactus ſuſcipit ſpeciẽ calidi ſine materia, eſt & ſenſibilis, qua ipſe ſenſus ſuſcipit calidum, vt ſenſatum recipitur in ſenſu: Et quod quidem inueniãtur iſtę tres paſsiones ex ſeparatione earũ patet: prima enim & ſecunda manifeſtè ſeparantur ab inuicem, ſecunda autem ſeparari à tertia manifeſtat & medium patiens ab obiecto intentionaliter, & non ſenſibiliter, manifeſtat, & organũ affectum quandoq; intentione abſque ſenſatione, vt patet quum aliquis aliis intentus ſonos iuxta ſe factos non percipit. At ſi forte tria hæc afferas, ſed paſsionem eſſe tertium negaueris, memento quod ſenſus potentia eſt reducenda ad vigiliã ab obiecto & quod ipſa vigilia eſt actus ab obiecto: vt Ariſt. dixit ponendo differentiam inter ſcientiam & ſenſum & infra text. 139. dicet quod auditio eſt paſsio à ſono, & viſio paſsio à viſibili. Differunt autẽ hæ paſsiones in hoc quod primæ duę attendũtur penes inhærentiam formæ in ſubiecto, in quo recipitur. Tertia autẽ non ſed penes informationem cognoſcẽtis à cognoſcibili vt ſic, & propterea ipſum ſentire eſt recipere ſenſibile ſenſibiliter. Tunc enim tantum recipit ſenſus ſenſibiliter quum ſentit & econuerſo tunc tantum ſenſibile ſenſibiliter recipitur quã ſentitur,



ſentitur, quoniam tunc tantum ſenſibile habetur à ſenſu, vt ſenſatum à ſentiente, ipſa igitur paſsio ſenſ⁹ à ſenſibili ſenſibiliter eſt ſenſatio, & eſt ſenſum eſſe ſenſibile.

¶Et hoc forte intendebat Ariſtot. ponendo differentiam inter paſsionem medii & ſenſus, dum dicit quod odorare præter pati ab odore eſt odore ſentire, quaſi diceret eſt odore ſẽſibiliter pati, ſentire enim, & pati ſenſibiliter idem eſt.

¶Nec ex his mot⁹ imponas mihi, quod ponam ſenſum concurrere purè paſsiuè ad ſenſationẽ, oppoſitum enim ſentio, ¶Quum intueor enim in mẽte ſcientis duo actiuè concurrentia ad conſiderationem actualẽ ſecundum illam ſcientiam, ſcilicet actualitatem quandam intellectus ſcientis velut quandã vim, & ſcibile præſens medio modo inter potentiam & actũ, & atttendo quod quæ ſunt vnita in ſuperiori inueniuntur diſperſa in inferiori, puto quod hinc ſenſus, vis media, vt dictũ fuit. Inde ſenſibile medio modo inter potentiam & actum in medio receptum actiuũ fit ſenſationis, ſic quod occurrentib⁹ ſibi inuicem ſenſu cum tali vi, & medio ſic habente præſentiam ſenſibilis fit in ſenſu paſsio intentionalis per modũ vigiliæ, & non per modum ſomni, in hoc enim differt ſpecies ſenſibilis à ſpecie intelligibili. In hac autem paſsione intentionali per modum vigiliæ ipſius ſenſ⁹ includitur paſsio ſenſibilis ſenſibiliter, quæ eſt ſentire, quæ nõ includitur in paſſione intentionali organi à medio. Et quoniã huiuſmodi recipere, ſcilicet ſenſibiliter nõ ſufficienter inferri poteſt à ſenſibili etiã in medio, & organo poſito, oportet vim ſenſus coagere, & actiuitatem quidem ſenſus ſatis dixit Ariſt. quum animam poſuit actiuam alterationis ſecundũ ſenſum, & ſenſum potentiam poſuit vt ſcientiam, obiecti autem & ſi pluries explicauerit, nunc tamen hic modum concurſus explicat ſcilicet, quod obiectũ in medio eſt cauſans ſenſationem immediatè ponendo differentiam inter paſsionem ſenſus & medii, in hoc quod ſenſus patiendo fit ſentiens, aer autẽ fit mox ſenſibilis, id eſt, immediatum ſenſibile quod eſt eſſe ſenſationis efficiens. At ſi hæc dicta minus tibi clara ſunt ex dictis in quæſt. 14. ſuper prima parte articul. 1. percipies clarè, &c.

auctor ſup. 1. part. q. 14. arti. primo.

## DE NVMERO SENSVVM.

### Capitul. XII.

Cõmẽ. 128.

QVod autem nõ ſit ſenſus alius pręter quinque

que. Dico autẽ hos viſum, auditum, olfatum, guſtum tactũ, ex his credet aliquis. Si enim omnis, cuius eſt ſenſus tactus, & hunc ſenſum habem⁹. Omnis enim tangibiles inquantum tangibiles paſsiones tactu nobis ſenſibiles ſint. Neceſſe eſt ſiquidem deficit aliquis ſenſus, & organum aliquid
Cōm̄e. 126. nobis deficere. ¶ Et quęcũque quidem ipſi tangentes ſentim⁹ tactu ſenſibilia ſũt quem exiſtimus habentes. Quicunque vero per media, & non ipſa tangentes ſimplicibus. Dico autẽ vt aere & aqua, habent autem ſic vt ſiquidem per vnum plura ſenſibilia exiſtentia altera ab inuicem genere, neceſſe habẽtem huiuſmodi ſenſitiuum, vtrorunque ſenſitiuũ eſſe, vt ſi ex aere eſt ſenſitiuũ, & eſt aer medium ſoni & coloris. Si vero plura eiuſdem ſint vt coloris, & aer & aqua: vtraque enim diaphana, & qđ alterum ipſorum eſt habẽs ſolum ſentiet id, quod per vtraque, aut quod ab am-
Cōm̄e. 130. bobus. ¶ Simplicium autẽ ex duobus his ſenſitiua ſolum ſunt ex aere & aqua. Pupilla quidem enim aquę auditus vero aeris, olfatus autem horum alterius eſt. Ignis autem aut nullus eſt, aut communis omnibus. Nihil enim ſine calore ſenſitiuũ eſt. Terra vero aut nullius eſt, aut in tactu maximè miſcetur, vnde relinquitur nullum eſſe ſenſitiuum extra aerem, & aquá.
¶ Hæc autem, & nunc qua- Cōm̄e. 131.
dam habent animalia, omnes igitur ſenſus habentur à non imperfectis neque orbatis. Videtur enim, talpa, ſub pelle habens oculos.
¶ Quare ſi non alterum ali Cōm̄e. 132.
quod eſt corpus, & paſsio, quæ nullius eſt eorum, quę ſunt hic corporum, neque vnus vtiq; deficiet ſenſus.
¶ At vero neque cõmuniũ Cōm̄e. 133.
poteſt eſſe ſenſitiuum aliquod proprium quæ vnoquoque ſenſu ſentimus, non ſecundum accidens vt motus, ſtatus, figuræ, magnitudinis, numeri vnius. Hæc.n. omnia motu ſentimus vt magnitudines motu, quare & figuram. Magnitudo enim quædam & figura eſt. Quieſcens autem in eo quod non mouetur. Numerus vero negatione continui & proprij: vnuſquiſq; enim vnũ
Cōm̄e. 134. ſentit ſenſus. ¶ Quare maniſeſtum eſt, quoniam impoſsibile eſt cuiuslibet proprium ſenſum eſſe horum vt motus. Sic enim erit ſicut nunc viſu dulce ſentimus. hoc autem eſt, quoniam amborum habentes exiſtimus ſenſum, quo cũ conciderit, cognoſcimus. Si vero non, nequaquam vtique, ſed aut ſecundum accidens ſentiebamus, vt Cleonis filium, non quia Cleonis filius eſt, ſed quoniam albet. Huic autem accidit filius Cleonis eſſe. Communium autem habemus iam ſenſum communem non ſecundum accidens. Non igitur eſt proprius. Nequaquam enim vtique ſentiremus, ſed aut ſic, ſicut dictum eſt: Cleonis filium nos videre. ad inuicem enim propria ſecundum accidens ſentiunt ſenſus. nõ ſecundũ ꝙ ipſi ſunt, ſed ſecundũ quod vnus cũ ſimul fiat ſenſus in eodem, vt colera quidem amara & rubicunda. Non enim alterius dicere quod ambo vnum propter quod & decipitur. Quod ſi ſit rubicundum, colerá opinatur
eſſe. ¶ Inquiret autem ali- Cōm̄e. 135.
quis, cuius cauſa plures habemus ſenſus, ſed & non ſolum vnum, aut quatenus minus lateant conſequentia & communia, vt motus, & magnitudo & numerus. Si enim eſſet viſus ſolus, & ipſe albi laterent vtique magis, & viderentur eſſe idem omnia, propter id quod cõſequuntur ſe ad inuicem ſimul color & magnitudo. Nunc autem quoniam in aliquo ſenſibili communia ſunt: manifeſtũ facit quod aliud quidem vnumquodque ipſorum eſt.

¶ Summa huius capituli hæc eſt.

NOn eſt ſenſus præter quinq; viſum, auditum, &c. Probatur dupliciter, primo reſpectu ſenſibiliũ pro

priorum ſic. Si omnis ſenſibi
lis ſenſu tactus ſenſus habe-
tur, neceſſe eſt ſi deficit ali-
quis ſenſus, ꝙ deficiat etiã ali-
quid organũ, ſed nullũ organũ
deficit animalibus non imper
fectis neq; orbatis, ergo nullus
deficit ſenſus, antecedens pro
batur, quia oẽs tangibiles paſ-
ſiones inquãtũ hmõi tactu no
ſtro ſẽſibiles ſunt. Deſtructio
verò conſequentis illatæ con
ditionalis probatur, ad ſenſibi
lia tangendo habemus tactum,
ad ſenſibilia per media habe-
mus ſimplicia, ergo nullum no
bis deficit organum, huius aſ-
ſumpti: ſecunda pars primo de
claratur quo ad modũ habẽdi:
deinde probatur, declaratur
quidẽ, ꝙ quum ſimplicia dupli
citer ſe habeant. ſ. ꝙ aut per
vnum plura, aut per plura vnũ
ſentiantur. Ad hoc tamẽ quòd
aĩal illa ſentiat ſufficit habere
vnũ: probatur verò quia ſolũ
aer & aqua inter ſimplicia con
ſtituũt ſenſitiua, & cõſtat quæ
dam animalia hæc duo habere,
aſſumptũ hoc vltimum manife
ſtatur inductiuè, quia pupilla
eſt aquæ, auditus aeris, olfatus
horum alterius: ignis aut nul-
lius, aut cõmunis omnibus pro
pter calorẽ: terra verò maxi-
mè tactui miſcetur. Secundo
probatur principalis cõcluſio
reſpectu ſenſibilium commu-
nium ſic: ſenſibilia communia
ſentiuntur non ſecũdum acci
dens, ſed motu: ergo impoſsi-
bile eſt reſpectu eorum eſſe
aliquem proprium ſenſum: ac-
cidens probatur inductio-
ne ſic magnitudinem ſentimus
motu, ergo figuram, quia mag-
nitudo quædam eſt, quietẽ ne
gatione motus, numerum ne-
gatione continui & proprij.
Vnuſquiſq; enim ſenſus vnũ
ſentit, &c. conſequentia vero
probatur ex oppoſito conſe-
quẽtis: quia. ſ. ſi eſſet reſpectu
eorũ aliquis ſenſus proprius,
aut ſentiretur per accidens ſi-
cut dulce viſu, aut ſicut Cleo-
nis filius, & patet ſequela pri-
mæ partis, quia ad inuicẽ pro-
pria ſecundũ accidẽs ſentiunt
ſenſus ꝑpter cõcurſus eorũ.

Cuius cauſa plures habe- Quæſ.
mus ſenſus. Rñſio.

Quatenus minus lateant cõ
ſequentia & cõmunia. Manife
ſtatur reſponſio, quia ſi eſſet
ſolus viſus & ipſe albi, vide-
rentur idem omnia propter cõ
comittantiam, nunc autẽ quia
in aliquo alio ſenſibili ſenti-
tur magnitudo & non color:
manifeſtum fit ſenſui quòd di
uerſa ſunt, &c.

Series autem hæc eſt.

TRactat duo primo
non plures quãq;,
ſecundo quòd plu Text.
res vno. 129.
Circa primam rationẽ aduer
te



te quòd illa ratio vt probabilis
magis quam neceſſaria inducta
eſt, vt patet. Tum ex eo quòd
ſub credulitatis nomine intro
ducta eſt. Tum ex eo quòd ſen
ſitiua ex duobus tantum con-
ſtare ſimplicibus non conuin-
citur, ſed ex ſenſibus quos ha
bemus inſinuatur. Tum ex eo
quod nos habere illa duo ſim-
plicia omni modo & diſpoſi-
tione, quo poſſunt eſſe orga-
na: non eſt probatum, propo-
ſitio enim dicens quod habens
vnum ſimplex poteſt ſentire
omnia, quæ per illud ſimplici-
ter ſentiri poſſunt nõ intelligi
tur abſolutè, alioquin habens
auditum & viſum tantum ſen-
tire odores, quia habet aerem
& aquam, quorum alterius eſt
olfatus, ſed intelligitur cum ta
li modo. Habens enim aerem
ſic diſpoſitum poteſt audire &
nõ habens aerem abſolute, &
ſic de alijs, &c.

Circa eandem rationem diſ
cutiendum forte alicui videre
tur, quomodo organa ſenſuum
attribuuntur elementis, & qđ
cuique, & quare, necnon quo
pacto his dictis conſonent tra
dita in de ſenſu & ſenſato.
Sed quoniam ſtatui tãtum mo
rari in locis proprijs, idcirco
differendum hoc puto vſq; ad
illum locum.

Circa dicta in ſecunda ra-
Text. tione recolito ſuperius dicta
133. quomodo. ſ. ſenſibilia commu
nia moueant ſenſus, & hoc per
cipies. Illud tamen aduerte ꝙ
numerũ dupliciter ſentiri hic
dicitur, primo negatione con
tinui: ſecundo negatione pro
prij non ſenſibilis, ſed requiſi
ti ad obiectum ſenſibile, id eſt
vnius, & hoc inſinuat cõtinua
tio cauſalis litteræ dũ ſubiun-
git. Vnuſquiſque enim ſenſus
ſentit vnum, ita ꝙ reddidit cau
ſam, quare numerus ſentitur,
tanquã. ſ. propria obiecti con
ditio. Vnica enim ſenſatio ad
vnũ tendit, & propterea dum
ſenſus plura ſentit negatione
vnius ſenſati plura percipit, &
hoc maxime apparet inueniri
in olfatu & auditu, quibus nõ
ſic ſentire videmur quantita-
tem continuam permanentem
& eius negationem, &c.

## DE SENSV ſenſationis.

### Capitulum. XIII.

QVoniam autem Cõmẽ.
ſentimus qđ vi- 136.
demus & audi-
mus, neceſſe eſt
aut viſu ſentire, quia videt,
aut altero. Si autem alte-
ro, aut ipſo erit, quia videt,
aut altero. Sed idem erit
viſus & ſubiecti coloris,

quare aut duo eiuſdem erunt, aut idem eiuſdem. Amplius autem ſi & alter ſit viſus ſenſus, aut in infinitum procedet, aut aliquis ipſe ſui ipſius erit iudex, quare in primo hoc faciendum eſt.

Cōmē. 137. ¶ Habet autem dubitationem, ſi enim viſu ſentire videre eſt: videtur autem color, aut habens hunc, ſi videbit aliquis quod eſt videns, & colorem habebit primum videns.

Cōmē. 138. ¶ Manifeſtum igitur quoniam non eſt vnum omnino viſu ſentire. Et nanque cum non videmus viſu diſcernimus & tenebras & lumen, ſed non ſimiliter. Amplius autem & videns tanquam coloratum eſt, ſenſitiuum enim ſuſceptiuum eſt ſenſibilis ſine materia vnumquodque. vnde & abeuntibus ſenſibilibus inſunt ſenſus & phantaſiæ, quibus ſentiunt. Senſibilis autem actus & ſenſus idem eſt vnus. Eſſe autem ipſorum non idem. Dico autem vt ſonus ſecundum actum, & auditus ſecundum actum. Eſt enim auditum habentia non audire, & habens ſonum non ſemper ſonat. Cum autem operetur poſsibile audire, & ſonet poſsibile ſonare, tūc ſecundum actum auditus ſimul fit, & ſecundū actum ſonus. Quorū dicet vtique aliquis: hoc quidē auditionem eſſe, hoc vero ſonationem.

Cōmē. 139. ¶ Si igitur eſt motus & actio & paſsio in eo qđ agitur, neceſſe eſt & ſonū & auditum qui ſecundum actum in eo quod eſt ſecūdum potentia eſſe. Actiui enim & motiui actus in patiente fit. vnde nō neceſſe eſt mouens moueri. Sonatiui quidem igitur actus, aut ſonus ſonatio eſt. Auditiui autem aut auditus auditio eſt. Dupliciter enim auditus & dupliciter ſonus.

Cōmē. 140. ¶ Eadem autem ratio eſt & in alijs ſenſibus & ſenſibilibus. Sicut enim actio & paſsio in patiente, ſed non in agente, ſic & ſenſibilis actus & ſenſitiui in ſenſitiuo eſt. Sed in quibuſdam quidē & nominatum eſt, vt ſona-



ſonatio & auditio. In quibuſdam autem non nominatum eſt, ſed alterum, viſio enim dicitur viſus actus. Quæ vero eſt coloris non nominatum eſt. Et guſtatiui guſtus eſt. humoris autem non nominatum eſt.

Cōmē. 141. ¶ Quoniam autem vnus quidem eſt actus ſenſibilis & ſenſitiui: eſſe autē alterum eſt, neceſſe ſimul corrumpi & ſaluari, ſicut dictum eſt, auditum, & ſonum, & humorem: igitur & guſtum & alia ſimiliter. Dicta autem ſecundum potentiam non neceſſe eſt.

Cōmē. 142. ¶ Sed priores philoſophi hoc non bene dicebant nihil opinantes, neque albū, neque nigrum eſſe ſine viſu, neque humorem ſine guſtu. Sic quidem enim dicebant recte: ſic autem non recte. Dupliciter enim dicto ſenſu & ſenſibili: his quidem ſecundum potentiam, illis vero ſecundum actum. De his quidem accidit quod dictum eſt, ſed in alteris non accidit. Sed illi

Cōmē. 143. ſimpliciter dicebant de dictis non ſimpliciter. ¶ Si autē ſymphonia vox quædam eſt, vox autem & auditus eſt ſicut vnum, & eſt ſicut non vnum aut idem, proportio autem eſt ſymphonia, neceſſe eſt & auditum rationem quandam eſſe. Et propter id corrumpit vnumquodque excellens acutum & graue auditum, & in humoribus guſtum, & in coloribus viſum, fortiter fulgidum & opacum, & in olfactu fortis odor, & dulcis & amarus tanquam ratio quædam ſit ſenſus. vnde & delectabilia quidem ſunt, dū dicuntur ſincera & mixta entia ad rationem, vt acutum, aut dulce, aut ſalitum Delectabilia enim tunc. Omnino autē magis quod mixtum eſt ſymphonia, quam acutum & graue. Tactus autem calefactibile & frigorabile, ſed ſenſus ratio eſt. Excellentia autem contriſtant, aut corrumpunt.

¶ Summa huius capituli hæc eſt.

Propoſitio. NEceſſe eſt ſentire ſe videre aut viſu aut altero ſenſu, probatur primo diſiunctiua, quia ſentimus quod videmus & audimus: deinde arguitur, ꝙ non altero dupliciter: primo, quia aut illo altero ſentiemus vidẽdo aut non, ſed omnino altero. Si primũ, ille alter ſentiret viſionem & colorem: ergo aut duo ſenſus erunt eiuſdem obiecti, aut idem eiuſdẽ. Secundò, quia aut procederetur in infinitum, aut aliquis erit iudex ſui ipſius: ergo ſtandum erat in primo. Deinde arguitur quòd non viſu, quia ſi aliquis ſentit viſu ſe videre, ergo videbit ſe videre: ergo primum videns eſt coloratum. prima conſequentia probatur, q̃a ſentire viſu eſt videre: ſecũda verò, q̃a quicquid videtur eſt color aut habens colorẽ. Denique ſoluitur hæc vltima argumentatio dupliciter: primò, q̃a ſentire viſu non eſt omnino vnũ, quod probatur, quia quũ non videmus viſu, ſentimus tenebras: ſecundò, quia primum videns eſt tanquã coloratum. quod probatur, quia ſenſitiuũ ſuſceptiuum eſt ſenſibilis ſine materia: & manifeſtatur, quia abeuntibus ſenſibilibus inſunt ſenſus & phantaſiæ.

1. concluſio. Actus ſenſibilis & ſenſus vnus idem eſt: eſſe autem ipſorum, non eſt idem, declarantur primo termini, ſcilicet ſenſibile & ſenſus diſtinguuntur in actum & potentiam, & de eis in actu intẽditur, probatur deinde concluſio, quia ſi motus actio & paſsio eſt in eo quod agitur, neceſſe eſt ſonationem & auditionem eſſe in eo quòd eſt in potẽtia, id eſt, audiente: antecedens probatur, quia actiui & motiui actus in patiente fit: quod manifeſtatur ex effectu: quia ſcilicet, non eſt neceſſe omne mouens moueri: cõſequentia vero probatur quia ſicut actio & paſsio in patiente eſt & non in agente, ſic ſenſibilis & ſenſitiui actus in ſenſitiuo, &c.

Neceſſe eſt ſimul corrũpi & ſaluari ſenſum & ſenſatum in actu, non autẽ in potentia, probatur primo, quia vnus eſt act⁹ vtriuſq;, deinde arguuntur de hoc antiqui quia, &c. 2.

Antiqui nõ rectè dicebant nihil album ſine viſu, &c. probatur, quia ſimpliciter loquebantur de non ſimpliciter dictis, & ſic vere ſecũdum actũ, ſcilicet, ſic autẽ, ſcilicet, ſecundum potentiam falſæ inuẽtis. Corol.

Auditus ratio quædam eſt, & propterea excellens ſenſibile corrumpit ſenſum, probatur pars prima ſic, vox eſt quædam ſymphonia & conſequenter proportio, ergo auditus eſt quædam proportio, probatur ſequela, quia vox & auditus quodammodo ſunt vnum. Secũda pars vero probatur, quia medium eſt magis ſymphonia ſiue proportio quàm extrema. Et manifeſtatur, quia mixta ſenſibilia magis delectant ſenſus, vt patet inductiue, &c. 3.



Series autem, hæc eſt.

PRopoſita quæſtione neceſſaria & propter ſe, & propter inueſtigationẽ ſenſus communis prima concluſione intendit ipſam ſoluere, & ex eadem prima cõcluſione ſecundam & tertiam manifeſtè deducit, &c.

## ¶ V. Quilibet ſenſus ſentiat ſuam ſenſationem.

Text. 136. ¶ Circa ſolutionem quæſtionis propoſitæ aduerte, ꝙ licet Ariſt. dum inſolutas relinquit rationes inferentes, quòd nõ ſentimus altero ſenſu nos videre, & rationem concludentem, ꝙ non ſentimus hoc viſu ſoluit: inſinuet quòd declinat in hanc vltimã partem, ſcilicet quòd quilibet ſenſus ſentit ſe ſentire: tacuit tamen deciſionem explicitè, quia hæc perceptio nõ perfectè videtur cõuenire ſenſui primo abſolute, ſed vt iũgitur ſuo principio. ſ. ſenſui cõmuni, propter quod in de ſomno & vigilia negatur ꝙ viſus videat ſe videre. Non ſatis tamen facit hic hoc, niſi quo modo & quare hoc accidat exprimatur, & propterea ſubiũxit illã concluſionẽ primam. ſ. quòd idẽ eſt actus ſenſibilis & ſenſus in actu. Ex hac. n. propoſitione & veritas huius, & aliarum duarum quæſtionũ in littera redditur, ſed aliarum explicite, huius autem implicitè vt ſapientibus tantum pateret. Ex hoc igitur, quòd actio ſenſibilis & paſsio ſenſus ſunt idem: & paſsio ſenſus eſt ipſa ſenſatio, & actio ſenſibilis manifeſte ſentitur: ſequitur quòd ſenſatio ipſa ſentiatur. Quum enim aliquis audit: manifeſtè ſentit ſonum immutantem auditum ipſius audiẽtis, alioquin non audiret: audire autem ſonum immutantem eſt ſentire actionem ſoni, & ſi actio ſoni eſt in audiente, & eſt idem cũ auditione, ſequitur quòd ſentiendo ſonũ immutantem. i. ſonũ in actum, ſentit ſuam paſsionem, quod eſt ſentire ſuam auditionem. ¶ Et ſcito nouitiæ quòd quum dicimus, quòd quilibet ſenſus ſentit ſuam ſenſationem vel actionem obiecti, non eſt ſermo, niſi quoad quæſtionem an eſt, nihil enim aliud intendimus niſi quòd ſentimus, quòd immutamur à ſono à lumine, &c. Nomine autem ſonationis non intelligas percuſsionem corporum ſonantium, ſed actionẽ ſoni in

auditum. ¶Et ſi hæc diligenter
contemplatus fueris, ceſſabunt
corã te omnes obiectiones in-
ferentes quod ſenſatio nõ ſen
titur, quia ſenſus non reflecti
tur ſupra ſe, & quia aut eodem
aut alio actu & ſemilia, hæc e-
nim omnia procedunt ex ma-
lo intellectu, credunt quod di-
camus viſum ſentire ſuam vi-
ſionem vt obiectum, ſeu vt rẽ
viſam ſicut intellectus intelli-
git ſuam intellectionem vt rem
intellectam, quòd nec ſomnia-
uimus, ſed dicam⁹ quod viſus
ſentit quod videt, quòd vt di-
ctum eſt, pertinet ad quæſtio-
nem an eſt, & hoc non aliter
quam non vidẽdo ſentit ſe nõ
videre in tenebris, eadẽ enim
ratione videns ſentit ſe videre
qua non vidẽs in tenebris ſen
tit ſe non videre, nec refert an
videre ſit ipſa paſsio ab obie-
cto, nam ex quo ipſa paſsio
formaliter, aut cauſaliter eſt
ſenſatio quo ad quæſtionẽ an
eſt, mutuo ſe conſequũtur, &
æquiualent, &c.

Vide auctorẽ ſup. 1. partẽ quæſt. 79. ar. 2. & ſuperius in capi. de ſẽſu incommuni. Text. 143.

¶Circa eandem quæſtionẽ du
biũ de actione & paſsione quo
modo diſtẽt, & in quo ſint, ad
3. phyſicorum remittatur.

V. Excellens ſenſibile ſen-
ſum corrumpat.

¶Circa vltimam concluſionem
quo ad ſecundã partẽ quæſtio
occurrit ſoluẽda ſuperiùs mo
ta, quomodo ſcilicet, & quare
excellens ſenſibile corrumpit
ſenſum & organum. Sciendum
eſt igitur ſenſus organũ, & ſen
ſum in actu conſiſtere in pro-
portione ad propriũ ſenſibile,
ſecundũ certã ſui latitudinẽ, &
propterea vtrumq; corrũpitur
ab excellenti ſenſibili. Decla-
ro ſingula, & primo ꝙ ipſum
ſenſibile conſiſtat in propor-
tione ſeu in certa latitudine,
hoc enim in littera manifeſta-
tur ex vno ſenſibili ſcilicet ex
voce, quia ſimphonia quædam
eſt, & vniuerſaliter poteſt ex
effectu in littera poſito proba
ri ſic. Obiectũ ſecundũ extre
ma contriſtans, & ſecundũ me
dium delectant ſenſum nõ eſt
obiectũ cõnaturale tali poten
tiæ niſi ſecundũ medium. Sed
ſenſibile proprium quodlibet
ſecundũ ſui excellentiã con-
triſtat aut deſtruit ſenſum, ſe-
cundũ vero ſui cõmixtionem
parit operationẽ ſenſ⁹ delecta
bilem, ergo obiectũ proprium
cuiuſq; ſenſus conſiſtit in qua
dam ſui latitudine ſeu propor
tione ſeu mixtione. Maior eſt
euidens ex eo, ꝙ delectatio cõ
ſequitur opus naturale, & tri-
ſtitia innaturale, minorẽ expe
rientia teſtatur, vt patet indu-
ctiuè in littera. Quia igitur ob
iectũ proprium cuiuſq; ſenſus
velut ſimphonia quædã eſt ſen
ſus in actu proportio quoque
quædam eſt nam ſenſus in actu
conſiſtit in pati à ſenſibili, ſic





quod ſit ipſi ſenſibili ſimilis,
imò vnus atque idem eſt actus
ſenſus in actu, & ſenſibilis in
actu. In quali ergo proportio
ne conſiſtit obiectum, vt con-
naturale ſenſibile in ſimili cõ-
ſiſtit ſenſus in actu. Et ſic pa-
tent duo, & qđ qualis ſenſibi-
lis non ſecundum totam ſui la
titudinem, ſed ſecundum ali-
quantam ſui latitudinem ha-
bet rationem, & denominatio-
nẽ naturalis ſenſibilis, & quod
ſenſus in actu in ſimili propor
tione ad huiuſmodi ſenſibile
conſiſtit. De organo vero ſen-
ſus Ariſtoteles ſuperius in te-
xtu. 122. quaſi ex differentia
inter ipſum, & magnitudinem
& potentiam ſenſitiuam intu-
lit, quod proportio ſeu ratio
quædam eſt, & propterea in-
tulit quod corrumpitur ab ex-
cellenti ſenſibili. Sed quo-
niam nulla hoc ibi ratione fir-
matur, poteſt ratio hinc ſumi,
quum ſit propter actum, & nõ
êconuerſo, & actus propter
quem eſt organum, ſit ſentire,
& ſentire conſiſtit in ſimpho-
nia ſeu proportione quadam
per modum actus ſecundi, con
ſequens eſt quod organum ip-
ſum conſiſtat in proportione,
& ſimphonia quadam per mo-
dum actus primi, ſicut quia ſo
nus citharæ conſiſtit in qua-
dam conſonantia actuali per
modum vigiliæ, conſequens
eſt quod fidas citharæ conſi-
ſtãt in quadam ſimphonia per
modum actus primi. Et ſic ma
nifeſtum ſit quod organum a-
ctus: & obiectum in propor-
tione quadam conſiſtunt, &
ab inuicem ſibi reſpondent. Et
propterea ſi obiectum excel-
lit proportionem qua menſu-
rari naturaliter debet ſenſui
in actu, & organo: triſtitia, &
corruptio denique accidit.
Vnde ſenſibile excellens cor-
rumpere tam ſenſum quam or-
ganum non per accidens ſed
per ſe verificatur, ita quod in-
quantum excellenti ſenſibilita
te agit cõtriſtat, & corrumpit.
¶Ad primam ergo obiectio-
nem contra rationem allatam
iam dictum eſt, quod nec quia
organum conſiſtit in propor-
ne ſui ſenſibilis nec quia orga-
num conſiſtit in quadam pro-
portione, ſed quia organum
cõſiſtit in proportione ad pa-
tiendum à certa latitudine ſui
ſenſibilis, ideo ab excellenti
ſuo ſenſibili, vt ſic corrum-
pitur, tali enim proportio-
ni talis excellentia contraria-
tur.

Rationes in oppoſitum vide ſicut capitu. 11. tex. 123.

¶Ad primam autem obiectio-
nem contra ſuppoſitam con-
cluſionem, ſcilicet, quod ex-
cellens ſenſibile, vt ſic corrum
pit ſenſum, & organum dicitur
quod mutatio intẽtionalis ſim
pliciter, & abſolutè loquen-
do eſt ſalus, & perfectio, & nõ
corruptiua: mutatio tamen in-

tentionalis excellens eſt corruptiua,&c. Differentia nanque inter alterationem corruptiuã & perfectiuam ſuperius in littera poſita cōſiſtit in hoc quod illa exigit corruptionem,vt patet inductiuè, & ex ratione, quia eſt de contrario in cōtrarium, iſta vero nullam exigendo corruptionem formam affert. Cum qua tamen differentia optimè ſtat quod alteratio perfectiua per accidens corrũpat, vt patet quum aliquid à vera in falſam opinionem mutatur ex falſa doctrina, doctrina enim non eſt corruptiua, niſi quia accidit inueniri contrariam opinionẽ in ſubiecto: ſic eſt in ꝓpoſito,actio enim ſenſibilis in ſenſum non eſt corruptiua niſi per accidens, quod eſt excellentia ſenſibilitatis in obiecto.

Ad ſecundam vero obiectionẽ dicendũ eſt,quod quantum noſtra habet notitia,ſenſus nō eſt genus ſubiectum vnius primæ contrarietatis ſecũdum totam ſuam latitudinem,ſed ſecũdum certam tantum latitudinẽ & propterea ab excellentia extra illam latitudinem poſita corrumpitur. Et quum contra hoc arguitur,quia ſequeretur quod vni⁹ contrarietatis eſſent duo genera ſubiecta, alterum reſpectu certè latitudinis,&alterum reſpectu excellentiæ,quod eſt impoſſibile. Reſpondetur ꝙ ſi tota latitudo illius contrarietatis eſſet naturaliter ſuſceptibilis, ratio concluderet ducendo ad impoſſibile prædictum, ſed in propoſito negatur quod tota latitudo proprij ſenſibilis vt ſic ſit naturaliter ſuſceptibilis. ¶Et ſi quæratur, quare eſt quod tota latitudo alicuius ſenſibilis proprij, verbi gratia, odoris, quũ dupliciter inueniatur, ſcilicet in eſſe naturali, & in eſſe intẽtionali in ſenſu, poteſt ſuſcipi ſecundũ totam ſuã latitudinem ſecundum eſſe materiale, omnes enim odoris ſpecies poſſunt inueniri intenſiſſimè in ſummo, & non poteſt ſuſcipi ſecundum totam latitudinem intentionalem ſenſibilem. Dicendum eſt,quod ratio diuerſitatis eſt, quia inuentio, & ſuſceptio ſecundum eſſe materiale eſt per modum naturæ, ac per hoc ſecundum naturam materiæ, buæ vda exiſtens ingenerabilis, & incorruptibilis omnium eſt capax. Intẽtio vero, ſuſceptio ſenſibilis in ſenſu eſt per modum animæ, ſuſcipitur enim ſenſibile in ſenſu vitaliter, ſentire enim viuere quoddam eſt, ac per hoc ſequitur naturam animæ, cui⁹ vires in proportione adeo conſiſtũt vt etiam ipſa non ſolum putata ſit harmonia. ſed ſecundum ipſius Ariſt: diffinitionem cō menſurata ſit perfectio corporis ex mille proportionib⁹ cō-

ſtan-



ſtantis, vt pote organici, cum proportione autem ſuſceptiui non ſtat extẽſio ad totam contrarietatis latitudinem. Signũ autem huius eſt quod tota latitudo ſenſibilis inuenitur intentionaliter in medio quod inanimatum eſt, & non recipit vitaliter, ſed ſequitur naturam. Ex hoc enim inſinuatur quod ex parte animę prouenit quod non tota latitudo ſenſibilis inueniatur ſenſibiliter. Dixi autem inquantũ noſtra habet notitia, quia ſi quis diceret, quod iuxta latitudinem ſenſibilis,puta odoris, inuenitur latitudo olfatus, ita quod nullus odor quantuncunque in ſummo excellit omnem olfatum, licet excellat iſtum vel illum. Et conſequenter quod non datur ſenſibile excellens ſenſum, ſed dicitur, & eſt excellẽs reſpectu iſtius & illius, propterea quod anima non eſt minoris ambit⁹ quam natura, diceret rem quidem conſonam rationi cōmuni, ſed ſenſuũ teſtimonio non comprobatam, ſine quo naturalis philoſophia in huiuſmodi ſpecialibus infirma eſt,&c.

## DE SENSV COMMVNI.

### Capitul. XIIII.

Cōmē. 144. VNuſquiſque quidẽ igitur ſenſus ſubiecti ſenſibilis eſt, qui eſt in ſenſitiuo inquantum ſenſitiuũ, & diſcernit ſubiecti ſenſibilis differentias vt albũ quidem & nigrum viſus, dulce vero & amarum guſtus. Similiter autem ſe habent hoc & in alijs. ¶Quoniam Cōmē. 145. autem album, & dulce & vnumquodq; ſenſibiliũ ad vnumquodque comparando diſcernimus, & ſentim⁹ quia differunt, neceſſe igitur ſenſu. Senſibilia enim ſunt. ¶Quare, & manifeſtum, Cōmē. 146. quoniam caro nō eſt vltimum ſenſitiuum. Neceſſe enim eſſet tangens ipſum diſcernens diſcernere. Neque vtique ſeparatis cōtingit diſcernere quod alterum ſit dulce ab albo, ſed oportet aliquo vno vtroq; manifeſta eſſe. Sic enim, & ſi hoc quidem ego, illud autem tu ſentis, manifeſtũ vtique erit, quoniam altera adinuicem ſunt. Oportet autem vnum dicere, quoniam alterum. Alterum enim dulce ab albo. Dicit ergo idem. Quare ſicut dicit ſic, & intelligit & ſentit. Quodquidẽ igitur non poſ-

ſibile

ſibile ſeparatis iudicare ſeparata palam. Quodautem neque in ſeparato tempore hinc habitum eſt. Sicut enim idem dicit quod alterum bonum & malum, ſic & quando alterũ dicit, quoniam alterum, tunc & alterum non ſecundũ accidens ipſum quãdo. Dico aũt puta nunc dico, quoniam alterum non tamen, quoniam nunc alterum. Sed ſic dicit & nunc, & quoniá nun c. Simul ergo, quare inſeparabile, & in inſeparabili tempore.

Cõmẽ. 147. ¶At vero impoſsibile eſt ſimul ſecundum contrarios motus moueri idẽ, aut indiuiſibile, & in indiuiſibili tẽpore. Si enim dulce ſit mouet ſenſum, aut intellectum, amarum autem contrariæ, & album aliter. Ergo ſimul quidem, & numero indiuiſibile, & inſeparabile quod iudicat. Secundum eſſe autem ſeparatum Eſt igitur quodammodo ꝙ diuiſibile diuiſa ſentit, eſt autemquod indiuiſibile. Secundum eſſe quidem enim diuiſibile, loco autẽ & numero indiuiſibile.

Cõmẽ. 148. ¶ Aut non poſsibile, potentia quidem enim idem, & indiuiſibile contraria, ſecundum eſſe autem non, ſed in operari diuiſibile, & impoſsibile eſt album, & nigrum eſſe ſimul. Quare neque ſpecies pati ipſorũ ſi huiuſmodi eſt ſenſus, & intelligentia. ¶Sed ſicut quod vocát quidam punctum, aut vnũ, aut duo, ſic & indiuiſibile. Secundum quod quidem igitur indiuiſibile vnũ diſcernens eſt & ſimul. Secundum vero quod diuiſibile bisvtitur eodem ſigno ſimul. Inquantum quidem igitur pro duob⁹ vtitur tertio, duo iudicat, & ſeparata ſunt vt in ſeparato. Inquantum vero vnum, vno & ſimul. De principio quidem igitur ſecũdum quod dicimus poſſe ſentire animal, determinatum ſit hoc modo.

¶Summa huius capituli hæc eſt.

1. cõcl. Q Vilibet ſenſus cognoſcit propriũ obiectum, & eius differentias diſcernit, declaratur inductiuè.

2. cõcl. ¶Neceſſe eſt ſenſu diſcernere diuerſorum ſenſuum propria ſenſibilia, probatur dupliciter primo, quia ſentimus quod hęc differunt: ſecundo, quia ſenſibilia ſunt.

3. cõcl. ¶Caro non eſt vltimum ſenſitiuum: probatur, quia ſi eſſet vltimum ſenſitiuum, ſequeretur quod diſcernens diuerſa propria ſenſibilia diſcerneret ea tangendo.

4. cõcl. ¶Separatis virtutib⁹ non contingit diſcernere huiuſmodi ſenſibilia, manifeſtatur primo, quia ſeparatę virtutes ſe habẽt vt duo homines: quorum neutrum conſtat poſſe diſcernere, probatur deinde, quia ſicut dicens differentiam inter aliqua eſt vnus, ita ſentiens, & intelligens eſt vnus.

5. cõcl: ¶Separato tẽpore nõ cõtingit huiuſmodi ſenſibilia diſcernere: probatur, quia ſicut dicens differentiam eſt vnus, ſic & tẽpus alietatis eſt idem, ita quod vnus nunc dicit quod nunc album eſt alterum à dulci.

obiect. ¶Impoſsibile eſt idem indiuiſibile, & indiuiſibili tẽpore moueri ſecundum contrarios motus, ſed motus ſenſibilium contrariorum ſunt contrarij, ergo, &c.

Reſp. prima. ¶Quod ſentit, & diſcernit eſt quodãmodo diuiſibile, & quodammodo indiuiſibile, numero quidẽ, & loco indiuiſibile, ſecundum eſſe vero diuiſibile, &c.

¶Impoſsibile eſt idem numero habere duo contraria actu, quãuis ſit poſsibile habere ea in potentia: vnde quum album & nigrum non poſsint ſimul eſſe actu: ergo nec ſpecies eorum pati, ſi huiuſmodi eſt ſenſus, & intelligentia. Reprobatio rñſiõis

¶ Diſcernẽs eſt ſic indiuiſibile & ſic diuiſibile, ſicut quidam dicunt, punctum vnũ aut duo, declaratur, quia ſecundũ quod indiuiſibile eſt diſcernens vnũ & ſimul, ſecundum quod diuiſibile bis vtitur eodem ſigno ſimili, & ſic inquantũ vtitur tertio pro duobus duo iudicat, & ſeparata ſunt vt in ſeparato, inquantum vero vnum vno, & ſimul. Altera reſponſio.

¶De principio ſecundũ quod dicimus ſenſitiuum eſſe animal determinatum ſit hoc modo, &c. Epilogus.

¶Series autem hæc eſt.

I Inueſtigaturus ſenſum cõmunem primis duabus concluſionibus proponit, vnde neceſsitas eſt inueſtigandi: In tertia vero excludit tactum. In quarta plures ſenſus proprios. In quinta oſtendit vnitatem temporis, ac per hæc habet ꝙ nullo ſenſu proprio, ſed vnica virtute & ſimul diſcerni-

ſcernimus hæc ſenſibilia. De-
inde obijcit contra & refert ſo
lutionem quam reprehendit &
ſuam demum ſolutionē ponit,
& ſic epilogat,&c.

Text. ¶Circa tertiam concluſionem
147. aduerte quod vltimi ſenſitiui
nomine intelligitur primū or-
dine generationis & perfectio
nis organum ſenſitiuum quòd
vocatum eſt vltimum ſenſitiuū
in terminando & perficiendo
ſenſationes, nulla enim perfici
videtur ſenſatio niſi terminata
ad hoc ſentiendi centrum.
Carnis autem nomine hic nihil
refert an intelligatur caro ipſa
an organum tactus quicquid
ſit illud. Ex hoc nanque con-
uincitur, quod tactus organum
nō eſt vltimum ſenſitiuū, quia
tangendo non diſcernimus ſen
ſibilia omnia, tactus enim or-
ganum non niſi tangendo diſ-
cretioni deſeruit, & vltimo ſen
ſitiuo omnia ſunt ſenſibilia diſ
cernenda,&c.

## V. Senſus cōmunis diuerſa ſenſibilia valeat ſentire, & diſcernere.

Text. ¶Circa quæſtionem motam ab
149. Ariſt. in littera duplex occur
rit dubium, primum circa pri-
mam reſponſionem, & ſecun-
dum circa ſecundam. Circa pri
mam quidem, quia ipſe Ariſt.
expreſſe in de ſenſu, & ſenſa-
to reſponſionem primam, quā
hic reprehendit, inter affirma-
tas reſponſiones ponit diffusê
proſequēdo illam: vt patet cir-
ca finem illius libelli,&c.

¶Circa ſecundam vero, quia ſi
oportet diſcretiuū contrario-
rum ſenſibilium eſſe plura in-
ſtrumentis vt centrum lineis,
falſum erit quòd in principio
capituli huius dictum eſt, & ex
perimur quod viſu diſcernam⁹
inter album & nigrum, quū vi
ſus non habeat hanc diuerſita-
tem, non ergo oportet ad hoc
quod diſcernat contraria, po-
nere ſenſum indiuiſibilem, &
ſic diuiſibilem,&c.

¶Ad vtriuſq; ambiguitatis eui
dentiam ſcito, quod licet ſenſi
tiuum iudicium de ſenſibilib⁹
diuerſorum ſenſuum conuin-
cat, quod oportet poni ſenſum
cōmunem: & huiuſmodi ſenſi
bilia, vt pote diuerſorum gene
rum per proprios ſenſus ad il-
lum vnum ſic ducantur, vt in il
lo communicent omnes ſenſus
tanquam in communi omnium
principio indiuiſibili, cōtrarie
tas tamen ſenſibilium extrinſe
ca, putà inter amarum & dulce
album & nigrum, & ſimilia, nō
conuincit ſenſum iudicantem
oportere eſſe multiplicem vijs
& ratio eſt, quia ſpecies con-
trariorum non ſunt contrariæ,
vt manifeſtè teſtatur diaphanū
in quo è regione contrapoſita
album & nigrum generant ſuas
ſpecies ſimul. Nec hæc latuerūt
Ariſtotelem, nam hic expreſſe
infe-



inſerendo, quod impoſsibile
eſt ſimul pati ſpecies cōtrario
rū ſubiunxit. Si huiuſmodi eſt
ſenſus & intelligentia, id eſt ſi
ſpecies contrariorum in ſenſu
& intelligentia ſunt contrariæ
& appoſuit intelligentiam, in
qua manifeſtiſsimè contraria
conueniunt, imò vnum eſt no
titia alterius, vt aduerteres ꝙ
diſputabat, vt ad aliam tranſi-
ret reſponſionem, quæ natu-
ram cōmunis ſenſus melius de
clararet, & cū cōtrarietate ſpe
cierum ſtaret. In libello quo-
que prædicto ſubſtinēs reſpō
ſionem primam hic poſitā vult
quod ſicut in naturalibus idem
numero eſt multiplex ſecun-
dum accidētia, ita in anima nō
ſolum ſecundum accidentia di
uerſorum generum, putà albe
dinem, & dulcedinem, ſed etiā
diuerſarum ſpecierum vt albe
dinem & nigredinem. Et ſecū
dum hoc ſenſus propri⁹ poteſt
diſcernere inter ſui generis cō
traria abſq; diuerſitate viarū.

¶Vtraque ergo reſponſio am-
plectenda eſt, & quod ſenſus
vnus & idem numero, & plu-
res ſecundum eſſe poteſt iudi-
care cōtraria, & moueri ab eis
ſimul, quia motus à contrarijs
inter ſe non fiunt, neque ſunt
cum contrarietate, quia abſq;
materia. Et quod ſenſus vnus
ſecūdum formam, & multiplex
vijs poteſt diuerſa etiam gene-
re ſenſibilia ſentire, & diſcer-
nere, & re vera diuerſitas via-
rum ex diuerſitate generica ſen
ſibilium prouenit non minus
quam diuerſitas ſenſuum pro-
priorū, ſicut enim ſenſus pro-
prius non eſt niſi vnius primæ
contrarietatis, ita nec vna via.

¶Et ſcito nouitiæ, quod indiui
ſibilitas ſenſus, quæ ſupponi-
tur in tota hac diſputatione in
fine libelli pręfati ab Ariſt. pro
batur, hic aūt eam ſupponit ex
eo patet ꝙ alioquin facile fuiſ
ſet euadere dicendo, quod con
traria & diuerſa recipiuntur in
eodem ſubiecto ſecundum di-
uerſas partes ſimul tempore, &
hoc nota contra loquentes.

¶Circa ſenſus communis natu
ram duo remanent dubia, alte-
rū quomodo immutatur, quod
in capitulo de phantaſia tracta
bitur, dum inter vtrumque dif
ferentia tractabitur. Alterum
quomodo ſecundum ſenſum
communem animal eſt primo
ſenſitiuum, quod in tertij libri
fine tractabitur, quum propor
tio ſenſus communis, & tactus
ad animal diſcutietur.

## DE DIFFERENTIA inter ſenſum phantaſiam & intellectum.

### Capitulum. XV.

QVoniam autem duab⁹ Cōmē.
differentijs diffiniūt 150.
maxime animam motu qui
ſecun-

ſecundum locum, & in eo
quod eſt intelligere, & diſ-
cernere, & ſentire, videtur
autem & intelligere, & ſa-
pere tãquam quoddam ſen
tire eſſe. In vtriſque enim
his anima iudicat aliquid,
& cognoſcit eorũ quę ſũt.
Et antiqui ſapere, & ſentire
idem eſſe aiunt, ſicut Em-
pedocles dixit, ad præſens
voluntas augetur, & in ho
minibꝰ & in alijs: vnde eis
ſemper ſapere altera præ-
ſtat. Idem autem his vult,
& id quod eſt Homeri. Ta
lis enim intellectus eſt in
terrenis hominibus, qualẽ
ducit in diem pater viro-
Cōmē. rumq; deorumque. ¶ Om
151. nes enim hi intelligere cor
poreum ſicut ſentire opi-
nantur. Et ſentire & ſape-
re ſimile ſimili, ſicut ſecun
dum principia rationibus
determinauimus. Et tamen
oportuit ſimul ipſos de de
ceptione dicere magis. pro
prium enim eſt animalibus
& plurimum tẽpus in hoc
perficit aĩa. vnde neceſſe,
aut vt quidam dicunt om-
nia, quæ videntur eſſe ve-
ra, aut diſsimilis tactum de

ceptionem eſſe. Hoc enim
contrarium ei, ꝙ ſimile ſi-
mili cognoſcere. Videtur
autem & deceptio, & ſcien
tia contrariorum eadẽ eſſe.
¶Quod quidem igitur nõ Cōmē.
idem ſit ſapere, & ſentire, 152.
manifeſtum eſt, hoc quidẽ
enim in omnibus eſt, illud
autem in paucis animaliũ
eſt. Sed neque intelligere,
in quo eſt & recte, & non
recte. Recte quidẽ prudẽtia
& ſciẽtia, aut opinio vera.
Non recte autem contraria
horum. Neque hoc eſt idẽ
cum ipſo ſentire. Senſus
quidem enim propriorum
ſemper verus eſt, & in om-
nibus ineſt animalibus. In-
telligere autem contingit,
& falſo, & nulli ineſt cui nõ
& ratio. ¶Phantaſia enim Cōmē.
alterum eſt, & à ſenſu & ab 153.
intellectu. Et hæc non fit ſi
ne ſenſu, & ſine hac non eſt
opinio. Quod autem non
eſt eadem phantaſia, & opi
nio manifeſtum, hæc qui-
dem enim paſsio in nobis
eſt, cum volumus. Præ o-
culis enim eſt facere, ſicut
in recordatiuis poſiti, & ido
lum ſunt facientes. Opina-
ri



ri autem non in nobis eſt.
Neceſſe enim falſum, aut
verum dicere. ¶Amplius
Cōmē. autem cũ opinamur diffici
154. le aliquid, aut terribile, ſta-
tim compatimur. Similiter
autem eſt & ſi confidendũ.
Secundum phantaſiam au
tem ſimiliter nos habemus,
ſicut ſi eſſemus conſideran
tes in pictura difficilia &
confidentia. Sunt autem
& ipſius acceptionis diffe-
rentiæ, ſcientia, & opinio,
& prudentia, & contraria
horum: de quorũ differen-
Cōmē. tia altera ſit ratio. ¶De eo
155. autẽ qđ eſt intelligere, quo
niam alterum eſt ab eo qđ
eſt ſentire. Huius aũt aliud
phantaſia eſſe videtur, aliud
opinio. De phantaſia deter
minantes ſic & de altero di
cendũ eſt. Si igitur phanta-
ſia eſt ſecundũ quã fantaſ-
ma aliquod nobis fieri dici
mus, & ſi non aliquid ſecũ
dum metaphorã dicimus,
& ſi non aliquid ſecũdum
metaphoram dicimus: vna
quædã potentia eſt harum,
aut habitus, ſecundũ quã di
ſcernimus, aut verũ, aut fal
ſum dicimus. hmōi autem

ſunt ſenſus, opinio, ſcientia
& intellectus. ¶Quod qui Cōmē.
dem igitur nõ ſit ſenſus: ma 156.
nifeſtum ex his eſt. Senſus
quidẽ enim, aut potẽtia, aut
actus eſt: vt viſus & viſio,
phantaſiatur autem aliquid
& nullo horum exiſtente,
vt qui in ſomnis. Poſtea ſe
cundum potentiam ſenſus
quidem ſemper adeſt viuẽ
tibus & non orbatis, phan-
taſia autem non. Si vero ei
quod actu idem, omnibus
vtique contingere beſtijs
phantaſiam ineſſe. videtur
autem non beſtijs, vt for-
micæ, aut api, aut vermi. Po
ſtea hi quidem veri ſem-
per. phantaſiæ autem plu-
res falſæ. Amplius autem
non dicimus, cum opere-
mur certe circa ſenſibile,
quoniam videtur hoc no-
bis homo, ſed magis cum
non manifeſte ſentimus,
tunc & autem verus aut fal
ſus. Et quod quidem dixi-
mus apparent & dormien-
tibus viſiones.
¶At vero neque ſemper
vera dicentium neque vna Cōmē.
erit, vt ſcientia aut intelle- 157.
ctus. Eſt enim phantaſia

 & vera

& vera & falſa. Relinquitur igitur videre ſi opinio ſit. Fit enim & opinio & vera & falſa. Sed opinioni quidem inhæret fides. Nō enim contingit opinantem, de quibus non videtur credere. Beſtiarum autem nulli ineſt fides. phantaſia autem multis. Amplius ſi omnem opinionem conſequatur fides, fidem autem ſuaſum eſſe, ſuaſionem autem ratio. Beſtiarum autem quibuſdam phantaſia ineſt, ratio vero non.

Cōmē. 158. ¶ Manifeſtum igitur quoniam neque opinio cum ſenſu, neque per ſenſum, neque complexio opinionis & ſenſus erit phantaſia propter hoc. Et manifeſtū quod non alia quædam eſt opinio, ſed illa quæ quidē eſt, cuius eſt & ſenſus. Dico autem ex albi opinione & ſenſu complexio phantaſia eſt. Non enim ex opinione quidem eſt albi, ex ſenſu autem boni. Apparere igitʳ eſt opinari, quod quidem ſentitur non ſecundum accidens.

¶ Apparent autem & falſa, de quibus ſimul acceptionem veram habent, & videtur ſol vnius pedis, ſed creditus eſt maior eſſe habitatione. Accidit igitur aut abijcere ſui ipſius veram opinionem quam habebat ſaluatam ipſa re ſaluata non oblitum, neque decredentem, aut ſi adhuc habet eandem, neceſſe veram & falſam. Sed falſa facta eſt, cum lateat tranſcendens res. Cōmē. 159.

¶ Non ergo vnum aliquod horum eſt, neque ex his phantaſia. Sed quoniam accidit moto hoc moueri alterum ab hoc: phantaſia autem motus videtur eſſe, & non ſine ſenſu fieri, ſed in his quæ ſentiunt, & quorum ſenſus eſt, eſt autem motum fieri ab actu ſenſus. Cōmē. 160. ¶ Et hunc ſimilem neceſſe eſt eſſe ſenſui, erit vtique phantaſia ipſa motus non ſine ſenſu contingens. Neque non ſentientibus ineſſe, & multa eſt ſecundum ipſam facere & pati habens, & eſſe veram & falſam. Hoc autem accidit Cōmē. 161.



cidit propter hoc quod ſenſus propriorum quidem eſt verus, aut quam pauciſſimum habens falſum. Secundo autem de accidere hoc & hoc. iam contingit mentiri. Quod quidem enim album non mentitur. Si autē hoc aliud & aliud, mentitur. Tertio autem communium & cōſequentium accidentia, quibus inſunt propria. Dico autē vt motus & magnitudo accidunt ſenſibilibus, circa quę eſt maxime iam decipi ſecundum ſenſum. Motus autem ab actu factus differt à ſenſu, qui ab his tribus ſenſibus. Et primus quidē præſentis ſenſus verus: alij autem præſentis & abſentis erunt vtique falſi, & maxime cum procul ſit ſenſibile. Siquidem igitur nihil aliud habet, quæ dicta ſunt, niſi phantaſia. hoc autem eſt quod dictum eſt. Phantaſia vtiq; erit motus à ſenſu ſecundum actum factus.

Cōmē. 162. ¶ Quoniā autē viſus maxime ſenſus eſt, & nomē à lumine accepit, quoniā ſine lumine non eſt videre. Et quoniā immanent, & ſimiles ſunt ſenſibus, multa ſecundū ipſos operantur animalia. Alia quidē quia non habent intellectū vt beſtię. Alia verò ex velamento intellectus, aliquando paſsiōe aut ęgritudine, aut ſomno, vt homines. De phantaſia quidē igitur quid eſt, & propter quid eſt, dictum ſit intellectum.

¶ Summa huius capi tuli hæc eſt.

Conſiderandum eſt quid interſit inter intelligere & ſentire. Declaratur quare, quia. ſ. antiqui animam definiunt motu, intellectu & ſēſu. Propoſitio.

Intelligere & ſapere videtur eſſe tanquam quoddam ſentire, declaratur tripliciter. Primo quia vtriſque anima iudicat & cognoſcit aliquid entium. Secundo quia antiqui, & ſpecialiter Empedocles & Homerus ſapere & ſentire idem eſſe aiūt. Tertio quia in his duobus omnes hi cōueniunt, quod vtrunque eſt corporeum & fit aſsimilatione. Opinī.

Oportuit antiquos reddere cauſam deceptionis, quā reddere nequeunt. Probatur primo prima pars, quia decipi magis Cōfutatio.

proprium, & maiori tẽpore inuenitur. Deinde. 2. quia aut oportet omnia quæ videntur eſſe vera, aut diſsimilis contactũ eſſe cauſam deceptionis. probatur ſequela, ꝙ hoc contrariatur ſimilis contactui, ſed cõſequens eſt impoſsibile, quia ſciẽtia & deceptio contrariorũ eſt eadem.

1. Concluſio. Sentire nõ eſt idem quod ſapere, nec quod intelligere, in quo eſt recte & nõ recte. probatur primũ, quia ſentire ineſt omnibus animalibus. ſecundũ verò declaratis terminis dupliciter: primò, quia ſenſus reſpectu propriorũ ſemper eſt verus, ſecundò, quia omnibus ineſt animalibus.

2. Concluſio. Phantaſia alterũ eſt à ſenſu & intellectu: nõ tñ ſine ſenſu, ſicut nec intellectus ſine ipſa: probatur alietas phãtaſię ab intellectu opinante. Primo quia phantaſia ineſt: quũ volumus opinari, nõ quia oportet quòd falſo vere opinari. Secũdo qa opinionem ſequitur cõpaſsio, aut cõfidentia: phantaſiam aũt non, ſ. ſicut coram pictura ſumus. Tertio quia notitiæ intellectualis differentię ſunt ſcientia opinio, prudentia, & horũ contraria: nõ aũt phãtaſię, &c:

Propoſitio. Si phantaſia eſt, ſecundum quam aliquod phantaſma à nobis fieri dicitur, & non loquimur metaphoricè, ipſa eſt potentia, aut habitus veri, aut falſi: ergo eſt ſenſus, aut opinio, aut ſciẽtia, aut intellectus, &c.

Phantaſia nõ eſt ſenſus. Probatur primo abſolute, quia ſenſus, aut potentia, aut actus: phãtaſiatur autem neutro exiſtente. vt patet in ſomnis. Secundo ſpecialiter, ꝙ non eſt ſenſus in potentia, quia ſenſus in potentia ſemper adeſt viuentibus nõ orbatis, phantaſia autem non. Tertio ſpecialiter quòd nõ eſt ſenſus in actu: primo quia ſic phantaſia ineſſet omnibus beſtijs, quod non videtur, vt formice, aut api. 2. quia ſenſus in actu ſemper verus: phantaſiæ plures falſæ. 3. quia ſecundum phantaſiã incerte loquimur, ſecundũ ſenſũ certè. 4. quia phãtaſia eſt in dormientibus, &c. deſtructio primæ partis.

Phantaſia nõ eſt ſcientia, aut intellectus. probatur, quia ipſa eſt vera & falſa. hæc autem ſemper ſunt vera. deſtructio. 3. &. 4.

Phãtaſia nõ eſt opinio. probatur dupliciter, quia opinionem ſequitur fides: phantaſiam non, quod probatur, quia in beſtijs non eſt fides. Secundo qa ſi opinionem ſequitur fides: fidẽ autẽ ſuaſum eſſe: ſuaſum autem eſſe ſequitur ratio: ratio autẽ in nulla eſt beſtia, in qua tamen phantaſia eſt, ergo phantaſia non eſt opinio, &c.

Phantaſia non eſt opinio cũ ſenſu, neq; per ſenſum, neque copulatio opinionis & ſenſus, probatur, phantaſia eſt opinari quod ſentitur non ſecundum accidens: ergo accidit, aut abijcere ſui ipſius veram opinionem, quã habeat ſaluatam. Salua re nõ oblitum, nec decredentem, aut retinere eandem veram & falſam: & tamẽ falſitatem nõ habere hic locum, patet quia falſitas opinionis accidit: quũ latet mutata res, &c. Accidens probatur, quia ſi phãtaſia cõſurgit ex opiniõe & ſenſu: conſtat ꝙ fit ex eis reſpectu eiuſdẽ, & nõ diuerſorum: conſequentia autẽ probatur. quia apparent aliqua falſa: quorum habemus veram opinionẽ. Sol enim videtur pedalis, & tamen creditur maior terra habitabili, &c. deſtructio mixti.



Cõcluſio reſ ọſiua. ¶ Phantaſia eſt motus à ſenſu ſecundũ actum factus, & ſecundum ipſam eſt multa facere & pati: & eſt vera & falſa. Declaratur primoprimum ſic, quum contingat à moto cauſari motũ, & detur motus factus ab actu ſẽſus: & hic neceſſario eſt illi ſimilis: & phantaſia videtur eſſe motus nõ ſine ſenſu, ſed in ſentiẽte & reſpectu ſenſatorum: ſequitur ꝙ phantaſia ſit motus factus à ſenſu ſecundum actum. Deinde declaratur tertium & quoad cauſam, quiá ſcilicet ſenſus diuerſimode diſponitur ſecundum verum & falſum circa triplex ſenſibile ſ. proprium, cõe, & per accidẽs, & quoad differẽtiam, quia motus factus à ſenſu ſecundum actum differt à ſenſu, quia reſpectu proprij pręſentis plurimũ verus: aliorũ autẽ & præſentium & abſentium falſus. Deinceps quaſi probatur primum: & confirmatur, probatur quidem, quia ſi nulli alteri prædicta inſũnt niſi phantaſię: reſtat vt phantaſia ſit motus, &c. Cõfirmatur verò, quia à maximè ſenſu: viſu. ſ. nomẽ accepit: dũ à lumine venit. Demum probatur ſecũdum: quoniã motus huiuſmodi immanent: & ſimiles ſunt ſenſibus: diuerſa tamẽ ratione, quia. ſ. vel carent intellectu, vel habent velatum, aut paſsione, aut ęgritudine, aut ſomno, &c.

Series autem hæc eſt.

TRactaturus de differentia inter ſentire & intelligere & phantaſia præ inter ſenſum & intellectum poſita antiquorum opinione & confutata diſcernit ſecundum ſe prima concluſione, & ſecundum phantaſiam ſecunda concluſione: deinde quid ſit phantaſia propoſitione facta quatuor ſimpliciũ, & ſingulis excluſis ſimpliciter & mixtim reſponſiua concluſione definit: in qua & actum eius quaſi ſpeculatiuum & practicum apponit tertia & ſecunda eius parte.

¶ V. Phantaſia ſit motus factus à ſenſu ſm̃ actum.

Text. 161. Circa phantaſiæ naturã dubium occurrit, quia tota diffinitio phantaſiæ conuenit ſenſui cõi: actus.n. ſenſus cõis eſt motus factus à ſenſu ſecundũ actum, igitur. ¶ Præter. Diffinitio iſta conuenit omni virtuti ſenſitiuæ interiori, igitur per eam non magis phantaſia quam eſtimatiua, quã memoria cognoſcitur, valde igitur defectiue diffinita videtur.

Ad euidentiam huius dubij ſciẽdũ eſt primo, ꝙ ſenſus pro cõis, non eſt aliqua vis animæ diſtincta contra ſenſus ꝓprios quaſi deſperata potentia: ita ꝙ ſenſus proprij ſinguli perficiant ſeorſum ſua opera, & poſt modũ cõis ſenſus habeat ſeorſum opus ſuum, hoc enim alienum eſt à ſenſu cõi. Sed putandum eſt, quòd ſenſus cõis eſt primũ ſentiens & ſingulis ſenſibus: ita ꝙ nullius ſenſus operatio perficitur abſque concurſu ſenſus cõis, & propterea ab Ariſtotele organũ eius appellatum eſt vltimũ ſentiens. Cuius ſignum eſt quòd impedito cõi ſenſu nullo poſſumus vti ſenſu, vt patet in dormientibꝰ. Senſus igitur cõis non eſt motus factus à ſenſu ſecundum actum, ſed eſt ipſa conſumatio motus ſenſus ſecundum actũ, propter quod obiectũ ſenſus cõis non eſt aliud quã ſenſibilia, ſpecies quoq; ſenſus cõis nõ ſunt aliæ quam ſpecies ſenſuum propriorũ. Et ipſe ſenſus cõis non eſt aliud quã principium, & terminus omnium ſenſuum, & oẽs ſenſus vniuntur in ſui principio & termino, & non ſimpliciter vt ſtoicis placuiſſe dicitur. Et ex hoc patet differentia inter cõem ſenſum & phãtaſiã, quoniã hæc eſt motus factus à ſenſu ſecundũ iam perfecto. ille verò eſt ipſa perfectio ſenſus ſecundũ actum. Sciendũ eſt. 2. ꝙ licet vulgata ſit diſtinctio virium ſenſitiuarũ interiorum: & ad minus pręter ſenſum cõem acceptentur à peripateticis cõmuniter tres virtutes. ſ. phantaſia cogitatiua vel eſtimatiua & memoria. Nõ conſtat tamen quid de hoc ſenſerit Ariſtoteles, qui & memoriam & phantaſiam actus quidem diſtinctos poſuit, ſed non clare tanta diſtinctione vt diſtinctas poneret virtutes: quũ etiam reminiſcentiam diſtinxerit ab eiſdem. Organum quoque phantaſiæ ex dictis ſuperius de concomitantia partium animæ cõtra Platonem in hoc ſecundo tex. 20. & in de ſomno & vigilia indiſtinctum ſubiecto ponit à primo ſenſitiuo. Reliquorum autem organa in eo non recolo me vnquam inueniſſe. ¶ Intelligo igitur per phantaſiam hoc in loco totam animæ partem interiorem in quantum apparent in ea ſimulachra. Dico autem inquantũ apparent ſimulachra ad differẽtiam actuum memoriæ & reminiſcentiæ & ſimilium ſiue ſit diſtincta in pluries vires, ſiue non. Signum autem huius intentionis eſt, quòd ſpecies cogitatiuæ, quæ immediatè miniſtrat intellectui ſecundum poſteriores Ariſtoteles phantaſmata vocat. Nec proptereã defectiua eſt definitio illa, quia data eſt de fantaſtico animæ ſecundum id: in quo totum fantaſticum communicat, quo primo differt à ſenſu & intellectu, &c. inter quos inter medium quæſitum inuentumquę eſt, &c.

Vide Themiſt. 3. de aïa, c. 8. & Alex. in c. 19



# LIBER TERTIVS.

## ¶ De intellectu poſsibili. ¶ Capit. I.

Cõmẽ. primo. De parte autẽ animæ, qua cognoſcit anima & ſapit, ſiue ſeparabili exiſtente, ſiue non ſeparabili ſecundum magnitudinem, ſed ſecundum rationem, conſiderandum quã habet differentiam, & quõ quidem ſit ipſum intelligere. Cõ. 2. ¶ Si igitur eſt intelligere ſicut ſẽtire, aut pati, aliquid vtique erit ab intelligibili, aut aliquid huiuſmodi alterum. Cõ. 3. ¶ Impaſsibilem ergo oportet eſſe, ſuſceptiuum autem ſpeciei & potentia huiuſmodi, ſed non hoc, & ſimiliter ſe habere, ſicut ſenſitiuum ad ſenſibilia, ſic intellectiuum ad intelligibilia. ¶ Neceſſe eſt itaq;, quoniam omnia intelligibilia: Cõ. 4. immixtum eſſe, ſicut dicit Anaxagoras, vt imperet. hoc autẽ eſt vt cognoſcat. intus apparens enim prohibebit extraneum, & obſtruet. ¶ Quare neque ipſius eſt eſſe naturam neque Cõ. 5. vnã, ſed aut hoc ꝙ poſsibilis ſit vocatus itaq; animæ intellectus. Dico aũt intellectũ, quo opinatur & intelligit anima, nihil eſt actu eorũ, quæ ſunt ante intelligere. ¶ Vnde neque miſceri eſt rationabile ipſum cor- Cõ. 6. pori. Qualis enim aliquis vtique fiet, aut calefactus,

 aut

aut frigidus, ſi organum aliquod erit ſicut ſenſitiuo, nunc aut nullum eſt. Et bene iam dicentes ſunt animam eſſe locum ſpecierū, niſi ꝙ non tota intellectiua neque actu, ſed potētia ſpecies.

Cō. 7. ¶ Quoniam autē non ſimilis ſit impaſsibilitas ſenſitiui & intellectiui manifeſtum eſt ex organis & ſenſu. Senſus enim non poteſt ſentire ex valde ſenſibili, vt ſonum ex magnis ſonis, neque ex fortibus odoribꝰ & coloribus, neque videre, neque odorare. Sed intellectꝰ cum intelligat aliquod valde intelligibile: non minus intelligit infima, ſed & magis. Senſitiuum, quidem .n. non ſine corpore eſt. hic autem ſeparatus.

Cō. 8. ¶ Cum autē ſic ſingula fiat, vt ſciens dicitur qui ſecūdum actum. hoc autē confeſtim accidit, cum poſsit operari per ſe ipſum. eſt quidē igitur & tunc potentia quodammodo: non tamen ſimiliter & ante addiſcere, aut inuenire, & ipſe autem ſeipſum tunc poteſt intelligere.

Cō. 9. ¶ Quoniam autē aliud eſt magnitudo & magnitudini eſſe, & aqua & aquę eſſe, & ſic in multis alijs, nō autem in omnibus. in quibuſdam enim idem eſt eſſe carni & carnem, aut alio ergo, aut aliter habēte diſcernit. caro enim non ſine materia, ſed ſicut ſimum hoc in hoc.

Cō. 10 ¶ Senſitiuo quidē igitur calidum & frigidum iudicat, & quorum ratio quædam caro. alio autē aut ſeparato, aut ſicut circūflexa ſe habet ad ſeipſam cū extēſa ſit, carni eſse diſcernit.

Cō. 11 ¶ Iterum autem in his quæ abſtractione ſunt rectum, ſicut ſimum, cū continuo enim eſt. Quod autem quid erat eſſe: ſi eſt & alterū recto eſſe & rectum alio. Sit enim dualitas, altero itaque aut aliter habente ſe iudicat. omnino ergo ſicut ſeparabiles res à materia, ſic & quę circa intellectū ſunt.

Cō. 12 ¶ Dubitabit autem vtique aliquis, ſi intellectꝰ ſimplex eſt & impaſsibilis, & nulli nihil habet cōmune, ſicut dicit Anaxagoras, quomodo intelliget, ſi intelligere pati aliquid eſt. In quātum enim



enim aliquod cōmune vtriſque eſt, hoc quidem agere: illud vero pati videtur.

Cō. 13 ¶ Amplius autem ſi intelligibilis & ipſe, aut enim in alijs inerit intellectus, ſi nō ſecundum aliud ipſe intelligibilis eſt. vnum autē aliquid intelligibile. Si autem ſit mixtum, aliquid habebit quod facit intelligibile ipſum ſicut alia.

Cō. 14 ¶ At pati ſecundum cōmune aliquid diuiſum eſt prius, quoniam potentia quodāmodo eſt intelligibilia intellectus, ſed actu nihil antequam intelligat. oportet autem ſic ſicut in tabula nihil eſt ſcriptum actu, quod quidē accidit in intellectu.

Cō. 15. ¶ Et ipſe autem intelligibilis eſt, ſicut intelligibilia. In his .n. quæ ſunt ſine materia idem eſt intellectus & quod intelligitur: ſcientia nāque ſpeculatiua, & ſic ſcibile idem eſt.

Cō. 16 ¶ Non autem ſemper intelligendi cauſa conſiderāda. In habentibus autem materiam potentiā vnūquodq; intelligibilium, quare quidem illis non inerit intellectus, ſine materia enim potētia eſt intellectus talium. illud autē intelligibile erit.

¶ Summa huius capituli hæc eſt.

Conſiderandum eſt de parte animę, qua ipſa intelligit, quā differētiam habet, & quomodo ſit ipſum intelligere, ſiue ipſa pars ſit ab alijs ſeparabilis ſubiecto & ratione, ſiue ratione tantum. Intentio.

¶ Si intelligere eſt ſicut ſentire: intelligerę eſt aut pati ab intelligibili, aut aliquid alterum huiuſmodi: & intus intellectiuum eſt impaſsibile. Suſceptiuum ſpeciei potentia huiuſmodi, ſed nō hoc, & ſimiliter ſe habet ad intelligibile, ſicut ſenſitiuum ad ſenſibile. 1. Concluſio.

Intellectus ergo eſt immixtus, probatur à poſteriori: oīa cognoſcens eſt immixtum: intellectus omnia intelligit, ergo maior probatur dupliciter ratione, quia intus apparens prohibet extraneum & obſtruet, & auctoritate Anaxagoræ. 2.

Intellectus quo opinatur & intelligit omnia nullam habet naturam, niſi ꝙ vocatus eſt poſſibilis animæ intellectus: nihil que eſt actu eorum, quæ ſunt ante intelligere, &c. Diffinitio.

Intellectus non miſcetur corpori, probatur ducendo ad impoſsibile, quia fieret qualis ſi organum haberet. 3.

Correlarium. Bene dicunt animam locum ſpecierum, non totam, ſed intellectiuum, non actu, ſed potentia, &c.

4. Cõclusio. Impaſsibilitas ſenſus & intellectus non eſt ſimilis. Probatur primo à poſteriori, quia ſenſus ex valde ſenſibili nõ poteſt ſentire. intellectus autẽ ex valde intelligibili magis poteſt, deinde aſsignatur cauſa vtriuſque, quia ſenſus non eſt ſine corpore. intellectus autem eſt ſeparatus.

Diffinitio. Intellectus in actu dicitur, quũ fuerit ſingula, ſicut ſciens, hoc autem ſtatim eſt, quum poteſt per ſeipſum intelligere.

5. Cõclusio. Intellectus in actu eſt quodammodo in potentia, non tamen ſimiliter ante addiſcere, aut inuenire

6. Intellectus in actu poteſt ſe ipſum intelligere.

7. Anima aut alia virtute, aut aliter ſe habente diſcernit magnitudinem, & magnitudinem eſſe aquam, & aquæ eſſe, probatur à priori, quia hæc in his & multis alijs ſunt aliud & aliud quanuis non omnibus. Et ſunt entia nõ ſine materia, ſed ſicut ſimum hoc in hoc.

8. Anima ſenſitiuo iudicat calidum & frigidum : quorum ratio eſt caro, ſeparata autem virtute, aut alia, aut ſicut circũflexa linea ſe habet ad ſeipſam, quæ quũ extenſa ſit carni eſſe diſcernit.

9. Anima alio aut aliter ſe habente iudicat rectum & recto eſſe. probatur à priori, quoniã in his, quę in abſtractione ſunt rectum eſt ſicut ſimum hoc in hoc. probatur à priori, quia eſt cum continuo. Omnino ſicut res ſeparabiles ſunt à materia, ſic & circa intellectum ſunt, &c.

Prima quæſt. Si intelligere eſt pati, & intellectus ſimplex & impaſsibilis, & nulli habet aliquid commune, vt dicit Anaxagor. quo modo intelligit. probatur rationabilitas quæſtionis, quia in quantum aliquid commune eſt agenti & patienti. hoc agere: illud vero pati videtur, &c.

2. quæſtio. Si intellectus eſt intelligibilis, aut per ſeipſum, & tunc ſequitur, ergo omne intelligibile eſt intellectus, quia intelligibile vnius ſpeciei eſt aut per aliquid aliud, & tunc ſequitur: ergo habebit aliquid: quod faciet ipſum intelligibilem ſicut alia.

Ad. 1. Pati in intellectu inuenitur ſecundum quòd pati diuiſum eſt prius, declaratur, quoniam intellectus quodãmodo eſt potentia intelligibilia antequam intelligat & non actu, quemadmodum in tabula nihil eſt actu ſcriptum, &c.

Ad ſecundã. Intellectus eſt intelligibilis, ſicut intelligibilia. probatur à priori, quia in his quæ ſunt ſine materia, idem eſt intelligẽs, & quod intelligitur. probatur

à po-



à poſteriori, quia ſcientia ſpeculatiua, & ſic ſcibile idem eſt.

Ad obiectionem: Cauſa non ſemper intelligendi eſt, quia in rebus materialibus eſt intelligibile in potentia. ergo non eſt intellectus: probatur à priori, quia intellectus talium potentia eſt ſine materia.

Series autem hæc eſt.

INtendens de parte animæ intellectiuę tractare inchoat ab intellectu, quo experimur nos intelligere, & propoſita ſua intentione quatuor in hoc capitulo facit. Primo naturam ipſius intellectus qui vocatur poſsibilis. vſque ad quartam concluſionem incluſiue determinat. primam cõcluſionem in opere ſtruens, ſecunda ad naturam ingrediens, & inde quod quid eſt conſtruens. tertia deinceps à corpore ipſum ſeparans cum contrario: antiquos & ſe comparante in hoc. Et demum excellentiam impaſsibilitatis ipſius ex eadẽ oſtendit radice. Secundo de intellectu in actu diffinitiuæ & poteſtatiuæ ratione aliorũ quinta, & ſui ſexta concluſione tractat. Tertio ad obiectum intellectus quod quid eſt & indiuiduum, ſcilicet, refert vſque ad decimam concluſionem incluſiue. Septima quidem in cõmuni diſtinctionem virtutum cognitiuarum vtriuſque, ſcilicet, indiuidui & naturæ. Octaua autem ſpecificat quòd altera ſenſitiua: altera ſeparata eſt virtus. Nona verò in mathematicis quoque hæc habere locũ inſinuat: rationem omnium decima adiungens. Quarto duas quæſtiones mouet, & ſoluit: primam de intellectione ſenſibilium, ſecũdam de intellectione ſui met : & reſpondet etiam ad obiectionem in ſecũda quæſtione tactam in calce capituli.

Intendens in expoſitione huius tertij Ariſtot. iuxta propriam opinionem exponere. omnes monitos velim vt expoſitiones, quas forte alij ſequuti ſunt: ſi quando impugnauero, non ea ratione confutatas eſtiment quaſi earum auctores; aut ſectatores confutentur, ſed abſolute diſcuſſas, aut excluſas accipiant. Neque mihi tribuant vt ſectator ſim opinionum, quas exponendo textum affirmauero, ſed quòd hæc ſint de mente Ariſtotelis. quicquid ſit quò ad veritatem.

Text. Circa intentionem in principio poſitam quatuor aduertenda ſunt. Primum eſt quod futura conſideratio eſt de parte poteſtatiua animæ, & non de ipſa anima formaliter, & loquendo

prop-

propterea in litteranon dici-
tur,ꝙ conſiderandam eſt de a-
nima,quæ ſapit & ĩtelligit,ſed
de parte,qua ſapit & intelligit.
Nec ſit tibi curæ quoad propo
ſitum:an huiuſmodi pars, quæ
alio nomine vocatur poten-
tia animæ,ſit idem quòd anima
realiter,non enim tutum vide
tur arctare præſentem doctri-
nam ad quam vis opinionum,
& hoc eſt valde notandũ præ
cipuè quum diſputatur de ac-
tuatione vel nõ actuatione cor
poris ab intellectu vel anima:
non enim parui refert loqui de
ipſa animę,aut parte eius:

Secundum eſt quòd Ariſto.
in illis verbis qua intelligit &
ſapit anima attribuit intellige-
re & ſapere ipſi animæ tanquã
rei, quæ intelligit & ſapit, &
ſic incipit ſoluere illam quæ-
ſtionem,an anima intelligat, &
quaſi ponere differentiam in-
ter intelligere & alia opera, &
non eſſe ſimile ſiquis dixerit
aĩam intelligere,& ſiquis dixe
rit eam texere vel filare, quod
in primo libro à textu.62.vſq;
ad tex.66.diſputatum eſt.

Tertium eſt,ꝙ quæſtio pro-
pter Platonem mota in primo
libro à tex.89.diſputata, an.ſ.
partes animæ ſint ſeparatæ ſe-
cundum ſitum vt negligenda
omittitur non ea ratione,quòd
quum vtraq; quæſtionis parte
ſtet veritas doctrinæ ſequẽtis,
ſed quoniam ex ſequenti do-
ctrina manifeſtum fiet, ꝙ hæc
queſtio non habet locum in in
tellectu, quoniam nullam cor-
poris particulam actuare dici-
tur , vt in primo libro dictum
fuit textu.92. ſed diſtingui o-
ſtẽndetur ab alijs partibus ani
mæ ſecundum magnitudinẽ ne
gaturæ,id eſt,per hoc ꝙ in nul
la eſt magnitudine.

Quartum eſt, ꝙ duo conſide
randa proponuntur.ſ.differẽ-
tia iſtius partis, & modus quo
fit ipſum intelligere , & ſimul
vtrunq; tractatur dum ex ope
ratione differentia,& poſtmo-
dum iterum ipſe modus intel
ligendi declaratur.

Circa principium huius in- Tex. 2
ueſtigationis aduerte, & diligẽ
tiſsime nota,quòd Ariſt. à ſen-
ſibilibus colligens doctrinam
ſuã fundat eam ſuper propor-
tionali ſimilitudine intellectus
ad ſenſum, & hanc accipit ex
proportionali ſimilitudine in-
tellectionis ad ſenſationẽ,quo
niam potẽtiæ ex actibus inue-
ſtigantur : hanc autem funda-
mentalem ſimilitudinem non
probat hic, & ꝓpterea nõ pro
cedit cathegoricæ , ſed hypo-
theticæ & conditionaliter. Vn
de inchoat tractatum ſuum à
conditionali,cuius antecedens
eſt vna proportionalis ſimilitu
do inter intelligere & ſentire:
dicens ſi intelligere eſt ſicut
ſentire. Ex quo habes quã de-
bile fundamẽtum, & quam nu

tans



tans principium tantæ ſuæ fa-
bricæ ſuppoſuerit. Si quis.n.
antecedens quum non probe-
tur:imò ꝙ nec affirmatur , ſed
ſolum ſupponitur negauerit ,
tota ruit fabrica. Et hoc aduer
tant loquentes & iactãtes, &c.
Veruntamen ſcito,quòd infe-
rius in tex. 28. & ſequentibus
Ariſt.hoc antecedens conabi-
tur manifeſtare: illuc.n.vſque
diſtulit eius declarationem, &
quũ illud perſpexeris percipe
re poteris quanta ſit noſtra ig-
norantia.

Circa primum conſequens
propoſitę conditionalis aduer
tę duo. Primum quòd quia res
primo locanda eſt in genere,
& primum genus operationis
ambiguum ſit actio vel paſsio:
ideo primo Ariſto.locauit in-
tellectionem in capitulo paſ-
ſionis deducens ex ſimilitudi-
ne inter intelligere & ſentire,
quod intelligere eſt pati , vel
quaſi pati ſicut & ſentire. Secũ
dum eſt, quòd quemadmodum
de ſentire diſtinguitur , quod
eſt pati cauſaliter, aut formali-
ter, vt dictum eſt,quod eſt pa-
ti à ſenſibili vt ſic,& ꝙ ſecun-
dum veritatem nõ eſt pati, ſed
eſse ſpectans ad prædicamen-
tum qualitatis ita proportiona
liter diſtingui poteſt quôd in-
telligere eſt pati ab intelligibi-
li: intelligere enim ſi referatur
ad pati ſpeciem intelligibilem,
abſolute non eſt pati niſi cau-
ſaliter. Si verò referatur ad re
ceptionem ſpeciei intelligibi-
lis per modum vigiliæ , ſic eſt
pati formaliter . hoc enim eſt
ipſũ intellectũ intelligibiliter
pati, & hoc eſt ipſum intelle-
ctum eſse ipſum intelligibile vt
ſic.Et quia hoc nõ proprie eſt
pati.ideo Ariſt.infert ſub diſ-
iunctione,ꝙ intelligere,aut eſt
pati ab intelligibili, aut aliquid
alterum huiuſmodi.

Circa ſecundum conſequẽs Tex. 3
eiuſdem conditionalis aduer-
te, quòd quinque particulæ in
illo ſimul poſitæ in litera, & de
ductæ abſque alio medio ter-
mino ex ſola vi illationis indi
cant quòd non ſunt proprieta
tes intellectus,ſed conditiones
ipſius intellectus proportiona
liter ſimiles conditionibus ſen
ſus, in cuius ſignũ principium
eſt ſimilitudo proportionalis
inter intelligere & ſentire : fi-
nis verò eſt ſimilitudo propor
tiõalis habitudinis intellectus
ad intelligibile. ad habitudinẽ
ſenſus ad ſẽſibile: ex his enim
extremis media percipere poſ
ſumus,& ſic impaſsibilitas,quę
eſt prima conditio *hic illata* de
intellectu: opponitur paſsibi-
litati propriè dictæ: & cadit ſu
pra intellectum in quantum im
mutatur ab intelligibili . ita ꝙ
ſenſus eſt, quôd quemadmodũ
ſenſus quum patitur à ſenſibi
li,eſt impaſsibilis: quoniã reci-
pit ſine alicuius rei deperditio

ne:

ne: pati enim propriè perdere eſt, vt in. 2. lib. tex. 57. diffuſe Ariſ. declarauit. ita ꝓportionaliter intellectꝰ intelligẽdo eſt impaſsibilis. i. ſine alicuius deperditiõe ab intelligibili patitur, & ſequitur hoc ex hoc, q̃a intelligere eſt ſicut ſentire.

Secunda quoq; cõditio illata. ſ. ſuſceptiuũ eſſe ſpeciei cõmunis manifeſtè eſt intellectui & ſenſui, & ex eadem naſcitur radice. Tertia quoque, ſcilicet eſſe in potentia huiuſmodi, id eſt, ipſa intelligibilia ſeu eorũ ſpecies: apertè communis eſt proportionaliter ſenſus conditioni. qui probatus eſt eſſe in potentia ad ſenſibilia. Quarta vero conditio, ſcilicet, & nõ hoc: quamuis ſi ſolitariè ſumeretur: poſſet ſignificare proprietatem intellectus, ſcilicet non eſſe particularizatum & determinatum ad conditiones indiuiduales materiales, quia tamen in contextu cõmunium ponitur, & infertur ex illa radice communi, & inferius de iſta ſeparatione intellectus Ariſtot. ex propoſito loquetur: accipienda eſt, vt exprimat cõmunem quoque conditionem intellectus, ſcilicet, negationẽ actualis eſſe ipſius obiecti. ita quòd ſenſus eſt, quòd quemadmodum ſenſus eſt in potentia ſenſibile, & non eſt illud in actu. ita intellectus eſt in potentia ipſum intelligibile, & nõ eſt hoc in actu. Et ſi diligenter inſpexeris, videbis quod quum Ariſt. ex illa prima radice aſsimilatione, ſcilicet, intellectiõis & ſenſationis intuliſſet, quòd intelligere eſt pati, vel quaſi pati ab intelligibili, ſtatim in ſecundo conſequente ad naturã ſubiecti vt ſuſcipit ipſum intelligibile tranſiens, cõcurrentia ad paſsionem & motum circunſpiciens: excluſit ab hoc pati terminum à quo prima cõditione: poſuit ſpeciem intelligibilis quaſi terminum ad quem locauit in ſubiecto potentiam & negationem actus, & ſic vltimo habitudinem ſubiecti ad obiectum, id eſt, intellectus ad intelligibile intulit, ſicut ſenſus ad ſenſibile, & hæc quaſi fundamenta ſequentis doctrinæ iecit, quæ à concedentibus primum antecedens tanquam per ſe nota conſequuntur ſtantibus his, quæ de ſenſu determinata ſunt.

## V. Proceſſus Ariſt. ſit demonſtratiuus, licet proportionalis tantum.

Circa prędicta oritur dubiũ non diſsimilãdum penes quid attenditur ſimilitudo in antecedente primo aſſumpta inter intelligere & ſentire, quum dicitur, ſi intelligere eſt ſicut ſentire: oportet enim quo ad aliq̃d attendi, ex quo ſequatur ꝙ intelligere ſit pati, &c. Nec facile apparet, quæ eſt illa conditio quaſi per ſe nota, in qua aſsimilantur intelligere & ſentire, ex qua hæc inferri poſsit. Nec poteſt dici quòd aſsimilentur in omnibus. non enim eſſet ſimilitudo, ſed identitas. Nec eſt tutum pertranſire cum ſimilitudine vaga: vt fundemur ſuper hoc quod aſsimilantur, & neſciamus in quo. Dictum eſt enim in prædicamento relationis, quod qui neſcit quo aliquis eſt melior: neſcit illum eſſe meliorem, & idem accidet hic, quòd neſcientes in quo intelligere aſsimilari dicitur ipſi ſentire, neſciemus quod aſsimiletur.

Ad hoc directè videtur dicendum, ꝙ nullo illorum triũ modorum aſſumitur ſimilitudo, ſed abſolute. Ad quod inſinuandum Ariſt. abſque additione aliqua aſſumpſit ſi aſsimilantur, & non in hoc vel in illo, & eſt vis proceſſus eius cõſtitutiuus magis quàm præſuppoſitiuus conditionum ſimilium: procedit. n. ex conditionibus ſenſus ad ſimiles in intellectu, ex ſuppoſitione ſeu conditionali aſſumptione quòd intelligere aſsimiletur ſentire, & hic procedendi modus in proportionalibus familiaris apparet; quemadmodum ſi ex conditionibus oſsis conditiones ſpinæ venaremur, dicentes quod ſi ſpinæ ſunt ſicut oſſa, neceſſe eſt ipſas eſſe terreſtres, & cætera. Vbi ex aſſumpta ſimilitudine conditiones ſimiles non ſupponerentur, ſed inueſtigarentur. Et ſi contra hoc inſtetur, quod ex hac doctrina ſequitur, quod conditiones, quæ hic traduntur de intellectu non ſciuntur aſſertiuæ, ſed tantum ex ſuppoſitione, ſi aſſimilatur ſenſui. Reſpondendum eſt quod hoc vtique verum eſt, quouſq; conſtet veritas illius antecedentis.

Singularis regula.

Et ſi quæratur quomodo, aut quando cõſtabit. Dicendũ mihi videtur, ꝙ Ariſt. collegit ipſum abſolute, ex his quæ ſunt per ſe nota & experientia nobis comperta: puta ꝙ intelligere eſt quoddã cognoſcere, & quandoq; actu, & quãdoq; in potẽtia, & ꝙ aduenit nobis ex rebus intelligibilibus, & ꝙ ſimpliciter intelligere eſt ſicut ſentire. Cõponere aũt & diuidere practicè eſt ſicut ſentire delectabile, aut triſte, & ꝙ intellectus eſt intelligibilia, quẽadmodum ſenſus ſenſibilia. hæc. n. oĩa in nobis experiri videmur & inferius ab Ariſt. adducentur in loco allegato. Ex his. n. cõmunibus vt ſatis cõſonũ rõ accipit, quod intelligere eſt ſicut ſentire proportionaliter: quemadmodum ſi ex his, quæ apparẽt acciperemus, quod ſpinæ ſunt proportionales oſſibꝰ

& ſimi-

& ſimilia. Et ſic proceſſus Ariſ. ex proportionalitate quã potuit ex prædictis colligere inter intelligere & ſentire, procedit. ¶ Circa primam concluſionem notanda ſunt duo primo quòd immixtio in propoſito opponitur intrinſecè, tam cõpoſitioni quam quomodolibet incluſioni omniũ corporeorum. Nõ enim de extrinſeca admixtione eſt hic ſermo, quoniam inferius in textu. 6. de hoc dicetur & ſimiliter nõ eſt hic ſermo de omnibꝰ, ideſt, de omnibus rebus tam corporeis quam incorporeis, ſed de corporeis tantum, ita ꝙ ly omnia in hoc textu nõ diſtribuit niſi pro corporeis, qđ ex duobus manifeſtatur. Primo ex dicto Anaxagoræ. Conſtat enim quòd de admixtiõe corporeorum loquitur. Secundo ex epilogo Ariſt. in calce huius tractatus, vbi cõcludens quòd anima eſt omnia ſenſibilia & intelligibilia expreſſe aperit ſe de corporalibus tantũ loqui: dicens ſi non eſt alia res præter magnitudines & huiuſmodi ſenſibilia.

Secundo notanda eſt vis medij termini. Circa quam eſt dubium: an medius terminus ſic ly omnia cognoſcit ſine additione aliqua, an oporteat aliq̃d addi, & ſine argumentis ex cõtextu litteræ facilè patere poteſt, ꝙ quanuis omnia cognoſcere inferat vim cognoſcitiuã immixtam, in propoſito tamen ſubauditur ly in potentia, ita ꝙ medius terminus eſt cognoſcere omnia in potentia. Nec oportuit Ariſt. de hac conditione ſollicitari, quoniam iam dixerat intellectum eſſe in potentia. Vnde per modũ ſequelę ex prædictis addita hac particula omnia medium terminũ accipiendum inſinuauit dicẽs, neceſſe eſt itaque, & in tranſlatiõe arabica, oportet igitur, & hoc manifeſte conuincitur ex ipſa probatione medij quã ſubiunxit. ſ. intus. n. apparens prohibet extraneum & obſtruit. hæc enim nõ habent locum in cognoſcẽtę ex ſe actu, ſed tantum in cognoſcente in potentia, quod debet recipere: obſtruſio enim & extranei prohibitio non niſi ad potentiã ſpectant impediendam. Ex hoc igitur ꝙ intellectus eſt cognoſcitiuus in potentia omnium corporeorum: infertur ergo eſt omnibus corporeis immixtus ſecundum ſuam naturam: alioquin natura illa quę illi ineſſet obſtrueret & prohiberet receptionem, ac diſcretionem cæterarum.

## ¶ V. Recipiens debeat eſſe denudatum à natura recepti.

¶ Circa hunc vltimum mediũ terminum radicem totius doctrinæ peripatheticæ quo ad naturam ſenſus intellectus & organorum dubium occurrit. Tum quia non videtur verum vniuerſaliter, ꝙ intus apparẽs ꝓhibet extraneũ & obſtruit. Tum quia videtur quoddã cõmune omni receptiuo. Tum quia nõ apparet eius fundamẽtum. Et veritati quidem eius obſtat, quia ſenſus viſus receptiuus eſt nõ ſolũ albedinis, & reliquarum ſpecierum coloris, ſed etiã ipſius coloris & etiam ipſius qualitatis, & tamẽ conſtat ꝙ non eſt denudatus à qualitate. Nec ſufficit dicere, qđ ſat eſt eſſe denudatum à genere propinquo, quoniam ſenſus tactus nõ eſt denudatus à genere proximo qualitatũ tangibiliũ. imo habet ipſas naturas ſpecificas tangibiles in compoſitione ſui organi: quoniã eſt aliqualiter calidũ aut frigidũ, quũ ſit mixtum, &c. Cõmunitatem autẽ eius oſtẽdit vniuerſalis conditio receptiui multorum. ſ. eſſe in potentia ad illa & nõ eſſe actu illa, eo quòd nihil eſt in potentia ad ſe, & officere videtur huic communitati, q̃a ſequeretur quòd doctrina hęc eſſet ex cõmunibꝰ, quod nõ tam philoſo. quã dialectici opus eſt. Carere vero fundamẽto ſolido inſinuare videtur ambiguitas gloſandi cũ diſtantia inter eſſe naturale & ſpirituale ipſarum rerum.

Ad euidentiam horũ ab hoc vltimo inchoando ſciendum eſt radicem huius propoſitionis metaphyſicalem eſse, fundariq; ſuper natura actus & potentiæ: potentiam enim oportet eſse determinabilẽ per actum, & propterea conuincitur naturam potentiæ oportere eſsę talem vt ſit determinabilis per omnes ſuos actus, ac per hoc quicquid repugnat determinabilitati per omnes actus alicuius generis, vel ſimpliciter, repugnat naturæ potentiæ illius generis, vel ſimpliciter. Et quoniã actus eſt qui determinat: cõſequẽs eſt quòd omnis actus: indeterminabilis per aliũ repugnat naturæ potentiæ ad illũ, v. g. quia albedo eſt indeterminabilis per nigredinem repugnat naturæ potẽtiæ ad nigredinẽ eſse de natura albedinis: implicaret nanq; duo contradictoria, nã ex eo quòd eſset natura potentialis ad nigredinẽ eſset determinabilis per nigredinẽ, & ex eo ꝙ eſset naturę albedinis non eſſet determinabilis per nigredinẽ, & ſic ſimul eſset & non eſſet determinabilis per nigredinem. Et ex hac radice prouenit, quôd non omnis actus repugnat naturæ cuilibet potentiæ, ſed tantum ille qui eſt indeterminabilis per formas receptabiles in tali potentia. Vnde naturæ receptiuæ colorum

non repugnat actus diaphaneitatis, quoniā diaphaneitas eſt determinabilis per colores, & ſimiliter receptiuo formarum ſenſitiuarū nō repugnat actus vegetatiuꝰ, quoniā vegetatiuū determinabile eſt per oēs differentias ſenſitiui. Hæc autē radix inuenitur vera in omni receptiuo relato ad ſuum primo receptibile. Dico autē primo notanter, quoniā reſpectu receptibilis per accidēs ſeu cōſecutiue nō oportet verificari. Primū autem receptibile vocatur res ſub illa ratiōe formali, quę primo reſpicitur ab illa potentia.i. primū obiectum: puta color reſpectu viſus, ſonus reſpectu auditus,&c. Et propterea nō oportet viſum eſſe denudatū à quali, ſed à colorato, quoniā nō eſt per ſe primo receptiuꝰ qualitatis, ſed coloris: non.n. recipit qualitatem niſi per accidēs inquantū eſt in colore. Natura.n. non ideo fecit potentiā viſiuā vt poſſit qualificari quum ipſa iam ſit qualis: imo qualitas, ſed vt poſſit colorari quodāmodo,& ſic de alijs, tam in potentijs animatis quā inanimatis. Verum radix hæc ad cognoſcitiuas potētias contracta non receptionē, ſed receptionē talē. ſ. diſcretiuam etiam oſtēdit: oportet.n. actus & potētiæ recepti & recipientis in natura cognoſcitiua conditiōes ſecundū naturā illā cognoſcitiuā inueniri, ſicut aīal in homine inuenitur ſecundū naturā hominis & in equo ſecundū naturā equi. Quia ergo natura cognoſcitiua in pōa receptiua eſt cognoſcēdo & iudicādo: cōſequens eſt ꝙ natura pōæ cognoſcitiuæ oportet ꝙ ſit talis, quod ſit determinabilis per oēs à ſe cognoſcibiles actus,& ſic ille ſolus actus potentię cognoſcitiuę repugnat, qui indeterminabilis eſt per alios, ac per hoc ſi intellectus eſt cognoſcitiuus in potentia omniū corporeorū,& nullum corporeum eſt determinabile cognoſcibiliter per omnia corporea, oportet ꝙ ſit nullius naturæ corporeæ. Si qua.n. corporea natura illi ineſſet, puta ignis impediretur, ac prohiberetur à cæterorū receptione, quoniā ignis eſt ſic determinate naturæ, ꝙ nō eſt determinabilis per oīa corpora, & ſic de alijs. Vnde Ariſt. ex proprijs phyſicā de aīa tradens non aſſumpſit actū & potentiā in cōmuni, neq; etiā recipiens & receptum in cōmuni, ſed vtraq; cōtracta & determinata ad cognoſcitiuas naturas dicens intus apparēs,&c. Apparere.n. cognoſcitiuus tantum, & re vera ſicut in eſſendo verificantur quæ diximus, ita & in cognoſcendo & diſcernendo, vt guſtus infectus colora teſtatur, & oculus per vitrum co-





loratum videns. ¶ Ad obiecta ergo in oppoſitum reſpondendo iam patet quid ad primum dicendum ſit.

Ad ſecundum vero de ſenſu tactus reſpōſio habetur ab Ariſt. fundata ſuper datam nunc doctrinā. ſ. ꝙ par eſt potentia & denudatio in tactu: ſicut.n. tactus eſt in potentia non ad diſcernendas qualitates tangibiles abſolute, ſed ad diſcernēdas eas, vt recedentes à medio. ita non eſt denudatus à qualitatibus tangibilibus abſolute, ſed ab eis vt recedūt à medio, & quemadmodū mediū in eſſendo eſt in potentia ad vtrūque extremum ita ſenſus in diſcernendo nō impeditur à diſcretione extremorum ex hoc ꝙ habet in ſuo organo naturā medij. ¶ Vnde non approbo gloſſam dicentē, ꝙ oportet recipiens eſſe denudatum à genere proximo recepti, ſed vt dixi recipiēs oportet eſſe denudatū à natura per ſe primo recepti quatenus eſt in illo receptibile. Nec in hoc refert eſſe intētiōale, aut naturale: ſemper.n. vbi actus vnus eſt indeterminabilis per alium ſtat vis rōnis. Ad aliqua autē iā patet

Tex. 5 reſpōſio ex dictis. ¶ Circa diffinitionē intellectꝰ aduerte.1. ꝙ litera quatuor dicit: primo negationē oīs naturę à quiditate intellectus ſecūdo affirmationē ipſius quidditatis intellectus,& deinde ad declarandū, de quo intellectu loquitur, addit tertiū: dico autē intellectū quo opinatur & intelligit aīa, & ad magis declarandū primū dictū addit quartū. ſ. ꝙ nihil eſt actu,&c. Et primū quidem manifeſte dicit cōtra antiquos ponētes aīam ex omnibus cōpoſitam, aut ex principio vel principijs omniū vt oīa cognoſceret. Ex pręcedente nanque rōne ſequitur, ꝙ nullā naturā oporteat ei ineſſe: ſi oēs debet recipere. Tertium vero idcirco addidit, ne quiſquam de intellectu Anaxagoræ aut de intellectu abſolute crederet ſe loqui. Quartum autē expreſſio quædam eſt ſtatus, in quo conuenit ipſi intellectui nullā eſſe actu naturam: ait.n. quòd hoc eſt ātę intelligere: quū.n. intelligit naturam aliquā oportet ipſum eſſe illam: vnde intelligēdo oīa efficitur omnia. Sed ante intelligere nullū eorū eſt actu, ſed potētia tantū. Et hoc videtur dixiſſe cōtra Platonē, qui poſuit intellectū in actu oīum naturarū ſenſibiliū etiā āte intelligere, vt ī pueris,&c.

Diffinitio autē ipſa ſecundo loco poſita habet tres partes. ſ. intellectus poſſibilis animę,& ly quidē intellectꝰ ponitur tanquam genus: ly poſſibilis tanquam differētia: ly aīæ tanquā ſubiectum. Et ex prima particula quidē locatur in genere

virium cognoſcitiuarũ vniuerſaliter, ſeu immaterialiter: hoc enim intellectus ſignificat. Ex ſecunda verò differt ab oĩbus intellectibus in actu. Et aduerte diligenter quòd ly poſsibilis non attenditur ſecundũ potentiam ad actum ſecundũ, vt patet ex eo: quòd intellectus in potentia ad actum ſecundũ eſt intellectus in habitu, ſed ſumitur à potẽtia naturali ad actum primũ. i. ad intelligibilẹ per modũ actus primi. i. ad ſpeciem intelligibilem, vel aliquid ſibi proportionale, & hoc patet ex eo quòd ſic ſumẽdo eſt concluſio vt ſequitur ex præmiſsis: conſtat autem quòd ex prædicta rõne concluditur intellectũ eſse poſsibilẽ ad ipſas naturas cognoſcibiles, & non ſolũ ad ipſum cognoſcere. Vnde expreſsè Ariſt. dixit, quòd ante actũ intelligendi non eſt aliquod cognoſcibilẹ actu, qđ non poteſt verificari de intellectu in habitu, id eſt, habente ſpeciem intelligibilẽ per modum ſomni. Eſt ergo differentia conſtitutiua huiuſmodi intellectus potẽtia ad actum primum omnium cognoſcibiliũ. Et per hanc particulam credimus differre intellectum humanum à cæteris intellectibus, quoniam ſupponimus cæteros naturaliter, & ex ſe haberẹ actu aliquod cognoſcibile, aut forte omnia. Tertia autem particula neceſſaria fuit propter communem modum diffiniendi formas: accidentia, & vniuerſaliter ea quæ aliorũ ſunt: oportet enim hęc per ſubiecta diffiniri. Vnde intellect⁹ quũ pars poteſtatiua animæ ſit nõ curando vtrum ſit ſubſtantia vel accidẽs per ipſam animam diffiniri debuit, tanquam per ſuum totum, & id cuius eſt.

Circa eandem diffinitionẽ aduerte, quòd ſi Theophraſtus diligẽtius aduertiſset hæc Ariſtotel. verba: quæſtionem de differentia inter naturam intellectus poſsibilis, & naturam materiæ primæ non tanti feciſſet. Aperte nanque patet, quòd natura intellectus includit in ſe actum quendã ex prima particula diffinitionis ſuę, ſcilicet, intellectus. Quum enim intellectus nomen perfectionem quandam, ac vim cognoſcitiuam ſignificet, & vt tertio phyſic. tex. 17. dicitur, ſemper exiſtimabitur ſpecies aliqua operari, neceſſe eſt ꝙ intellectus nomen actum quendam ſignificet. Et confirmatur quia eſse intellectũ inuenitur in puro actu, & ſpectat ad eius ſummam perfectionem, imperfectius ſiquidem eſset Deus: ſi non eſset intellectus. Vnde decipi multos hic forte contingit ex æquiuocatione ſeu potius amphibologia, dum auditur, quòd intellectus noſter

nullius



nullius eſt naturæ, ſed pura potentia in generẹ intelligibiliũ. Poteſt enim hoc duplicem ſenſum habere: primo vt ly in genere intelligibilium determinet ordinem ſeu genus rerum, in quo continetur, & tunc eſt ſenſus: intellectus eſt pura potentia contenta ſub genere ſeu ordine rerum immaterialium: quemadmodũ dicimus ſecundum hunc ſenſum ꝙ materia prima eſt pura potentia in genere ſenſibiliũ, id eſt, contenta ſub ordine rerũ ſenſibiliũ. Secundo poteſt intelligi, vt ly in genere intelligibilium ſit cõditio quaſi diminuens rationem puræ potentiæ, & tunc eſt ſenſus, ꝙ intellectus noſter eſt pura potentia nõ ſimpliciter, ſed in tali genere. ſ. intelligibiliũ: quẽadmodum dicimus ꝙ oculus eſt pura potentia in genere colorum & non ſimpliciter: eſt. n. actu diaphanus. Et quum vtrũq; locutio hæc habeat ſenſum: in primo ſenſu putare intellectum eſſe puram potentiã eſt oĩno impoſsibile, & cõtrarium doctrinæ Ariſt. Impoſsibile quidẽ, quoniã ſequeretur idẽ ſimul eſſe in actu, & nõ eſse in actu, ſicut ſequeretur ſi matęria prima eſsẽt ſine omni forma. non enim facile eſſet fingere, quæ forma ſubſtantialis ſit intellectui poſsibili, per quam eſt, &c. huiuſmodi impoſsibilia. Contrarium verò Ariſtot. Tum quia locauit ipſum, vt dictum eſt, in genere actus. Tum vt proteruos etiam conuincamus: quia dicit ipſum eſse aliquid animę, puta partẽ: ex hoc enim habetur, quod eſt pars actus, cũ anima omnis actus aliquo modo ſit, ſiue vniuoce inſit corpori, ſiue non. pars autẽ actus, aut eſt idem quòd actus, aut accidens eius, & ſiquidem indentificetur actui, conſtat quòd non eſt ſimpliciter pura potentia. ſi vero ſit accidens eius, ex hoc ipſo quod ineſt ei actus quidã eſt. Et ſic oportet ſecundũ Ariſt. dicere quòd intellectus noſter, quo intelligimus & opinamur eſt forma quędam intellectualis in pura potentia ad omnia cognoſcibilia: vt enim optimè patet ex dictis, ſi aliquis actus eſt in potentia ad omnes ſpecies alicuius generis actus ille non repugnat puræ potentiæ ad illud genus, vt patet de dyaphano & coloribus, quare nihil officit intellect⁹ naturæ, quòd ipſe habeat in ſe intellectualitatis formam, quoniam intellectualitas actus eſt potens recipere omnes ſpecies intelligibilium. Vnde minus acutè ac profundè ratio redditur niſi à poſteriori, quare pura potentia, quæ eſt intellectus intelligit, & pura potentia, quæ eſt materia prima non intelligit ex hoc quod illa recipit vniuerſaliter, & iſta parti-



culari

culariter: vera enim cauſa eſt, quoniam illa eſt actus talis, qualem ſignificat intellectus, cum quo non ſtat pura potentia, niſi ad recipiendum vniuerſaliter: materia autem prima non eſt actus aliquo modo, ſed ſolum pura potentia.

Circa eandē partē reſtat dubium: quomodo ſtant hæc duo ſimul, ꝙ ipſe intellectus ſit actus quidā in genere entiū, & ſit cognoſcitiuus oīum, & ꝙ nō poteſt ſeipſum per ſeipſum cognoſcere, ſeu & in idē redit, ꝙ nō habet vllum cognoſcibiliū apud ſe etiam in actu primo: hoc enim quoniā inferius dubitabitur ab Ariſtotele, illucuſque differendum eſt.

Circa vlteriorē illationē: qua Ariſt. probat intellectum eſſe ſeparatum à corpore, tria aduertenda ſunt. Primum eſt, ꝙ quū dupliciter poſsit forma aliqua ſenſibilis ſeu corporea dici & eſſe: primo vt in ſe quidditatiuę ſit talis vt forma ignis: ſecundo vt & ſi in ſe non ſit talis: ſit tamen ex ſua natura perfectio rei ſenſibilis ſeu corporeæ, quū Ariſt. oſtendiſſet intellectum nō habere admixtionem naturæ corporeæ in ſua quidditate, nunc cōſequenter oſtendit, quòd nec habet eiuſdē admixtionem in ſua actuatione. ita quòd nec in ſe eſt aliqua de his naturis, nec eſt perfectio alicuius hmōi naturæ. Secundo quòd medius terminus non eſt alius à ratione ſupra poſita: ratio enim hic poſita eſt, quia ſi intellectus eſſet perfectio alicuius corporis, fieret alicuius determinatę naturæ, puta calidę vel frigidæ, & ſicut viſus, quia eſt actus dyaphani, determinatur ſic, ꝙ non poteſt recipere niſi ea, ad quæ ſe extendit potentia dyaphani. ita intellectus ſi eſſet perfectio alicuius corporeæ naturę, non poſſet recipere niſi ea, ad quæ ſe extenderet potentia illius ſui ſubiecti, & ſic impediretur à cognitione omnium, ex eadem ergo radice vtraque ſeparatio ꝓuenit. Tertio quia quum vis huius rationis conſiſtat in hoc, quòd omne corpus eſt determinatæ naturæ & impeditiuę receptibilis cognitionis omnium, & in hoc non differt totum corpus à parte corporis: quoniam commune eſt tam naturæ partis quam naturæ totius corporis eſſe huiuſmodi naturæ impeditiuæ, conſequens neceſſario eſt, vt eadem ratione intellectus ſeparatus ſit à qualibet parte corporis, & à toto corpore, ita ꝙ oporteat ipſum nec eſſe actū alicuius particulę hominis, nec totius hominis primo. Si enim eſſet actus totius hominis primo, quum homo ſit naturæ determinatę, corporeę, ſenſibilis, mixtæ, &c. Intellectus ex tali



ſuo primo perfectibili non minus impediretur à receptione omnium intelligibilium quàm ſi eſſet actus alicuius partis, puta cerebri, quoniam non minus fieret calidus, aut frigidus, &c. vt in littera dicitur. Vnde alienum eſt ab Ariſtot. philoſ. & repugnat rationi inductę, quòd intellectus ſit actus corporei, ſiue totius, ſiue partis. Vnde & in prīcipio huius textus expreſſê dicit intellectum eſſe immixtū corpori abſque diſtinctione aliqua, & in calce textus ſequentis indiſtinctè etiā dicit, ꝙ hic intellectus eſt ſeparatus à corpore.

## V. Ratio Ariſt. concludat animam ſeparabilem â corpore.

¶ Circa prædicta diligentiſsime aduertendum eſt, ne obliti eius quod dixit Ariſt. in prohemio primi in text. 13. indiſtincte accipiamus ea, quę cum diſtinctione ab ipſo videntur intēta. Scito igitur quòd ſicut rem aliquam eſſe naturalē ſeu phyſicā contingit trifariam. ſ. quidditatiue, perfectiue, & exiſtenter. ita per oppoſitū res aliqua poteſt negari phyſica ſeu naturalis quidditatiue, perfectiue, & exiſtēter. v. g. dicimus ꝙ ſphæra nō eſt ens phyſicum quidditatiue, quū non includat in quidditate ſua materiam ſenſibilē. Et ſimiliter dicimus quòd ſphęra nō eſt ens phyſicū perfectiue, quia nō eſt de ratione ſphæræ, ꝙ ſit perfectio materiæ ſenſibilis, ſicut per oppoſitū eſt de ratione animæ, ꝙ ſit perfectio corporis ſenſibilis: non tamen dicimus ꝙ ſphæra nō eſt ens phyſicū exiſtenter, quoniam ſphæra non pōt inueniri in rerum natura niſi in materia ſenſibili. Ita rem aliquā eſſe immixtā corpori ſeu corporeis rebus contingit tripliciter. ſ. quidditatiue, perfectiue, & exiſtēter, & in littera quidē probatū eſt quòd intellectus noſter eſt immixtus corpori quidditatiue ex eo quòd oīa cognoſcit in potētia, & diffinitus eſt quòd nulla eſt natura niſi quòd eſt intellectus poſſibilis aię. Deinde probatū eſt quòd idē intellectus eſt immixtus corpori perfectiue, ex hoc quòd alioquin fieret calid⁹ aut frigidus. Sed quòd ſit immixtus corpori exiſtenter, adhuc probatum non eſt: dicet. n. quiſpiam, ſicut ipſe inſinuauit Ariſtot. in ꝓhemio allegato quòd intellectus eſt ſeparatus à corpore ſicut ſphęra à natura phyſica, & quod quemadmodum nō repugnat quod ſphęra neq; eſt natura phyſica, neq; perfectio naturæ phyſicæ, & tñ neceſſario exiſtit ſolum in phyſicis & phyſicæ. ita pōt eſſe ꝙ intellectus neq; eſt in ſe aliqua natura corporea, neq; eſt pfectio

ctio alicuius naturæ corporeç, & tamen non exiſtit niſi in corpore & corporaliter. ¶ Vtrum autē ratio inferens primas duas immixtiones, inferat tertiam, non oportet vertere in dubiū formaliter loquendo, quoniam manifeſte apparet quòd natura ſphæræ infert duas primas immixtiones. & tamen nō tertiam. Verū an hæc ratio in littera poſita inferens duas primas immixtiōes intellectus inferat tertiam, dubitatione non caret. Videtur enim quòd ſic, quoniam idem ſequitur inconueniens, ſicut enim ſi intellect⁹ eſſet quidditatiuæ igneus, aut eſſet actus ignei impediretur à perceptione cæterorum ita ſi intellectus non exiſtit niſi igneus, aut terreus, aut aliquid huiuſmodi impediretur à perceptione cæterorum. Et hoc manifeſtè teſtatur ſenſus: guſtus enim & ſi non ſit neque de natura amari, neque actus amari: quādiu tamen exiſtit coniunctus amaro, impeditur à diſcretione aliorum ſaporum, & ſic ſi intellectus eſſet mixtus corpori exiſtenter: quanuis non quidditatiuæ, nec perfectiuæ, non poſſet cognoſcere omnia, quare ſi hæc ratio. ſ. vt cognoſcat omnia valet, omnē videtur inferre ſeparationem. Nec poteſt aliter huic rationi reſponderi niſi concedendo quòd intellectus quaſi per accidens de facto in ſingulis hominibus impeditur à cognitione omniū, quanuis formaliter & per ſe ſit cognoſcitiuus omnium, quēad modum ſphæra de facto non niſi ignea, aut terrea eſt, quanuis formaliter & perfectiue neutra ſit, & ſic erit de anima ſicut de ſphæra, cui attribuitur tangere rectum in puncto, & tamen nulla ſphæra inuenitur tangens rectum in pūcto, quia non inuenitur niſi ignea, &c. Nec ex hoc ſequi videtur, qđ intellectum humanum aliqua ſubterfugiat cognitio naturæ ſenſibilis, quanuis bene ſequatur hoc de ſingulis intellectibus humanis, quū enim nō niſi per accidens intellectus eſſet coniunctus corpori, iuxta varietatem complexionum indiuidualium diuerſimode hic vel ille intellectus impedimentum inueniret, & ſic contingeret quòd ab aliquo cognoſcendo impediretur intellectus ſortis, à quo non impediretur intellectus Platonis, ac per hoc oēs intellectus oīa cognoſcere poſſent, quilibet tamen ſingularis intellectus impediretur per accidens à cognitiōe omniū, &c.

Circa correlarium illud quo infertur quòd anima eſt locus ſpecierum. Aduerte duo, primò ſubiectum, deinde prædicatum. Et ſubiectum prima facie videtur quòd ſit anima, & non facit differentiam inter intellectum & animam, dum vnū poniē pro altero, & conſequēter conditiones intellectus erunt conditiones animæ, quod non eſt verum, quum anima ſit poſita in obliquo in diffinitione intellectus. Perſpicacius autē conſideranti apparebit, quòd ſubiectum hic eſt anima nō abſolute, ſed ſecundum partē intellectiuā, id eſt, anima ſecundum intellectum: hic enim eſt pars animæ, qua intelligit & ſapit, & ſumitur ex hoc quòd littera vtitur anima in quantū eſt tota vel non tota. Conſtat enim ꝙ anima tota eſt anima ſecundum omnes partes poteſtatiuas, igitur anima non tota, ſed intellectiua eſt anima non ſecundum omnes ſuas vires, ſed ſecūdum partem intellectiuā, quam conſtat eſſe intellectum &c. Prædicatum autem quum ſit res impoſſibilis conuenire animæ niſi metaphoricè, & metaphora incertam habeat interpretationem, neſcio quid certi ex hac cōparatione animæ ad locum accipiam, niſi hoc vnū, quod ſequi manifeſtum eſt ex prædictis, & proprium eſt parti intellectiuç. ſ. ꝙ non compoſitum ex anima & corpore, ſed ipſa anima recipit ſpecies. ita quòd eſſe receptaculū ſpecierum eſt proprium animæ intellectiuæ, ſpecies nāque ſenſibiles recipiuntur in cōpoſito ex organo & parte animæ, &c. & ſequitur hoc directe ex eo, qđ dictū eſt. ſ. ꝙ intellectus eſt immixtus, & abſq; vllo organo.

Tex. 7 Circa diſſimilem impaſſibilitatē intellectus & ſenſus primo ipſa differentia, deinde aſſignata cauſa conſideranda eſt. Et quo ad ipſam quidem differentiam primo nota terminos, ꝙ intellectus ſumitur hic quatenus intelligit, & ſenſus quatenus ſentit, & impaſſibilitas quatenus negat paſſionē propriè dictam, quæ, ſcilicet, eſt detrimenti receptiua, valde ſenſibile, & ſimiliter valde intelligibile ſumitur pro eo, quod ſecundum ſe habet, quòd ſummę ſentiri vel intelligi poſſit, vt lux eſt valde viſibilis ſecūdum ſe, & metaphyſicalia ſunt ſecundum ſe valde intelligibilia. ita quòd ly valde & ſi poſſit dicere reſpectum exceſſus reſpectu potentiæ. ſ. ſenſus & intellectus, & reſpectu obiecti, ſcilicet, aliorum ſenſibilium & intelligibilium, in propoſito tamen ſignificat reſpectū exceſſus, reſpectu obiecti abſtrahēdo à reſpectu exceſſus reſpectum potentiæ, & ſic illa differentia, vt patebit, eſt per ſe nota, & non ſupponit dari intelligibile valde reſpectum intellectus, ſed ex experientia in nobis ipſis procedit. ¶ Nota ſecundo quòd quum dupliciter poſſit intellectus vel ſenſus

paſsibilis vel impaſsibilis dici. primo vt quædam res eſt, ſicut corrupto animali deſinit quoque viſus. Alio modo vt ſenſus vel intellectus eſt, quod nō eſt niſi in quantum propriam operationē exercet. Nō eſt ſermo in propoſito de impaſsibilitate ſenſus & intellectus. vt res ſunt. Tum quia hoc impertinens eſt. Tum quia apertè in littera differentia oſtēditur in operari vtriuſque. ¶Nota tertio quòd Ariſt. ſimul inſinuat cōuenientiam & differentiam intellectus & ſenſus quo ad impaſsibilitatem. Dicendo enim quòd nō eſt vtriuſq; impaſsibilitas ſimilis vtrunq; impaſsibilē ponit: alioquin non eſſet inter eorum impaſsibilitatem diſsimilitudo Conueniunt ergo intellectus & ſenſus formaliter ſumpti in hac impaſsibilitate, quòd vtriuſq; operari eſt ſalus & perfectio abſq; deperditione aliqua: ſenſus. n. quū mouetur ab obiecto, & fit actu ſentiens, nullus abijcitur terminus à quo, ſed fit tantum additio in ipſum & perficitur, & ſimiliter intellectus quum mouetur ab intelligibili.

Differunt autem in hac ipſa impaſsibilitate, quia ſenſus infra latitudinem motionis à ſenſibili quandoq; vere patitur: intellectus vero nunquā: ſenſus enim ſi à valde ſenſibili moueetur: detrimentum aliquod recipit: intellectus verò à valde intelligibili non ſolum non impeditur, imò cōfortatur. Et ſic licet ſentire & intelligere abſolute cōueniant in hoc, quòd neutrū eſt vere pati: ſumpta tamen ſecundū totam latitudinem eorum inuenitur ſentire haberepaſsionem admixtam. ſ. à reſpectu valde ſēſibilis intelligere autē ſemper expers paſſionis eſt, &c.

Circa cauſam aſsignatę differentiæ dubiū occurrit, quoniā nō videtur vera cauſa aſsignata. ſ. eſſe & nō eſſe in corpore, ſi enim eſſe in corpore eſſet cauſa, quare ſētire à valde ſenſibili eſt vere pati, & non eſſe in corpore eſt cauſa, quare intelligere à valde intelligibili non eſt verè pati: oporteret quod cogitatiua & aliæ vires interiores paterentur à valde cogitabilibus, imaginabilibus, &c. quod tamē nō experimur, & patet ſequela, quoniam hæ vires ſunt in corpore.

Ad hoc breuiter dicendum eſt, quòd non fuit Ariſt. intentio, propriam reddere cauſam hoc in loco, ſed potius oſtendere conſonantiam huius differentiæ ad datam de intellectu doctrinam, cuius ſignum eſt, quòd in hoc textu expreſſe meminit vtriuſque cauſæ in ſecundo lib. text. 143. aſsignatæ, quare ſenſus patitur à valde ſenſibili, quum dicit ex orga-

nis



nis & ſenſu, ex vtriſque nanque ſuperius cauſam reddidit: ex organo quidem, quia eſt velut armonia quædam: ex ſenſu vero in actu, quia eſt velut ſymphonia: quum idem ſit actus ſenſus, & ſenſibilis, &c. Vnde inſinuauit manifeſtè, & quòd non eſſe in corpore, ſed eſſe ſic in corpore tali eſt ratio patiendi ab excellēti obiecto, & quòd eſſe ſeparatum à corpore non ſolum tali, ſed ſimpliciter omnimodam paſsionē excludit: decebat enim teſtimonium doctrinæ datæ ab aliqua experientia afferre.

Nec obſtat atteſtationi huic obiectio de viribus interioribus, quoniam non per ſe notum eſt dari in earum obiectis magis & minus & valde, ſicut in inſenſibilibus & intelligibilibus. Conſonantia enim hæc ex per ſe notis, vt dictum eſt, procedit.

## V. Quid nomine intellectus in actu intelligat Ariſt.

Tex. 8 ¶Circa determinationem intellectꝰ in actu aduerte primo terminos: deinde conditiones ipſius intellectus in actu. Intellectus igitur, de quo dictū eſt, quod nullius eſt naturæ, niſi ꝙ poſsibilis vocatus eſt, præter potentiā ſubſtātialē eius differentiam, à qua dicitur poſsibilis quæ inſeparabilis eſt ab eo, ſicut vniuerſaliter differentia ſubſtantialis inſeparabilis eſt ab eo, cuius eſt, in triplici ſtatu inueniri poteſt in rerum natura: ſ. in ſtatu pure potentiali, ſicut eſt in pueris, quādo eſt ſicut tabula raſa, & in ſtatu habituali, ſicut eſt in dormientibus habentibus ſpecies aliquas intelligibiles, & in ſtatu pure actuali, ſicut eſt in actualiter cōtemplantibus aliquid, & in primo quidem ſtatu dicitur intellectus in potentia non ab illa quæ eſt eius differentia, ſed ab illa, quę conſtituit conditionem ſui ſtatus, quam etiam perdit acquirendo ſpeciem intelligibilem. in ſecundo vero ſtatu vocatur intellectus in habitu ab aliquibus: ab Ariſtotele vero vocatur hic intellectus in actu ea ratione, quia eſt in actu primo, & de hoc intendit hic loqui. De tertio vero erit inferius ſermo, quum ſcilicet Cap. 8 de operationibus intellectus tractabitur. Vnde volens quid nominis intellectus in actu tradere Ariſtotel. dixit, quod tunc dicitur intellectus in actu: quum ſic ſingula fit vt ſciens, id eſt, quum determinatur ad intelligibilia habitualiter: vbi ſingula verba ponderanda videntur. Primo ly fiat, quoniam inſinuat differentiam inter intellectum & materiam: materia enim quum deducitur de potentia

tia

tia ad actum, non fit actus, ſed ex ipſa & actu fit tertium: intellectus autem quum fit in actu fit ipſum intelligibile, & non fit ex eis vnum tertium, & propterea verè dicitur, ꝙ ex intellectu & intelligibili, fit magis vnum quam ex materia & forma: magis enim vnum ſunt, quæ ſic ſe habent quòd vnum eſt alterum quam ex quibus fit tertium. Radicem autem horũ vide ſi vis in principio expoſitionis noſtræ ſuper. 14. quæſtione primæ partis Diui Th. Secundo ly ſingula quoniam duo inſinuat. Primo infimum gradũ intellectus noſtri inter omnes intellectꝰ. Quum enim intellectus ſic inter ſe graduentur, quodquanto eſt altioris ordinis, tanto altiori modo eſt intelligibilia, infimus intellectus iure adeò infime eſt intelligibilia, vt ſigillatim illa eum fieri oporteat. Secundo modum potẽtiæ ad intelligibilia. Intellectus enim non ſic eſt in potẽtia ad intelligibilia quaſi omnino expers intelligibiliũ, ſed tanquam id, quod eſt quidem ipſa intelligibilia: indeterminatè tamen, & propterea nihil aliud eſt ipſum fieri actu quam ipſum determinari ſecundum hoc vel illud intelligibile, qđ importat ipſum fieri ſingula. Quũ enim quilibet intellectus in actu ſecundum ſuam ſubſtãtiam ſit quodãmodo omnia ſua intelligibilia: intellectꝰ noſter cum in coordinatione intellectuum ſit habet & ipſe, vt ex ſua natura omnia ſua intelligibilia ſit: in potentia tamen, ſicut & ipſe ab alijs intellectibꝰ per potentiæ naturam deficit. Tertio ly ſicut ſciens, denotat enim hic modum eſſendi in actu primo, & non modum eſſẽdi ſeu habendi prompte, faciliter, & delectabiliter. Non enim exigitur ad intellectũ in actu, de quo loquimur, quòd ſit habiturus habitu cuiuſcunque ſcientiæ, ſed ſat eſt habere aliquam ſpeciem intelligibilem.

Cõditiones autem huiuſmodi intellectus in actu ſunt tres. Prima quę videtur potius eius diffinitio eſt, ꝙ eſt potens per ſe ipſum operari. Secunda eſt, quòd huiuſmodi intellectꝰ eſt in potentia, diſsimiliter tamen quam prius. Tertia eſt, quòd poteſt ſeipſum intelligere. Ex prima conditione patet repugnare doctrinæ Ariſto. omnem opinionẽ tenentem, quòd quotienſcunque intellectus debet intelligere, eget aliquo alio reducente ipſum de potentia ad actum. Ex hac enim opinione ſequeretur, quòd intellectus in actu primo non poſſet per ſeipſum operari, ſed egeret alio motore ad hoc vt operaretur. ¶ Nec fallaris hoc in loco putãs, quòd ly per ſeipſum excludat omne aliud: hoc enim

fal-



falſum eſt, quum ſine phantaſmate nihil intelligat anima, ſed ly per ſeipſum excludit omne aliud in ratione motiui. Vnde nec tunc eget phantaſmatibus mouẽtibus, ſed quodammodo terminãtibus, vt infra patebit. Secunda vero cõditio ſatis clara eſt ex differentia inter potentiam ad actum primum, & ad actum ſecundum. De tertia autem inferius quum de intelligibilitate intellectus tractabitur, erit ſermo.

Tex. 9 Circa aſsignationẽ obiecti intellectus duo ſunt aduertenda. Primo quòd hinc patet, ꝙ natura & indiuiduum in ſolis illis diſtinguuntur, in quibus ſignificatur hoc in hoc, id eſt, forma in materia ſenſibili, aut intelligibili, ac per hoc in ſubſtantijs immaterialibus nõ eſt aliud natura & indiuiduum, & conſequenter ſicut impoſsibile eſt multiplicari indiuiduũ, ita impoſsibile eſt multiplicare naturam. Secũdo quòd impoſsibile eſt ſingulare materiale indirecte intelligi ab intellectu noſtro, aut mouere intellectum quemcunque. Si enim ea quæ ſunt circa intellectũ, ſunt ſicut res ſeparabiles à materia, & caro quia non ſine materia eſt, infertur quòd ſenſitiuo cognoſcitur: oportet quòd ſingulare materiale, cui repugnat ſeparari à materia, & intellectũ nullum mouere poſsit, & nulla poſsit directe repræſentari ſpecie abſtracta à materialibꝰ, & ꝓpterea nõ niſi reflexe ab ĩtellectu noſtro cognoſci põt.

Circa ſecundam quæſtionẽ Text. 13. literæ aduerte, ꝙ planus ſẽſus quæſtionis eſt iſtæ. Si intellectꝰ noſter eſt intelligibilis, aut eſt intelligibilis non ſecundũ aliud, ſed ſecundũ id quo eſt intellectus. ita quòd idem ſit quo eſt intellectus, & quo eſt intelligibilis. Aut eſt mixtum, id eſt, aut eſt intelligibilis ex aliocui miſcetur. ita quòd eſse intelligibile non conuenit intellectui puro, ſed mixto. Si datur primum, ſequitur, ergo alia habent intellectum, & probatur ſequela, quia intelligibile eſt vnum ſpecie. Si enim cõſtitutiuum intellectus & intelligibilis eſt idẽ, qđ ex hoc habetur, quòd intellectus conſtituitur in eſse intelligibili per id, quo conſtituitur in eſse intellectus, &c. in quocũque eſt intelligibile, eſt intellectus, & econuerſo. Si vero datur ſecũdum, ſequitur, ergo ipſe intellectus habebit aliquid faciens ipſum intelligibile ſicut alia. i. ergo eſt intelligibilis ꝑ abſtractionem, ſicut alia quæ habent aliquid abſtractũ ab eis, quod facit ipſa intelligibilia, &c. Et quoniam vtrunque horum, ad quod ducit quęſtio eſt falſum, oportet caute ſoluere.

Circa reſponſionem ad ſecũ Text. dam 15.

dam queſtionẽ nota ipſam reſponſionem: non.n.reſpõdet litera, ꝙ intellectus eſt intelligibilis ſicut alia, ſed quòd eſt intelligibilis ſicut intelligibilia: tantum autẽ refert dicere ſicut alia, & ſicut intelligibilia, vt illud falſum, hoc verum ſit: Neque opus eſt vagari in quærendo, quid ſignificat ly intelligibilia. Manifeſtum eſt enim quòd exiſtentibus duobus rerum ordinibus altero ſenſibiliũ: in quo ſunt materialia omnia, altero intelligibilium, in quo ſunt ſeparata omnia à materia: quum dicitur ſicut intelligibilia ad differentiam ſenſibilium dicitur. ita ꝙ ſenſus eſt, quòd intellectus noſter eſt intelligibilis, non ſicut ſenſibilia, ſed intelligibilia: ac ꝑ hoc non ſicut materialia, ſed ſicut ſeparata à materia. Iam enim dictum eſt ſuperius, quòd eſt ſeparatus à materia, & ſic excludit ſecundum membrũ queſtionis. Et ſi quæras modum, quo intelligibilia ſunt intelligibilia, & percipias quid importat ly ſicut intelligibilia, facile tibi ſatisfit afferendo differentiam inter ſenſibilia & intelligibilia in hoc: illa enim ſunt intelligibilia nõ vt incluſa in ordine intelligibiliũ, ſed vt transferri poſsibilia ad ordinem intelligibilium, propter hanc enim tranſlationem oportet ponere intellectum agentem, vt infra patebit: hæc autẽ ſunt intelligibilia vt clauſa in ipſo ordine intelligibiliũ, & propterea non egent transferente ea de ordine in ordinem, &c. Eſt igitur reſponſionis ſenſus, quód intellectus non eſt intelligibilis vt ſenſibilia per abſtractionem intentiõis, ſed vt intelligibilia, quæ iam ſunt in ipſo ordine intelligibilium, &c. Et hoc probatur per hoc, quòd ipſe intellectus eſt ſeparatus à materia, vt nunc patebit.

## ¶ V. In ſeparatis à materia idem ſit conſtitutiuum intellectiui, & intelligibilis.

¶ Circa cauſam reſpõſionis. ſ. in his quæ ſunt ſine materia idem eſt intelligens, & quod intelligitur. Nota primo ſenſum aſſumpti, & deinde vim eius ad propoſitum, ſenſus eſt, quòd in ſeparatis à materia idem eſt conſtitutiuum alicuius, in hoc quôd intelligat, & in hoc ꝙ intelligatur. Et probatur in litera hæc ꝓpoſitio ex hoc, quòd ſcientia ſpeculatiua, & ſic ſcibile eſt idẽ, ideſt, ex hoc quôd cõſtitutiuum ſcientiæ ſpeculatiuæ ineſſe ſcientiæ, & conſtitutiuum ipſius ſcibilis in eſſe ſic ſcibilis, id eſt actu ſcibilis: eſt idem, ſcire nanque & ſciri conformia ſunt ipſis intelli-





gere & intelligi. & ſic ex hoc quòd conſtat idem conſtituere aliquid ineſſe ſcientiæ ſpeculatiuæ, & ineſſe ſcibilis in actu, quoniam non ex alio habet quòd ſit ſcientia: ex alio alio quod ſit ſcibile actu, eo qa ſcientia ſpeculatiua eſt ſine materia, oportet vt hinc ſumamus, quôd in ſeparatis à materia idẽ eſt conſtituens in intelligere & intelligi. Nec habet inſtantiam aliquam propoſitio hæc in his, quæ verè ſunt ſine materia, id eſt, in ſubſtantijs, de quibus ſermo abſolute prolatus de his, quæ ſunt, accipiendus eſt. Vnde moleſtias accidentium ſpectantium præcipuè ad voluntatem quibus conuenit intelligi & non intelligere, tanquam de non entibus fuge, ſi ea obijciuntur, vt diſtinguntur à ſubſtantijs: quarum ſunt. Si ea ex parte ſubſtantiarum ſpectentur, ſic intelligunt & intelliguntur. Sed non eſt hic locus ſophiſticas importunitates vitandi, quare ad vim propoſiti tranſeundo ſciendum eſt, quòd ex hac propoſitione directè infertur reſponſio aſsignata motæ quæſtioni. Si enim in ſeparatis à materia idem conſtituit quod intelligit & quod intelligitur: quum conſtet quòd intellectus ex eo quod intellectus ſit ſeparatus à materia, ſequitur quòd idẽ conſtituat ipſum in eſſe quod intelligit, & eſſe quod intelligitur, ac per hoc ipſe eſt intelligibilis, ſicut habẽs in ſe cõſtitutiuũ ineſſe intelligibili, quod eſt eſſe intelligibilẽ ſicut intelligibilia. Et ſi, altius contemplatus fueris, & videris, quòd non ſolum idem conſtituit intelligere & intelligi, ſed eo modo quo conſtituit vnum: conſtituit alterum quo ad actum & potẽtiam, percipies plene intelligibilitatem intellectus. Sicut enim quidditas intellectus noſtri cõſtituit ipſum in eſſe intelligẽtis in potentia. ita eadem quiditas conſtituit eundem in eſſe intelligibilis in potẽtia, & ſicut ſpecies intelligibilis conſtituit ipſum intellectum in actu. ita eadem ſpecies conſtituit eundem intelligibilem in actu. Dixit enim ſuperius Ariſtot. quòd intellectus in actu ſicut ſciẽs poteſt ſeipſum tunc intelligere: Eſt ergo intellectus intelligibilis ſicut intelligibilia: non ſolum quia ſicut res de ordine intelligibili, ſed quia ſic diuerſimode eſt intelligibilis, quemadmodum ipſa intelligibilia, ſcilicet actu & potentia: in ordine tamen intelligibili. Poteſt autem, & in idem redit, aliter conſtrui ipſa reſponſio: ita vt ly eſt replicetur, & non ly ſunt intelligibilia, vt in præmiſſa expoſitione, ita quôd quẽadmodum expoſui-

mus, ſic ipſe eſt intelligibilis, ſicut intelligibilia ſunt intelligibilia, & iuxta hunc ſenſum denotatur, quòd modus quo intellectus eſt intelligibilis, eſt modus, quo intelligibile eſt intelligibile: ita modo exponamus ſic, ipſe eſt intelligibilis ſicut eſt intelligibilia. Et iuxta hunc ſenſum denotatur quòd modus quo eſt intelligibilis: eſt modus quo ipſe intellectus eſt intelligibilia, ita quòd quēadmodū ſe habet ad hoc quòd ſit intelligibilia. ita ſe habet ad hoc quòd ſit intelligibilis: ſecūdum enim naturam ſuam eſt in potentia ad eſſe intelligibilia, & ſecundum ſpeciem intelligibilem eſt actu intelligibilia, & ſimiliter ſecundum ſe eſt potētia intelligibilis, & ſecundum ſpeciem eſt actu intelligibilis. Et quòd hæc ſic ſe habeat. probatur ex eo quòd in ſeparatis à materia conſtituens intelligentem conſtituit intelligibilia eodē modo, ac per hoc quū intellectus per hoc, quòd eſt eſſe intelligibilia in potentia conſtituatur intelligens in potentia, & per eſſe intelligibilia in actu conſtituatur in eſſe intellectus in actu, oportet pariformiter, quod per illud cōſtituatur intelligibilis in potentia, & per hoc intelligibilis in actu. Et licet prima expoſitio directius reſpondeat quæſtioni motę, ſecunda tamē abijcienda non eſt.

Circa aſsignatam cauſam nō ſemper intelligendi duo conſideranda ſunt, primū eſt, quid eſt id cuius cauſa dicitur conſideranda, ſecundum eſt ipſa cauſa. Quo ad primum quia ly ſemper eſt aduerbium temporis, quæſitum videtur hic, quare intellectus non ſemper, ſed quandoque intelligit.

Sed hæc expoſitio excluditur ex hoc, quod iam dictum eſt, quod intellectus eſt in potentia, ſicut tabula, in qua nihil eſt pictum: ex natura enim hac patet quare nō ſemper intelligit: excluditur etiā ex cauſa ſubiuncta, quæ non videtur ad propoſitum, & ex ipſo contextu, quoniam hoc non ſpectat ad quæſtionē motam.

Vnde dicendū eſt, quod id cuius cauſa quæritur eſt, quare non omne quod dicitur intelligi, intelligit. Et merito oportet huius cauſam reddere, quia motæ quæſtioni reſponſum eſt affirmādo primū membrum illius, dū concluſum eſt, quod intellectus eſt intelligibilis eo, quo intellectus, & eo modo: & ſic non per aliud ab intellectu, & in ipſa motione quæſtionis dicebatur, quod ſi daretur hoc primum mēbrum, quod & dedimus, quod ſequeretur, quod alia quoque intelligerent, quia intelligibile eſt vnū ſpecie, & qua ratione vnū



intelligit, cætera intelligent. Quia inquam huic illationi ſatisfaciendum erat: ideò ſubdidit, non ſemper autem intelligēdi cauſa cōſideranda. Vſus eſt autē ly ſemper, quod diſtribuit per omni tpe magis quā ly omne, quod diſtribuit pro omni ſuppoſito, quoniā in rei veritate omne intelligibile intelligit, vt patet ex dictis, ſed nō ſemper. i. nō ſecūdū quodcunq; eſſe, vt patet ex dicēdis in hac litera. Cōſideranda eſt ergo cauſa, quare non ſemper, cui attribuitur quod intelligitur: attribuitur etiam ꝑ intelligat: ac per hoc quare alia intelligibilia. ſ. quiditas aquæ, magnitudinis &c. nō intelligūt, ſed intelliguntur: quiditas autē intellectus intelligitur & intelligit. ¶ Quo ad ſecundū cauſa eſt, quia in materialibus nō eſt ĩtelligibile niſi in potētia, &c. vbi tres propoſitiones afferuntur: prima eſt quòd in materialibus non eſt intelligibile, niſi in potentia: ſecunda eſt quòd intellectus taliū eſt potentia ſine materia: tertia eſt, ꝙ illud eſt intelligibile. Et vt manifeſte patet, dicit quòd cauſa eſt, quia quū dicitur, quòd intelligibile eſt intellectus. intelligitur de intelligibili, qđ eſt, non quod poteſt eſſe intelligibile. Sicut quū dicitur de albo, qđ eſt diſgregatiuum viſus: intelligitur de eo quod eſt album, & non de eo, quod poteſt eſſe album. Inter materialia autem & immaterialia hęc eſt differētia, quòd immaterialia ſunt intelligibilia: materiales vero res nō ſunt, ſed eſſe poſſunt intelligibilia, quoniam ſunt ſenſibilia. Materialia ergo merito nō intelligunt, & immaterialia ſic, Et hoc clare dicitur in prima propoſitione, ex qua, quia. ſ. immaterialibus non eſt intelligibile niſi in potentia, infertur quòd in eis nō eſt intellectus, ſicut enim carent intelligibili, ita carent intellectu. Veruntamen ſicut habent intelligibile, ita & intellectum, & econtra. Sicut enim intellectus in actu talium, id eſt, ſpecies intelligibilis huiuſmodi ſenſibilium eſt potentia non in ipſis rebus materialibus, ſed ſine materia: vt patet ex dictis, ita intelligibile eorundem eſt ſine materia: imò eſt illud idem, quod intellectus eorum. Et ſic vbi non eſt intelligibile non eſt intellectus, & vbi eſt intelligibile eſt intellectus. Et quoniā vtrunque eſt ſine materia, in materialibus neutrum eſt: in ſeparatis autem vtrunque eſt, dicuntur tamen materialia nō intelligere, ſed intelligi tantū, quia ineſt eis tantum in potentia intelligibile. Vel & melius vltimas duas propoſitiones ad confirmationem redditæ cauſæ introduc ſic: quòd quum

ex parte intelligibilis prima
propoſitio oſtendat, quare ma
terialia non intelligunt, cōſe-
quens fuit quòd ex parte in-
tellectus ſecunda propoſitio
eidē innexa radici. ſ. materiali
tati, oſtēderet idem. Ex eo nā
que ꝙ intellectus talium, id eſt
intellectus cognoſcitiuus hu-
iuſmodi ſenſibilium eſt poten
tia ſine materia, oportet vt in
re materiali impoſsibile ſit in-
ueniri potentiā intellectiuam
taliū: ita ꝙ materialia, quia ma
terialia ſunt, nec ſunt intelligi
bilia niſi in pōa, & propterea
non ſunt intellectus, nec ſunt
intellectus in pōa, quia hmōi
intellectus quanuis ſit pōa, eſt
tñ pōa ſine materia. Tertia ve
ro propoſitio: ſi immateriale
demonſtrat ly illud, ly in-
telligibile abſolute ſumitur, &
dicitur ad differentiā materia-
lium. ſi vero materiale demon-
ſtrat, ly intelligibile interpre-
tandū eſt in potentia. ¶ Circa
hanc partē duplex dubium ſi-
mul tractandū occurrit. Primū
eſt quare Ariſt. res materiales
affirmat intelligibiles in pōa,
& nō intellectiuas in potētia,
quū vnūquodq; ſicut eſt intel
ligibile ita intellectiuū. Secun
dum eſt quō ſtant hæc duo ſi-
mul. ſ. ꝙ intellectus noſter ſit
pura pōa intelligibilis, & tamē
ſenſibilia ſint etiā intelligibilia
in pōa: maior enim pōa nō vi-
detur dari quā ſit pura pōa.

Ad euidentiā horū ſcito, qđ
vt iam tactū eſt, duplex inue-
nitur rerum ordo in vniuerſo
. ſ. materialiū & immaterialiū:
ille ſenſibilis eſt. hic intelligi-
bilis, & quoniā illius ordinis
res transferri poſſunt in iſtū:
idcirco non vnū tantummodo
inuenitur intelligibile in pōa,
quod pati obſcuritatem in hac
materia. Dicitur igitur intelli-
gibile in pōa dupliciter. Pri-
mo id, qđ eſt clauſum in ipſo
ordine intelligibili: vt potētia
pura, & tunc ly in pōa deter-
minât ly intelligibile vt diffe-
rētia, & ſignificat ly intelligibi
le potentiale, ſicut materia pri
ma dicitur ens in pōa. i. ens po
tētiale, & iuxta hunc ſenſum
intellectus nōſter dicitur intel
ligibilis in pōa. Secūdo modo
dicitur intelligibile in pōa il-
lud, in cuius pōa eſt intelligibi
le, & tunc ly in pōa ſignificat
cauſam, vel quaſi cauſā intelli
gibilis, & determinat ly intelli
gibile, vt modus, & ſignificat
potentiā ad intelligibile, ſicut
viſibile in pōa ſignificat potē
tiam ad viſibilitatem, ſicut de
colore in tenebris dicimus, ꝙ
ſunt viſibiles in pōa, & iuxta
hunc ſenſum res ſenſibiles di-
cuntur intelligibiles in pōa:
Tantaque eſt inter vtrunque
intelligibile differētia: vt in ſe
cundo ſenſu, quia ly in poten
tia eſt conditio diminuens, nō
valet ſequela, bos eſt intelligi-
bilis



bilis in potētia, ergo eſt intelli
gibilis, ſicut nec vniuerſaliter
valet. a. eſt tale in pōa, ergo eſt
tale. In primo verò quia ly in
pōa eſt differentia rei, optime
valet, intellectus intelligibilis
eſt in pōa, ergo eſt ītelligibilis.

Ex his autē facile patet du-
biorū ſolutio. Nā quia in ſolis
immaterialib⁹ inuenitur intel
ligibile, ſiue potentiale, ſiue a-
ctuale: idcirco in ſolis ipſis idē
eſt cōſtitutiuum intellectus &
intelligibilis & econtra, & vnū
quodq; eo modo quo dicitur
intellectus, dicitur intelligibi
lis, & econtra. In rebus vero
materialibus hæc regula non
habet locum, & ratio eſt, quia
intellectus in potentia non in
uenitur tot modis, quot intel-
ligibile in potentia, quod e-
nim habet in ſe potentiam ad
concauſandū intelligibile, nō
oportet habere in ſe poten-
tiam ad patiendum ab intelli-
gibili vt ſic, quā tamen poten-
tiam ſignificat intellectus in
potentia, & ratio eſt, quia po-
tentia paſsiua ab intelligibili
eſt immaterialis. Concauſati-
ua autem intelligibilis poteſt
eſſe materialis, &c. Stant quo
que hæc ſimul, quòd intelle-
ctus noſter in ipſo ordine in-
telligibili ſit puræ potētiæ, ac
per hoc infimum locum te-
neat, & tamen inueniatur ali-
quod intelligibile in potentia
remotius extra ipſum ordinē
intelligibilem, & quòd non eſt
intelligibile abſolute, ſed cum
conditione diminuente eſt in
telligibile in potentia. Non e-
nim ex hoc ſequitur, ergo da-
tur aliquid intelligibile minus
intelligibile quam intelligibile
in pura potentia, quoniam in-
telligibile in potentia, vt dici
tur de ſenſibili, non eſt intel-
ligibile: ſicut nec homo in po
tentia eſt homo. Quanuis be-
ne ſequatur: ergo datur ali-
quod ens minus intelligibile
quam intelligibile in pura po-
tentia, ſed hoc non eſt incon-
ueniens: imò eſt neceſſarium,
quia omne ens ſenſibile eſt mi
nus intelligibile quam infimū
immateriale.

Et ſcito ꝙ ex dictis habes
quòd intellectus noſter eſt pu
ra potentia in genere intelli-
gibili dupliciter, ſcilicet inquā
tum intellectus, & in quan-
tum intelligibilis: ita quòd
quum in ordine intelligibili
ſit coordinatio intellectuum
vt ſic, & coordinatio intelligi
bilium vt ſic: intellectus no-
ſter quū in vtraque coordina-
tione ſit, vtrobique inuenitur
vltimum locum habere: ita ꝙ
eſt intellectus in pura poten-
tia, quia nihil ex ſe poteſt:
quum vult intelligere, & eſt
intelligibilis in pura potentia,
quia intelligibilis quum ſit, nō
poteſt ex ſe tātum mouere in-
tellectum. Et ſic eſt eodem

Vide auctorē ſup primā partē, q. 87. arti. 1.

 con-

conſtitutiuo & modo intelle-
ctus & intelligibilis, &c. quia
ſeparatus eſt à materia.

## DE INTELLECTV agente.

¶ Capitulum. II.

Cō. 17. QVoniam autem
ſicut in omni na
tura eſt aliquid.
hoc quidem ma
teria vnicuique generi, hoc
autem eſt potentia omnia
illa, alterum autem cauſa
& factiuum, quod in fa-
ciendo omnia, vt ars ad ma
teriam ſuſtinuit, neceſſe
& in anima has eſſe diffe-
rentias.

Cō. 18 ¶ Et eſt intellectus hic qui
dem talis in omnia fieri, il-
le vero in omnia facere, ſi-
cut habitus quidem & ſi-
cut lumen. quodam enim
modo & lumen facit po-
tentia exiſtentes colores a-
ctu colores.

Cō. 19 ¶ Et hic intellectus ſepara
bilis, & impaſsibilis, & im
mixtus, ſubſtātia actu ens,
ſemper enim honorabilius
eſt agens patiente, & prin-
cipium materia. Idem au-
tem eſt ſecundum actum
ſcientia rei. ¶ Quæ vero ſe Cō. 20
cūdum potentiam tēpore
prior in vno eſt: omnino
autem neque tempore, ſed
non aliquando quidem in
telligit: aliquando autem
nō intelligit. Separatus au-
tem eſt ſolum hoc, quod
vere eſt, & hoc ſolum im-
mortale & perpetuum. Nō
reminiſcimur autem, quia
hoc quidē impaſsibile, paſ
ſiuus vero intellectus cor-
ruptibilis, & ſine hoc nihil
intelligit anima.

¶ Summa huius capituli hæc eſt.

NEceſſe eſt in anima 1. Conclusio.
has eſſe differētias,
probatur. Quoniā
ſicut in omni natu-
ra eſt aliquid hoc quidem ma-
teria vnicuique generi, hoc au
tem eſt potentia omnia illa, al
terum autem cauſa & factiuū,
quod in faciēdo omnia vt ars
ad materiam ſuſtinuit.

Eſt hic quidem intellectus 2. Conclusio.
talis in omnia fieri: ille verò
in omnia facere, ſicut habi-
tus quidam & ſicut lumen de-
claratur hoc vltimum ex hoc,
quòd quodammodo lumen
facit



facit potentia exiſtentes colo
res actu colores.

3. Conclusio. Et hic intellectus eſt ſepara
bilis & impaſsibilis & immix-
tus: ſubſtantia actu ens, proba
tur, quia ſemper honorabilius
eſt agens patiente, & princi-
pium materia.

4. Scientia ſecundū actum idē
eſt rei. Quæ verò ſecundū po
tentiā tēpore prior in vno eſt,
omnino autē neq; tempore:

5. Non aliquando quidē intel
ligit, aliquando vero non.

6. Separatus eſt ſolū hoc, qđ
vere eſt, & hoc ſolum immor-
tale, & perpetuum eſt.

7. Nō reminiſcimur autē, quia
hoc quidem impaſsibile, paſsi
uus vero intellectus corrupti
bilis, & ſine hoc nihil intelli-
git anima.

¶ Series autem hæc eſt.

EXpedita natura in-
tellectus poſsibilis,
tractat de intelle-
ctu agēte quatuor.
Primo queſtionē, an eſt prima
concluſione cum ſecunda de-
clarāte ad quid poni ipſum o-
portet. Secundo quiditatē ip-
ſius. 3. cōcluſione. Tertio ope
rationem ipſius. 4. & 5. conclu
ſione. Quarto immortalitatem
eiuſdem. 6. cōcluſione, & de-
mum reſpondet tacitę queſtio,
ni, &c.

Text. 17. Circa principium huius ca-
pituli, in quo oſtenditur quæ-
ſtio, an eſt, de intellectu agēte
quatuor obſeruanda ſunt, ſcili
cet intentio, veritas, oportuni
tas, & efficacia. Intentio quidē
vt perueniamus ad ponendum
intellectum agentem in rerum
natura. Veritas verò, vt aſſum
pta in littera verificentur. O-
portunitas autem, vt nō impo
namus autori ſuperfluitatē in
aſſumptis. Efficacia demum, vt
ex his ſequatur intentum. Et
quoniam ſingula verba quodā
modo ſunt ambigua perſcrutā
tibus ea, non nocere credo ſin
gulos hmōi terminos ſeorſum
prædiſtinguere. Octo autem
ſunt termini hic cōſpiciendi.
In primis ly ſicut, quum ſimili
tudinem denotet, poteſt deno
tare ſimilitudinē quo ad duo,
ſcilicet, vel quo ad has differē-
tias agentis & materię, vel etiā
quo ad modum earundem. Ly
in, quum modum eſſendi deno
tet, in propoſito ſumitur, vel
ſicut partes in toto, vel ſicut
ſuppoſitum in natura, vel ſicut
cauſa in effectu. Ly omni tene
tur collectiue aut diſtributiue.
Ly natura, aut ſumitur pro na
tiuitate ſeu generatiōe, aut pro
ſubſtantia phyſica. Ly hoc, aut
demonſtrat vnum numero, ſi-
ue poſitiue, ſiue negatiue, aut
demonſtrat vnum confuſè. Ly
vnicuiq; generi, vel ſignificat
vnumquodq; genus proximū
formarum generabilium, vel

vnamquamq; generationem. Et ſimiliter ly omnia, aut diſtribuit pro omnibus ſpeciebus illius generis proximi, aut pro omnibus cõcurrentibus ad generationem. Ly alterum autẽ cauſa vel demonſtrat vnum numero, vel vnum confuſè.

Termini quoque concluſionis. ſ. in anima eſſe has differẽtias, patiuntur proportionabiliter ſimiles difficultates, quomodo. ſ. ſumitur ly in, quomodo anima, quomodo hæ differentiæ. ſ. cum vnitate, &c.

Scito quoque, ꝙ quũ anima ſit quodimodo natura, & quodammodo ſupra naturã, ratio præſens à natura ad animam procedens poteſt ſumi, vt à toto ad partem, vel vt à minore ad maius, &c.

## V. In omni natura in qua eſt patiens, agens etiam conſtitui debeat.

¶ His itaque præmiſsis circa hunc literæ proceſſum ex parte maioris multiplex dubium occurrit. Quia aut natura ſumitur cõmuniter, vt etiam inuenitur in ſeparatis à materia, aut propriè, vt inuenitur in phyſicis tantum. Et rurſus ſiue propriè, ſiue communiter ſumatur, aut omnis natura ſumitur hic diſtributiue, aut collectiue. Si diſtributiue & communiter falſum eſt aſſumptũ: nam in natura intelligentiarũ non eſt materia, & ſimiliter in natura cęli nõ eſt materia, quę ſit potentia ad omnia illa. Si communiter & collectiue: manifeſte falſum aſſumitur. nam licet ſit vnum primũ agens omnium: non tamen eſt vna prima materia, niſi fortè ſequatur quis Auicebron fantaſiam. Si propriè & collectiuê falſum eſt quòd vnum ſit agens omnium, niſi ſit ſermo de agente remoto, puta cœleſti corpore. Sed hoc eſt extra propoſitũ, in quo quæritur agens proximum intelligibilium. Si autem ꝓpriè & diſtributiue, falſum quoque eſt, quia in natura humana, neq; eſt materia, quæ ſit potẽtia ad omnia, quæ ſunt eiuſdem generis cum homine, neq; agens potens illa facere, & ſimiliter in bouina, &c. Et confirmatur, quia aut intendit aſſumere ſolum, ꝙ in omni natura ſunt duo. ſ. patiẽs & agẽs. Aut etiam quòd in omni natura ſunt duo talia. ſ. quorum vnum eſt materia vnicuiq; generi, & potentia omnia illa. Alterum autem cauſa & factiuum &c. Si itaq; primum ſolum intendit; ſuperfluitas tanto philoſopho in re tam ardua in ipſo medio termino contra tantum virum Platonem. ſ. imponitur. Et rurſus, efficacia proceſſꝰ talis periclitatur, quoniã ex hoc medio nõ poſſet inferri, quòd detur intellectus agẽs,

ſed



ſed ſolũ ꝙ detur aliquod agẽs, reducens intellectum poſsibilem de potentia ad actũ, quod gratis à Platone cõceditur ponente, quòd intellectus noſter actuatur ab ideis, ſicut nos dicimus quôd viſus actuatur à coloribus. Si autem intendit ſecũdum, ſcilicet, quòd in omni natura ſunt duo talia. Magna ſurgit ambiguitas iam prætacta, de ſenſu, veritate, & efficacia huius proceſſus. De ſenſu quidem, an intendat quòd in omni natura eſt aliquid vnum numero, ſpecie, genere, analogia, aut confuſe aliquid vnum materia ad omnia illius generis. Et ſimiliter dubitatur de vnitate agentis. De veritate verò quia, vt iam patet, non apparet in quo ſenſu hoc verificetur. De efficacia autẽ, quia oportet inferre nõ ſolum dari agens, ſed dari intellectum agẽtem vt ſaluetur littera.

Expoſitio cõmunis. Ad hæc dupliciter dici poteſt. Primo ſumendo naturam vniuerſaliter in phyſicis tamẽ, & vnum ſubiectum, & ſimiliter vnum agens confuſe. i. quocunque modo ſit vnum nõ curando, & ly ſicut vt dicat ſimilitudinẽ, non ſolũ in habendo has differentias. ſ. agens & patiens, ſed etiam in modo habendi. i. in proximitate: ita ꝙ ſenſus eſt, quòd quia in omni natura ſic eſt, ꝙ eſt vnum ſubiectum propriũ, & vnũ propriũ agẽs, &c. oportet in aĩa ſic eſſe. Nec obſtat qđ de ſubiecto dicitur, quod eſt materia vnicuique generi & põa oĩa illa: oĩs enim materia rei gñerabilis eſt materia alicuius generis, & cõſequenter eſt põa ad oĩa illius gñeris. Eadẽ. n. gñe ſunt, vt dicitur 5. metaph. quorũ materia eſt vna. Nec inſtãtia de hoĩe & ſimilibus aliquid valet, quoniã ſicut caro ſãguis & oſſa animaliũ ſunt eiuſdẽ generis ita ſemina materialia & actiua.

Habet autem hæc expoſitio, quæ cõis videtur, difficultatẽ, quo ad efficaciam. In naturis ſiquidẽ rerum videmus manifeſte, ꝙ obiecta cõputantur in ordine cauſarũ actiuarum, vt patet in coloribus & alijs ſenſibilibus. Ac per hoc in natura videndi nõ aliter ſaluatur actiuũ & materia, niſi qa viſus eſt põa ad oẽs colores, & ipſi colores ſunt motiui diaphani ſecũdum actũ, &c. Diceret ergo ſimiliter Plato, ꝙ in natura intellectiuę aĩæ eſt intellectus poſſibilis, qui poteſt oĩa fieri, & eſt aliquod agens informatiuũ illius, ſed hoc agẽs nihil aliud eſt, quã ipſa obiecta intelligibilia. ſ. quiditates rerum ſeparatę à materia, & nõ oportet ponere agẽs vnius ſpeciei ad omnia, quæ poteſt intellectus recipere, ſicut non ponitur tale agẽs in coloribus, nec in ſonis, nec in odoribus, &c.

Ex[illegible] ſingularis

[illegible] poteſt huic obiectioni ſatisfieri, niſi dicendo q Ariſ. ſupponit nõ dari ideas, vt ſic hæc ratio non ſola, ſed cũ illa ſuppoſitione inferat intentũ. Secundo igitur occurrit mihi dicendum, quòd hic ſumitur natura propriè, vt diſtĩguitur contra operationem.

Ad cuius euidentiam recolere oportet primo differentiam inter intellectum & ſenſum ſuperius aſsignatã. ſ. quòd ſenſus eſt natura quædam, vt grammatica: intellectus verò non, ſed pura potentia, & propterea ſenſitiui prima mutatio eſt à generante: ad operationẽ vero mutatur ab obiecto, intellectus autem non ſic: nõ enim à generante habemus intellectum in actu primo. Secundo oportet aduertere quòd quemadmodum quum fit ſenſus in actu primo fit natura quædã: quum vero fit in actu ſecundo vt ſic non dicitur fieri natura aliqua, ſed poti⁹ exire in op⁹. ita quum intellectus fit in actu primo, fit natura quędam. quũ vero de actu primo perficit in ſecũdum nulla dicitur fieri natura, ſed quæ erat perficitur. Ex his autẽ ſequitur quòd productio intellectus in actu primo non proportionaliter reſpondet mutationi, qua ſenſus immutatur ab obiecto, ſed mutationi, qua ſenſus ipſe fit. Et quoniam pręſens ſermo eſt de factione intellectus in actu primo, conſequens eſt quòd ſenſus huius rationis ſit, q quia in omni natura conſtituenda, vt natura diſtinguitur cõtra operationẽ inueniantur duo, &c. oportet in anima intellectiua conſtituenda in eſſe intellectiuo has eſſe differentias, & iuxta hunc ſenſum excluduntur ideæ, quoniã ſicut in omni natura huiuſmodi pręter patiens inuenitur agens, non vt idea, ſed quod vt ars ad materiam ſuſtinuit, id eſt, per motũ & mutationem materiæ agens, ſiue ideæ ſint ſiue non: ita in aĩa oportet, ſiue ideæ ſint ſiue nõ, poni proprium agens proportionale agenti naturali in phyſicis: Et iuxta hunc ſecundum excluditur obiectio de actione obiectorum in ſenſum, qa ſcilicet, illa non eſt tam naturę quam operationis productio: nos autem loquimur de naturæ productione. Excluditur etiã obiectio de ideis, quia ſicut in generatione aliorum inuenitur propriũ generans, ita hic. Saluatur quoque proportionalis ſimilitudo animæ ad omnem naturã in habendo differentias has in modo earũ, & in ratione neceſsitante, vtrobique enim habetur tã agens quã patiens & proprium agẽs quaſi artifex, & eadẽ ratione, vt vnũ quodque fiat à proximo. Saluatur demum cauſalitas importata per ly quoniam: ſiquidem hoc pacto cadit etiam ſupra ly ſicut. Non dixit, quoniam in omni natura eſt ſic, neceſſe eſt, & in anima. Sed dixit, quoniã ſicut in omni natura inſinuans eandem eſse in natura & anima non ſolum rei, ſed modi neceſsitantem cauſam, &c. proportionaliter tamẽ. Et ſic Ariſtot. philoſophiæ ſuæ radices vniformiter proſequutus videtur, in phyſicis & in anima.





Ex his autem manifeſtè patet, quòd ex hac ratione & litera non habetur, quòd agens & patiens ſint in anima ſic, q vna & eadẽ numero anima ſit agens & patiens diuerſis potẽtijs, quoniam hinc nihil aliud habetur, niſi quòd hæ differentiæ ſunt in anima, ſicut in omni natura: conſtat autem quòd in omni natura non ſic ſunt, quòd vna numero natura ſit habens vtrunq; quaſi ſubiectum accidentia, ſed quemadmodum in omni natura producẽda inſunt hæc duo, vt cauſæ in effectu: ita in anima intellectiua producenda in eſſe intellectiuo in actu primo inſunt hę differentiæ, vt cauſæ in effectu, ſiue iſtæ cauſæ coincidant in idem ſubiectum numero, ſiue non, hactenus igitur neutrum horum habetur, ſed ſolũ quòd præter intellectum poſsibilẽ datur agens.

Text. 18.

Circa expreſsionem officij vtriuſque intellectus notandũ valde eſt primo, quòd quũ ex præcedente ratiõe nihil aliud intulerit litera, niſi quòd in anima neceſſe eſt has eſse differẽtias, puta agentis & patientis. Modo addit ſeu explicat, q vtrunque eſt intellectus. Nec caret dubio, vnde hoc habeatur: quanuis enim ex ratione poſita & ſupradictis habeatur, quod datur agens & patiens, & quòd patiens eſt intellectus: non tamen haberi videtur q agens ſit intellectus.

Ad hoc poteſt dupliciter dici, primo quod hoc infertur ex ratione ſupra poſita arctata ad naturam, id eſt, generationem ſeu formam naſcentium, iuxta doctrinam quinti metaphy. tex. cõ. 5. Videmus enim quòd in omni natura. i. generatione naſcentiũ dantur patiẽs & agẽs ad modum vniuocorũ: in animalibus quidem mas & fœmina, & in plantis proportionalia his, ſicut ergo in generatione naſcentium vita vegetatiua, & naſcentium vita ſenſitiua, dantur hæc moræ vniuocorũ, quia mas & fœmina ſunt eiuſdem naturæ. Sic & in anima intellectiua oportet eſſe, & ſic quum patiens ſit intellect⁹, vt patet ex ante dictis, agens quoq; erit intellectus, &c. Secundo dicitur & tutius quod hoc habetur ex ante dictis implicite & ſubiungendis cõiun

ctis ſupradictis explicite: quũ enim agens honorabilius ſit patiente, & patiens ſit immateriale, oportet hoc agens ſeparatũ quoq; eſſe à materia, & ex hoc eſſe in genere intelligibili, & ex hoc eſſe intellectum. Iã. n. dictũ eſt, quòd ſeparatio à materia genus conſtituit intelligibile, & quòd in ſeparatis à materia idem eſt conſtitutiuũ intellecti & intellectus, &c.

Notandũ eſt. 2. ꝙ litera pōt tripliciter exponi: Primo vt ly intellectus ſit ſubiectum, & ly in fieri & in facere ſit prædicatũ, & tunc eſt ſenſus planus diſtribuens. ſ. cuique intellectui ſuum officiũ. Secundo vt ly intellectus ſit prædicatũ determinatum per adiectas clauſulas, & tunc eſt ſenſus quòd hic eſt intellectus in omnia fieri: ille verò eſt intellectus in omnia facere, & hic ſenſus quãuis quo ad primã partem ſit verus, quo ad ſecundam tamen ſaluari non poteſt, niſi cauſaliter: quoniam intelligere conſiſtit in eſse ipſius intellectus, vt patet ex ante dictis. Facere autẽ omnia cõſtituit eſſe non facientis, ſed eius quod ſit. Vnde impoſsibile eſt quòd aliquis intellectus cõſtituatur in eſſe intellectus per facere intelligibilia in alio, quanuis conſtitui poſsit per fieri illa, quia fieri illa terminatur ad eſſe eius, qđ eſt factionis ſubiectum. Tertiò vt ſint propoſitiones, prima & eſt intellectus ſupple duplex. Et per hoc aſsignatur cõuenientia inter agens & patiẽs in anima, ſcilicet, quòd vtrunque eſt intellectus, ſecũda hic quidem talis in omnia fieri: tertia verò ille in omnia facere, & per has aſsignatur differentia inter vtruuque, quia ſcilicet ille eſt talis. i. habet hanc differentialẽ naturã: differentia enim prædicat quale, quod eſt in omnia fieri: natura autẽ propria alterius eſt, quod eſt in omnia facere, & hic ſenſus eſt valde planus, & nihil literæ pręteriens, quaſi diceret, quòd in anima ſunt hæ differẽtiæ, & vtrunq; eſt intellectus: diuerſæ tamen naturæ ſeu vis. Nam huius propria natura eſt in fieri omnia. illius verò in facere omnia. Et quoniã hæc diuerſitas ſpectat ad officia. ideo vſus eſt ly in, dicens in omnia fieri, & in omnia facere: differentia nãque ſubſtantialis inter eos pręuenit hanc, & manifeſtatur ex hac. ſ. actus & potentia, vt infra patebit. Quum diſcutis autẽ pro quibus diſtribuit ly omnia: Memento eorũ quæ in textu. 4. dicta ſunt ex ratione Anaxagoræ. Eadẽ enim ſunt oĩa hic, quæ fuerũt ibi, quoniam eadem adæquate ſunt, quibus intellectum oportet eſſe immixtũ, & quæ oportet intellectum hunc quidem fieri,



fieri: illum verò facere in hoc. Et ſic ceſſabit garrula vox eleuans ly omnia ſupra ſenſibilia, &c.

Notandũ eſt. 3. quòd ſicut quum dicitur intellectus poſſibilis, dico duo, ly intellectũ & ly poſsibilẽ, & quatenus eſt intellectꝰ, operatio eius eſt intelligere: quatenus vero eſt poſsibilis, actus eius eſt pati: ita quũ dicis intellectum agentem vocem tuã percipe, & ſicut quatenus agens eſt, ꝙ operatio eius omnia facere ſit, nõ negas, ſic quatenus intellectus eſt, quòd operatio eius intelligere ſit, nõ inficiare. Vnde in hoc capitulo vtranque ei operationem Ariſt. tribuit: primã quæ eſt velut operatio tranſiens in prima concluſione: ſecundam verò quę eſt immanẽs in. 3. 4. & quĩta. Et quia prima operatio nõ pōt abſolui à ſenſibilibꝰ, quoniã terminatur ad illa met, ad quæ terminatur intellectus poſsibilis: ideò ad ſecundã ſe trãſtulit autor operationẽ, & illã ſeparatã oĩno perpetuãq; poſuit in. 6. cõclu. & ex illa immortalitatẽ ipſiꝰ iuxta doctrinã primi libri ſtatim intulit, vt inferius patebit.

Circa aſsimilationẽ intellectus agentis ad habitum & lumen aduerte primo, ꝙ Ariſto. lapſus eſt in eum defectum, quem vitandum docuit in. 2. poſteriorum analeticorum, vtitur ſiquidẽ & in tanta re metaphoris, & propterea incertam tradidit hic doctrinã: veruntamen quid certi hinc haberi poteſt, dicemus, &c. ¶ Aduerte ſecũdo, quòd certũ in hac litera eſt, ꝙ aſsimilatio iſta nõ eſt inter intellectum agentẽ in ſe, & habitum & lumẽ, ſed eſt inter modũ agendi intellectus agentis, & modũ agendi habitus & luminis. Vnde in litera non dicitur, ꝙ intellectus eſt ſicut habitꝰ & lumẽ, ſed ꝙ eſt in oĩa facere ſicut habitus & lumen. Et ex hoc habes, vnde expoſitiones: quæ ſimilitudinẽ hanc ad conditiones ipſius intellectus agẽtis in ſe referunt, tanquam non intentas eijcere potes: puta quòd intellectus agẽs eſt lumen participatum & non ſol, & habitus in nobis non ſeparata res, & ſi qua alia ſunt huiuſmodi. ¶ Aduerte. 3. ꝙ modus, quo habitus facit, in quo ſimilatur habitui intellectus agens in faciendo omnia: exponitur quòd eſt operari, quando volumus: ita quòd ex hoc quòd intellectus agẽs facit omnia, vt habitus inſinuatur, qđ facere omnia intelligibilia eſt in poteſtate noſtra, deductis tamen impedimentis. Experimur enim in nobis ipſis, quòd præparatis phantaſmatibus exercitio abſtrahimus, quum volumus triangulum, figuram, numerum, &c.

Aduerte. 4. quòd modus, quo lumen facit, & in quo intellectus agẽs aſsimilatur ei in faciẽdo omnia certus eſt, quia expreſſus eſt in littera, dũ ſubditur, quodammodo.n. lumen facit potẽtia exiſtentes colores, actu colores. Ita quòd modus, quo intellectus agens in faciendo omnia aſsimilatur lumini, eſt quia ſicut lumẽ facit colores in potentia colores in actu: ita intellectus agens facit omnia intelligibilia in potentia intelligibilia in actu. Et per hunc modũ differt intellectus agens ab arte. Ars ſiquidẽ formam non præexiſtentẽ in materia facit. Intellectus autem agens non influit in intellectũ poſsibilem, aut in phantaſmate intelligibile, ſed præexiſtens in phantaſmatibus intelligibile in potentia, facit actu intelligibile, quemadmodum lumẽ non facit colores, ſed præexiſtentes colores in potentia facit actu colores.

¶ Et per hoc differt poſitio Ariſt. tam à Platone ponentę ſpecies imprimi in animas noſtras à ſeparatis ideis, quam etiam à poſterioribus ponentibus intellectum poſsibilẽ ſuſcipere ſpecies ab intellectu agentę per modũ influxus. Hęc enim omnia longe à ſe eſse dixit Ariſtoteles, quum dixit, ꝙ facit omnia vt lumen, & explanans quid diceret ait, quodam modo enim exiſtentes in potentia colores, facit actu colores, &c.

Circa eandem aſsimilationẽ dubium eſse poſset, an ſit verũ quòd colores abſque lumine ſint in potentia, ſed quoniam hoc non variat propoſitũ, quia ſiuę colores in tenebris ſint in potentia colores, vt quidã putant, aut ſint in potentia viſibiles, vt alij crędũt, propter quã diuerſitatem in littera ponitur ly quodammodo. Nihilominus conſtat, quòd intentio Ariſt. eſt dicere, quòd intellectus agens facit omnia intelligibilia in potentia intelligibilia in actu, ſicut lume facit colores, & cæt. ſatis.n mihi fit ex ſimilitudine & exemplo, quum addiſcentes intelligunt intentum: hic enim eſt omnis expectatus fructus.

## ¶ De modo quo intellect⁹ agẽs intelligibile in potẽtia facit intelligibile actu.

Conſurgit tamen hic maior quædam & non diſsimulanda dubitatio de modo, quo intellectus agens intelligibile in potentia, quod in præcedẽti textu conſtat eſse materiale, facit intelligibile in actu, aut enim hoc facit agendo in ipſum fantaſma, aut in intellectum poſsibilem. Non enim poteſt dici quòd facit agendo in medium,

ſicut



ſicut de lumine dicitur, quia inter phantaſmata & intellectũ poſsibilem nullum eſt mediũ. Si agendo in phantaſmata, quęrendũ eſt, quid ponit illa actio in phantaſmatibus: immatęriale ne, an materiale. Si materiale ergo poſt actionem intellectus agentis adhuc eſt intelligibile non in actu, ſed in potentia. Si immateriale ęrgo accidens immateriale eſt in re materiali, & rurſus ergo phantaſma eſt intelligibile in actu, & ſic cogitatiua eſſet intellectus. Si agendo in intellectum poſsibilem, ergo prius natura intellectus poſsibilis fit in actu quam ſit intelligibile in actu, cuius oppoſitum in tex. 2. huius tertij dictum eſt, dum dixit Ariſtot. quòd intelligere eſt pati ab intelligibili ꝓcul dubio in actu, ſicut ſentire à ſẽſibili in actu, Et præterea ſpecies intelligibiles effluerent ab intellectu agente in poſsibilem, & phantaſmata ſuperfluerent ad productionẽ intęlligibilis in actu.

Ad hanc dubitationem duplex occurrit dicendi modus. Alter eſt quôd intellectus agẽs facit intelligibile in actu non ſolus, ſed cum phãtaſmate: ita quòd ipſe & phantaſma concurrunt vt duæ cauſæ actiuæ ſubordinatæ ad producendã ſpeciem intelligibilem in intellectu poſsibili: quum enim ſpęcies intelligibilis habeat in ſe duo. ſ. quòd eſt quiditas lapidis in eſſe intentionali immateriali, conſequens eſt vt à duobus depẽdeat, ita quod ab vno ſcilicet, phãtaſmatę lapidis habeat quòd ſit quodammodo lapis, & ab alio. ſ. intellectu agẽte habeat quòd ſit ſecundũ tale genus eſſendi. ſ. immaterialiter, & ſic neutrum ſuperfluit. Nec prius intellectus poſsibilis intelligit quam ſit intelligibile actu: quanuis prius origine intellectus poſsibilis fiat in actu primo quam intelligatur reſultare intelligibile in actu, quoniam ex hoc, ꝙ ſpecies intelligibilis fit in intellęctu, reſultat intelligibile actu, nec effluunt hoc modo ſpecies ab intellectu agente, vt patet.

Et quanuis modus iſte falſi nihil iudicio meo contineat. Alter tamẽ modus dicendi nõ diſparatus, ſed addens eleuanſque iſtũ rationabilior magiſq; literæ conſonus apparet.

Ad cuius euidentiam ſcito, quòd duplex terminus illuminationis corporalis inuenitur ſcilicet, formalis & obiectiuus. Terminatur enim illuminatio ad illuminatum eſſe diaphani, tanquam ad formalem terminum, & rurſus eadem illuminatio terminatur ad apparentiam coloris iuxta exiſtẽtis, tanquã ad obiectiuum terminum. Color enim ex lumine obiectiue apparet, & diaphanum ex eo-

dem

dem formaliter illuminatur. Et eſt inter hos terminos tanta differentia, quòd nihil ponēdo agens in termino obiectiuo facit id, quod in eo facit. terminum autem formalem nō niſi ponendo in ſubiecto aliquid facit, vt de ſe patet. Imaginor igitur quòd intellectus agit in phantaſma obiectiue tantum, nihil in eo ponendo, ſed faciendo apparere in eo naturam ſeu quiditatem lapidis nō apparentibus cōditionibus indiuidualibus, & hoc prius natura quam fiat ſpecies intelligibilis in intellectu. Et ſic ponitur in phantaſmate intelligibile in actu non formaliter: hoc enim tantum in ſeparatis à materia ſecundum rem eſt, ſed obiectiue. Et vt hoc non appareat tibi mirabile: conſidera ꝙ tale intelligibile in actu. ſ. obiectiue fit per abſtractionem ſine mendacio, quæ cōſiſtit nō in expoliatione alicuius à phātaſmate, ſed in relucētia vnius, & non relucētia alterius. Hoc enim quum conſideraueris, videbis quòd conſonat actioni intellectus agentis, quę dicitur abſtractio intelligibilis ī actu. ab intelligibili in potentia, ꝙ nihil ponat in phantaſmate, quod faciat relucere in eo naturam lapidis abſque relucentia conditionum indiuidualiū, & quòd hoc eſt facere intelligibile in actu obiectiue. At ſi quæſieris quid opus eſt, ergo ſpecie intelligibili, iam plana eſt reſponſio ex litera, vt intellectus poſsibilis fiat omnia intelligibilia in actu formaliter: Cur verò non reluceant indiuidualia? plana quoque eſt reſponſio, quia illis repugnat ſub tali lumine ſplendere, quia eis repugnat apparere immaterialitate abſtractiua, de qua loquimur. Quomodo vero fit apparentia iſta abſque aliquo reali effectu ſaltem in alio conſiderare potes: ſi attendis quòd illud in ſpiritualibus facit ordo quod in corporibus ſitus. Si enim lumen corporeum ſecundum aliquos colores illuſtrat iuxta poſitum pluſquam medium, quid inconuenit lumen immateriale intellectus agētis phantaſma nō iuxta poſitum, ſed optima diſpoſitione ſubordinatum illuſtrare, ſic vt relucens in eo natura cum ipſo intellectu illuſtrante, intelligibile, formale, id eſt, ſpeciem intelligibilem in intellectu producat. Et propter hoc colligata eſt tam actio quam paſsio cum phantaſmatibus, & ſine phantaſmate nihil intelligit anima, vt inferius dicetur. Nec ex his ſequitur ꝙ cogitatiua intelligere poſſet, quoniā non habet in ſe formaliter intelligibile in actu formaliter. Nec oportet cogitatiuā extēdere ſe ad quicquid in phantaſmate ſublucet

Vide auctorē ſup primā partē, q. 79. arti. 3.





quomodolibet, ſed ad id tantū, quod in phantaſmate abſolute ſūpto lucet, vt plenius in commētarijs primæ partis ſcripſimus, & ſic optime ſaluatur ꝙ intellectus agēs facit oīa intelligibilia in actu, vt lumen facit colores in actu, &c.

Text. 19.

Circa conditiones intellectus agētis in ſeipſo aduerte, ꝙ quatuor conditionū in litera ei attributarum. vltima tantū eſt ſibi propria cæteris exiſtētibus cōibus ſibi & intellectui poſsibili, eſſe nanq; ſeparatū à corpore, eſſe impoſsibilē, eſſeq; immixtū vniuerſis naturis ſenſibiliū: cōia ſunt vtrique, ſed eſſe ſubſtātia actu ens ſoli intellectui agēti cōuenit, & eſt id per quod differt ab intellectu poſsibili eſſentialiter.

Ad cuius euidentiā recolito, ꝙ cū ſupradictis cōditionibus attributū eſt intellectui poſsibili, quòd nulla eſt ipſius natura, niſi ꝙ poſsibilis vocatus eſt animæ intellectus. Et rurſus quòd nihil eſt actu eorum, quę ſunt ante intelligere, ſed eſt ſicut tabula, in qua nihil eſt ſcriptum actu. i. quod intellectus poſsibilis ſecundum ſuam ſubſtantiā ſolā eſt in potentia, vt pōa diſtinguitur contra actū primū. Intellectui aūt agenti attribuitur oppoſita cōditio perfectionū dicens: quū dicitur ꝙ eſt ſubſtātia actu ens id eſt, ꝙ eſt intellectus exiſtēs in actu ex ſua ſubſtantia. ly. n. ſubſtantia ablatiui caſus eſt, & hoc directè contraponitur intellectus poſsibilis conditioni. His enim ex ſua ſubſtātia eſt in potentia, & in actu non, niſi ab alio ſingula fiat ſicut ſciens, hic autem ſua ſubſtantia abſq; deducēte aliquo eſt actu, & ratio quæ mouit Ariſtotelem ad has conditiones intellectus agētis eſt, quia ſemper agens præſtat paſſo, & principium materia.

Ex his autē verbis manifeſtè ſecundū planū ſenſum literæ habetur, quòd ex quo agēs eſt intellectus ſua ſubſtātia actu exiſtēs, quòd hic intellect⁹ eſt actu intellectus ſecundū ſubſtantiā ſuā. hoc. n. eſt ens actu in genere intellectuali, in quo intellectus poſsibilis eſt pura pōa ſecundū ſubſtantiam ſuā, & in quo ille ab hoc differt.

Text. 20.

Circa operationē intellectus agētis aduerte, ꝙ licet iſte tres cōditiones, quæ ſimul in litera tanguntur. ſ. idētitas, prioritas & cōtinuitas ſecūdū diuerſas expoſitiões diuerſis attribuantur. Oēs tñ expoſitiones à litera alienæ ſunt: na vel fictū aliquid ponūt, aut puerile dicūt. Fingit quidē oīs expoſitio attribuens hæc intellectui adepto, aut poſsibili ſecundū ſe, vel ſecundū totam ſpeciem. Leuis autē eſt omnis attribuens hæc intellectui in actu ſecundo.

A nullius ſiquidem mente qua ſi dubium excludendum eſt de intellectu in actu ſecũdo, qđ non quandoque intelligit, & quandoque non intelligit: certũ eſt enim de omni actu operante, quòd non quandoque operatur & quandoque non.

Vnde omiſsis omnibus huiuſmodi expoſitionibus occurrit mihi quòd Ariſtoteles attribuit has tres conditiones intellectui agenti, de quo capitulũ nunc agit. quũ enim de eo tractaſſet quæſtionem an eſt, & inchoaſſet quid eſt, quod ſine operationis notitia haberi nequit. Ad complendum quod quid eſt eius, operationẽ eiuſdem declarat, & ſic tres conditiones illi attribuit. Prima eſt quòd eius ſcientia eſt idem cũ re. Vbi aduerte quod quia inter intellectum poſsibilem & agentem differẽtiam poſuit in hoc, quod ille eſt in potentia, iſte in actu: ſtatim declarari oportuit ex natura talis actus intellectum ipſum. Ineſt autem naturaliter intellectui, qui ſecundum ſuam ſubſtantiam eſt ſcientia in actu primo, ꝙ obiectum ſuæ ſcientiæ ſit ipſemet, & hoc ſignificat prima conditio, qua dicitur, ꝙ ſcientia ſecũdum actum: vt diſtinguitur contra ſcientiam, tam in potẽtia quam in habitu: & rurſus ſcientia ſecundum actum non nunc, aut tunc: ſed quæ ex ſubſtantia ſua eſt ſecundum actũ, qualis non eſt noſtra ſcientia actualiter conſiderans, ſed ſola ſcientia ſubſtantiarum ſeparatarum, hæc inquam ſcientia eſt idem rei. Et nota quod ſuperius in tex. 15. Ariſt. loquẽs de ſciẽtia noſtra, dixit quod ſciẽtia noſtra ſpeculatiua & ſic ſcibile idẽ eſt: hic vero quia loquitur de ſcientia ſubſtantialiter ſecundum actum non limitauit rem cui identificatur, ſed abſolute dixit ꝙ eſt idem rei, ſcientia nanque noſtra nõ eſt idem rei niſi vt ſic ſcibilis eſt, vt habet eſſe immateriale in anima: ſcientia autem ſubſtantialiter in actu, quia ad ſeipſam vt proprium tẽdit obiectum: eſt idem rei, quæ ſcitur abſolute. Ineſt ſecundo eidem intellectui prioritas reſpectu omnis alterius intellectus, & hoc ſignificat ſecunda conditio in litera poſita: ſcientia enim ſecundum actum non ſolum eſt prior omni alia prioritate naturæ & perfectionis, ſed etiam prioritate tẽporis ſimpliciter & abſolute, quanuis in hoc indiuiduo exeunte de potentia ad actum, ſcientia ſecundũ potentiam ſit prior tempore, quã ſcientia ſecundũ actum: prius enim ſciuit in potentia quam in actu. Et hinc habetur, quod ſcientia intellectus agentis, nõ ſolum eſt perfectior ſed prior tempore. Ineſt tertio tali intellectui continuitas indefeſſa in intelligendo, & hoc ſignificat tertia conditio, ex quo enim eſt ſecundum ſubſtantiam ſuã intellectus in actu, & per hoc non ſolum habens rem præſentem, ſed eandem ſibi, & independens eſt vt pote prior etiam tẽpore, conſequens eſt ꝙ continue & indefeſſe ſemper intelligat, & ſecundũ hanc expoſitionẽ nihil fingitur, nihil ſuperfluit, nihil extorquetur.

## V. Solus intellectus agens ſecundum Ariſt. ſit immortalis & ſeparabilis.

Text. 20. ¶ Circa ſeparationem & immortalitatem intellectus aduerte primo expoſitionem mihi occurrentem, quam puto intẽtam ab Ariſtotele, & deinde comparabis alias ei, & diſcernes mentem iſtius. In prohemio primi libri iecit Ariſtoteles hoc fundamentum ad immortalitatem animæ. Si anima habet operationẽ propriã, eſt ſeparabilis, & ſi non, non: & ibidem explanans, quomodo oportet accipere ꝓpriũ, quũ dixiſſet, quòd maximè aſsimilatur ꝓprio intelligere, & ſubdidit. Verũtamen ſi intelligere eſt phantaſia, aut non ſine phantaſia, nõ erit hoc ſine corpore. i. nõ erit propriũ, ſed cõmune aĩæ & corpori, ſine quo eſſe & fieri nequit, & ſubdit, ꝙ alioquin erit de aĩa ſicut de recto, cui attribuitur tangere ſphæram, & tamen non tangit ſeparatum, &c. Igitur Ariſtoteles coędificans ſuper iactum fundamentum quum hactenus nullàm operationẽ propriam inueniſſet intellectui poſsibili, quia omnis eius inuenta operatio admixta eſt ſenſibilibus, & inueniſſet in intellectu agente propriam operationem, qua ſcit ſecundum ſubſtantiam ſuam in actu, & qua non quandoque quidem intelligit, & quandoq; non, ſtatim intulit immortalitatem intellectus agentis ſolius. Et quoniã ſuperius dixerat etiam de intellectu poſsibili quòd erat ſeparatus à corpore. Ne fallaris in terminis: non dixit hic ꝙ ſolus intellectus hic eſt ſeparatus, ſed dixit quòd ſolus eſt ſeparatus, quod vere eſt; id eſt ſeparatus in eſſendo, ſeparatus ſubſtantialiter. quod vere eſt eſſe ſeparatũ. Et dixit hoc edificando etiam ſupra iacta fundamenta, quaſi diceret intellectus poſsibilis eſt ſeparatus ſicut rectum, & habet operationem ſine corpore ſicut ſphæra, ſed non eſt ſeparatus in hoc quòd vere eſt, id eſt, in eſſendo. Iſte autem intellectus quia habet propriam operationem eſt ſeparatus ſolum in hoc quòd vere eſt. i. in eſſendo, & propterea conſequẽter hic ſolus eſt immortalis & perpetuus.

petuus. ¶ Et ſcito quòd vt à græcis accepi, tranſlator huius textus fuit pluſquã grammaticus in lingua græca: eo ꝙ vbi in textu noſtro dicitur, quod vere eſt, in græco loco ly vere habetur ly per, quod apud græcos non ſignificat vere, ſed hiatus euitandi cauſa à grammaticis poni dicitur, & hoc ſecũdum proprietatem vocabuli. Veruntamẽ tranſlator cõſcius ariſtotelice auctoritatis & cõſuetudinis optime tranſtulit & poſuit viuere loco ly per, quia vt Simplicius in primo phyſicor. dicit Ariſtote. Platonem imitatus eſt in hoc, quòd ſicut Plato quum res vere ſubſiſtentes exprimere volebat, nominibus rerum hoc pronomen ipſe præponebat, vt ipſe homo, ipſe leo. Et ſic ideas ſignificabat, ſic & Ariſtote. vt termino aliquo ſignificaret id quod ꝓprie ac vere eſſet ens, particulam per poſtpoſitam pronomini relatiuo à communi vſu detorſit ad veritatis expreſſionem: vt in primo phyſicorum patet, vbi contra Parmenidem diſputans ſic exprimit pluries repetendo, quod vere eſt, ſeu ens. Nec ſolus eſt Simplicius in hac ſententia, ſed Adraſtus, Themiſtius & Porphyrius. Igitur Ariſt. ad inſinuandum quòd hic ſolus intellectus eſt ſeparatus in eſſendo, appoſuit iuxta morem ſuum ly vere.

Et quoniã Plato ponens animam noſtram habere æternam ſcientiam ſecundum ſe, cogebatur conſequenter ponere, quòd noſtrum addiſcere & inuenire non eſt niſi reminiſci. Ne aliquis putaret hoc idem ſequi ad propoſitam opinionem ponẽtem intellectum immortalem & perpetuum ſecundum ſuam ſubſtantiam ſemper actu intelligentem. Subdidit Ariſ. huic tacite obiectioni reſponſionem cũ eius cauſa. Reſponſio eſt quòd non reminiſcimur, id eſt, noſtrum ſcire nõ eſt reminiſci: cauſa vero eſt, quia iſte intellectus, ſcilicet, perpetuus eſt impaſſibilis paſſione, qua intellectus patitur ab intelligibili, & reducitur de potentia ad actum primum. Intellectus enim agens, vt dictum eſt, per ſubſtantiam ſuã eſt actu intelligens: paſſiuus vero intellectus, id eſt, intellectus poſſibilis, qui eſt paſſiuus ab intelligibili, dum fit ſingula ſicut ſciens, eſt corruptibilis ſecũdum rem, & ſine hoc intellectu poſſibili anima nihil intelligit.

Ad cuius cauſæ clariorem perceptionem aduerte, ꝙ quia apud Platonem intellectus paſſiuus ſeu poſſibilis ab ideis informatus erat à principio, & quia impoſſibile eſt plenum iterum impleri, ideo apud ipſum

ſum



ſum ſequebatur, quòd noſtrũ ſcire eſt reminiſci. Apud Ariſtotelem vero quia intellectus paſſiuus generatur ex corrumpitur cum Socr. & non ponitur informatus à quocunque, ſed ſicut tabula raſa, in qua nihil eſt ſcriptum, quanuis intellectus agens, qui eſt impaſſibilis, ponatur perpetuus & ſemper intelligens, non ſequitur quòd noſtrum ſcire ſit reminiſci. Vnde noſtrũ ſcire eſſe reminiſci, non ſequitur ad intellectum perpetuum in actu, ſed ad intellectum paſſiuũ perpetuum in actu, & hoc manifeſte dicit litera explicans in fine, quòd illud perpetuum intelligere non eſt noſtrum, dicens, & ſine hoc intellectu paſſiuo: anima qua nos intelligimus, nihil omnino intelligit. Non enim putat animam fatui, aut dormientis: impedito intellectu paſſiuo intelligere per intellectum agentem, vt quidam ſomniant.

Neſcio autem quis primum hac in littera ſomniauerit mortem, & inchoauerit exponere, quòd non reminiſcimur poſt mortem, &c. Si enim vis falſam huiuſmodi expoſitionem conuincere: vide primo ly reminiſcimur, de nobis hominibus loquitur in numero plurali, & non de anima: dicendum enim fuiſſet non reminiſcitur autem: vide ſecundo ly quia: cauſalis enim nota eſt, & ad nihil ſeruit illi expoſitioni: imò dicendum fuiſſet, licet hic intellectus ſit paſſibilis, &c.

Vide tertio ly paſſiuus intellectus, in nullo vnquam opere Ariſtotelis intellectus nomine inueni, aut inuentum audiui ſignificatum niſi vere intellectum, quare igitur ſolum æquiuocatio? Vide quarto & ſine hoc nihil intelligit anima, ſi de reminiſcentia poſt mortẽ erat ſermo, & de cogitatiua dicendum fuiſſet, & ſine hoc nihil reminiſcitur anima, & non nihil intelligit, quia hoc falſum eſt, & extra propoſitum. Vide quinto, quòd verba Ariſtotelis in primo libro textu. 66. quæ afferuntur ad inſinuandum, quòd quæ illic diſputauit, hic affirmauit, extra propoſitum ſunt, quoniam manifeſte ibi loquitur de ipſa anima, vt diſtinguitur cõtra nos. Vnde dicit, ꝙ non ſunt illius paſſionis ſed habẽtis, quare & hoc corrupto non memoratur, neque amat: hic verò manifeſte loquitur de nobis, vt dictũ eſt, dum dicit, nõ reminiſcimur autem, &c. & cõtra Platonem in phedone doctrinam tradit.

Circa præfatã expoſitionẽ multa inſurgũt dubia, & primo ad hoĩem, deinde ſimpliciter. Ad Ariſtotelẽ quidẽ, quia videtur dictis eius repugnare. In 2. ſiquidẽ huius operis tex. 11.

 dixit

dixit aperte, quôd quaſdã par
tes animæ nihil prohibet ſepa
rari à corpore, ꝓpter id quod
nullius corporis ſunt actus,
ſub hac propoſitione ſubſumi
tur minor ex hoc. 3. à tex. 4.
6. &. 7. ſed intellectus poſsibi
lis nullius corporis eſt actus,
ergo intellectus poſsibilis eſt
ſeparabilis à corpore, & ſic im
mortalis. Et confirmatur ex
prædictis teſtibus, quos ſalua
re impoſsibile videtur, ſi intel
lectus poſsibilis corrumpitur
cũ corpore, eſſet enim qualis
calidus aut frigidus. Et confir
matur ex primo huius textu.
92. vbi grauis dicitur fictio
dans intellectui aliquam partẽ
corporis, & in ſecunda huius
textu. 21. dicitur, quòd licet
de intellectu & pſpectiua po-
tentia nihil adhuc manifeſtum
ſit. Videtur tamen genus alte-
rum animæ eſſe, & ſeparari ab
alijs, ſicut perpetuum â corru
ptibili. In ſecundo quoque de
generatione animalium cap. 3.
vult auctor, quòd intellectus
non educatur de potentia ma-
teriæ, ſed venit de foris, ac per
hoc non corrumpitur cũ cor-
pore. Et confirmatur ex. 12.
metaphyſi. tex. 17. vbi auctor
dubitans: vtrum aliqua forma
maneat poſt ſuam materiam, in
dubio tranſit de omni anima,
ſed affirmat de intellectu, non
omnis forſan inquit, ſed intel-
lectus.

Simpliciter autem falſum
ſuſtinere videtur hæc expo-
ſitio, quia contradicere vide-
tur, propoſitionibus certis in
philoſophia. Conſtat ſiquidẽ,
quôd omnis ſubſtantia intel-
lectualis eſt incorruptibilis,
ſed anima noſtra eſt ſubſtan-
tia intellectualis, ergo prima
propoſitio certificatur ex ope
ratione quia, ſcilicet, intellige
re eſt operatio ſine corporeo
inſtrumento: ergo eſſe ſub-
ſtantiæ intellectualis eſt ſine
corpore ſuſtinente: operatio
enim facit cognoſcere formã,
& modus operandi ex parte
operantis modum eſsendi præ
ſe fert, &c.

Sunt & aliæ multæ probatio
nes ad hoc antecedens, quas in
libris contra gẽtiles Diui Tho
mæ plene habes.

S. Th. 2. cõt. gentes cap. 55

Ad euidentiam harum diffi
cultatum ſcito, quòd non eſt
intentionis meæ dicere, aut ſu
ſtinere velle intellectum poſsi
bilem eſſe generabilem & cor
ruptibilẽ ſecũdũ philoſo. prin
cipia, quoniã hæc poſitio eſt
falliſsima, quoniã ex prĩcipijs
philoſophiæ, vtpote veris nõ
deducitur recte niſi verum:
hoc autem cõſtat ex fide eſse
falſum. igitur non põt ex prin
cipijs philoſophiæ ſequi. Vn
de neque vt verum, neq; vt cõ
ſonũ, neq; vt ꝓbabile philoſo
phiæ hęc ſcripſerim, ſed tm̃ vt
exponẽs opinionẽ iſtiꝰ gręci,
quam

Sẽtentiam auctoris pcipe.



quam conabor oſtendere eſſe
falſam ſecundum philoſophiæ
principia. ¶ Duo ergo in phi-
loſophia prĩcipia ipſemet Ari
ſtot. poſuit: ex quibus immor-
talitas animæ ſciri poſſet, pri-
mum poſitum eſt in prohemio
huius operis tex. 12. & 13. ſcili
cet, habere operationem pro-
priam. Secundum poſitum eſt
in ſecundo huius tex. 11. ſ. nõ
eſſe actum corporis, & primũ
quidem ſpectat ad operatio-
nẽ. Secundum autem ad potẽ
tiam, quæ eſt operationis prin
cipiũ, quæ pars eſt animæ per
ſpectiua ab Ariſt. vocatur, igi
tur vel ex proprietatẽ operis
vel eleuatione potẽtiæ immor
talitatis animę inueſtigãda eſt.
Et ſi nõ vis errare, per has gra-
dere, ſed caue à per accidens
& communibus.

Prima via.

Iuxta primã igitur viam vo
lentes progredi in ingreſſu o-
portet cautiſsimos atq; certiſ-
ſimos eſſe, quoniam lapſus eſt
ſapientum in ianuis his. Ani-
mam enim habere propriã ope
rationem dupliciter à philoſo
phis ſumptum inuenio in pro
poſito, primo propriam. i. ſine
cõmunicatione rei corporeæ,
ſecundo propriã. i. ſine cõmu
nicatione corporei organi. Et
primo quidẽ modo accepiſſe
ſe proprium in hoc fundamen
to Ariſtot. manifeſtat ibidem
dicens. Maxime autẽ aſsimila
tur proprio ipſum intelligere.

Si autem & hoc phantaſia quę
dam, aut non ſine phãtaſia, nec
hoc vtique continget ſine cor
pore eſſe. Vbi euidenter appa
ret, quòd ad hoc quôd intelli-
gere ſit opus proprium animę,
requiritur vna negatio. ſ. quòd
non ſit phantaſia, & vna affir-
matio. ſ. quòd ſit ſine phãtaſia,
id eſt, quôd nõ exerceatur per
organum: hoc enim importat
negatio phantaſiæ, & quòd ſit
independens à phantaſmate:
hoc. n. importat eſse ſine phan
taſia. Et quia ſic vtebatur Ariſ.
ly propriũ: idcirco hãc ingreſ
ſus ianuam, quũ in progreſſu
non inueniſſet aliquod intel-
ligere intellectus poſsibilis ſi-
ne phantaſmate: concluſit ani
mam per intellectum poſsibi-
lem nullam habere propriam
operationem.

Alij verô philoſophi in hoc
Ariſt. prętantes ly proprium
ſumpſerunt ſecundo modo, id
eſt, ſine organo. Crediderũtq;
quòd ſi intelligere eſt opera-
tio abſquè corporeo organo,
ſeu cum principio corpore eli
cita, quòd ipſa eſt propria ope
ratio animæ, ita quôd talis pro
prietas ſufficit ad inferendam
ſeparabilitatẽ intellectus poſ-
ſibilis ſecundum rem à corpo
re. Et quia in progreſſu inue-
nerunt, quòd intellectus poſ-
ſibilis operatur ſine organo: id
circo intulerunt animam cum
intellectu poſsibili immortalẽ.

Vis ergo tota huius vitæ conſiſtit in hoc principio: an. ſ. ad huiuſmodi proprietatem ſufficiat negatio organi an non, ſed exigatur etiam eſſe ſine phantaſia, id eſt, negatio obligationis ad phantaſmata. ¶ Et ſi ad Ariſt. reſpexerimus, inueniemus abſque omni probatione expoſitionem ſuam poſuiſſe, ex quo proceſſu accipio ego, quòd ipſe expoſitionẽ ſuam probatam eſse voluit ex vi illius conditionalis, quam exponendo aſsumpſit, ſ. ſi intelligere eſt phantaſia, aut non ſine phantaſia, nõ erit hoc ſine corpore: hæc enim conditionalis eſt per ſe nota, quoniam phantaſia in corpore, & ſine corpore: corporeaq; eſt. Ac per hoc ſi intelligere eſt obligatũ phantaſiæ, ita quòd ſaltem non eſt ſine illa, oportet quòd intelligere non ſit ſine corpore.

Aliorũ philoſophorũ poſitio

Alij verò philoſophi expoſitionẽ ſuam probant ex hoc quòd id quod eſt per accidens non parit iudicium de incorruptibilitate rei, & conſequenter nec de proprietate, ex qua haberetur incorruptibilitas. Obligatio autem an phantaſiã intellectus intelligẽtis abſque corporeo organo ineſt tali intellectui per accidens, ergo. Prima propoſitio patet, quia corruptibile & incorruptibile ſunt differentię ſubſtantiales. Secunda vero probatur ex eo, quòd potentia cuius eſse non niſi per accidẽs eſt in corpore, eius operari in ſe, nõ niſi per accidens pendet à corpore. Dico autẽ operari in ſe ad differentiam operationis in alio, vt mouere, operatio nanq; immanens, quę propria eſt operantis perfectio, naturam ſui principij ſic aſſequitur, vt rationi cõſonum oĩno ſit, quod cuius eſse eſt independens, eius talis operatio ſit independens, & cuius eſse eſt in corpore, eius operatio pendeat à corpore, & cuius eſse per accidẽs eſt in corpore, eius quoque operatio per accidens pendeat à corpore. Conſtat autem ꝙ intellectus ſine organo nõ niſi per accidens eſt in corpore: ex eo enim quod non habet organum, non habet ſubiectũ corporeum, organũ enim eſt, in quo primo eſt potentia, vt in ſecundo huius tex. 122. eſt habitum, ex eo vero ꝙ non eſt in ſubiecto corporeo, ſequitur quòd accidat ſibi eſse in corpore.

Obiectio cõtra eos

¶ Nec obſtat huic proceſſui ſiquis obijciat, quòd eſſe in corpore ipſius potentiæ, & pendere operationis à corpore ſunt alterius rationis, nã illud eſt ſubiectiue, hoc eſt obiectiue, & propterea proceſſus hic nihil valet probando ſecundam propoſitionem.

Solut.

Ad hoc enim dicendum eſt, quòd licet hæc ſint diuerſarũ

ratio-



rationum, vt obijciendo bene dicitur, tamen ſunt proportionaliter ſe cõcomitantia vt cauſa & effectus, ita quòd modus eſsendi ſubiectiue ipſius potentiæ eſt cauſa modi pendendi obiectiue operationis immanentis: modi autem dico non cuiuſcunque, ſcilicet ad ſubſtantiam ſpectantis, de quo eſt ſermo præſens. Si enim vis viſiua non eſset actus oculi, ſed ſeparata à corpore, viſio non per ſe pẽderet à corporeo obiecto, vt patet, &c.

Solut. ad rationem Ariſt.

Ad rationem autẽ, quæ mouit Ariſtot. ſ. ſi intelligere eſt phantaſia, aut non ſine phantaſia, non erit hoc ſine corpore, ſed intelligere eſt non ſine phantaſia, ergo intelligere non eſt ſine corpore, & ſic nõ proprium animæ. Reſponderi poteſt quòd intelligere eſse cum phantaſia poteſt dupliciter intelligi. Primo modo abſolute, neceſsario, & per ſe, & ſic conditionalis eſt vera, ſed minor falſa, quoniam intelligere animæ noſtræ non abſolute, ſed vt tale, puta materialium ſecundũ quoſdam philoſophos, aut in principio ſecũdũ alios, nec neceſsario & per ſe, ſed propter modum eſsendi animę, ſcilicet in corpore, eſt cum phantaſia. Secundo modo poteſt intelligi de intelligere tali, aut per accidens, & ſic conditionalis aſſumpta nihil facit ad propoſitum, & tamen ſic tantum verificatur minor. ſ. quòd ſine phãtaſmate nihil intelligit anima, quanuis vt dictum eſt, Ariſto. crediderit eam ſimpliciter, & per ſe veram eſse. Et quoniam in via hac ambulantes vtuntur intellectu ſine organo, qđ perinde eſt, ac ſi diceretur intellectum eſse ſecundũ rem ſeparatum à corpore, quod ſpectat ad ſecundũ principium inueſtigandi immortalitatẽ intellectus poſsibilis. Ideo de hac ſecunda via videndum nunc eſt etiam dupliciter. ſ. ſecundum Ariſt. & ſimpliciter.

De. 2. via videndũ eſt.

Scito igitur, quòd in hac via propter occultum per accidẽs maxima videtur difficultas. Quum enim intellectus poſsibilis ſit intellectus, & ſit res quędam, ſi ſpectetur quatenus intellectus, non eſt difficile inuenire ipſum ſeparatum à corpore procędendo à rebus intelligibilibus, vt proceſsit Ariſtot. in principio huius tertij: ſi autem ſpectetur vt res quædam, non facilis patet via ad hoc inueſtigandum.

A tex. 2. vſq; ad. 8.

Vnde Ariſt. quãuis vtrãq; viã propoſuerit, non tñ vtrãq; omnifariã eſt ꝓſequutus. imò cautos Lectores reddidit de termino huius viæ in prohemio dicẽs in textu decimotertio, quòd erit de anima, ſicut de recto, cui in quantũ rectũ multa accidunt, &c. niſi habeat



opus

opus proprium. Ex quibus ma
nifeſte vult, quòd ſecunda hęc
via de ſeparatione potentiæ à
corpore nõ ducit ad veram ſe
parationẽ ſecundũ eſſę niſi du
cat ad opus proprium, quãuis
ducat ad ſeparationẽ formalẽ
à corpore. Quia igitur apud
ipſum ex prima via intellectus
poſsibilis nullã habet ꝓpriam
operationem, & ex ſecũda via
intellectus idẽ eſt ſeparatus à
corpore. cõſequens eſt iuxta
documenta data ab ipſo in pro
hemio, vt intellectus poſsibilis
ſit ſeparatus à corpore nõ rea
liter, ſed formaliter. vt ſuperiꝰ
expoſuimus. Et hoc eſt dice-
re, quòd quatenus intellectus
eſt ſeparatus negatiue, id eſt,
non coniunctus, ſed quatenus
talis res ęſt, ſecundum eſſę eſt
in corpore, & corpore tali, &
cęt. Et propterea de intellectu
agente nunc loquens inuento
in eo proprio opere. ſ. quòd
non quandoq; quidem intelli
git & quandoque non, dixit ꝙ
ſeparatus eſt ſolus in hoc qđ
vere eſt, id eſt in eſsẽdo ad dif
ferentiam ſeparationis forma-
lis tantum, quæ etiam cõuenit
intellectui poſsibili, &c. Et
hæc poſitio maxime conſona
videtur doctrinæ ipſius Ariſ.
alibi dum fęlices homines con
ſtituit nõ ſimpliciter, ſed vt ho
mines in primo ethicor. & in
12. metaph. tex. com. 39. dedu-
ctio inquit qualis optima par-
uo tẽpore nobis: illis autem. ſ.
intelligentijs perpetua eſt &
continua, &c. Cõmunis ſiqui-
dem animi conceptio eſt, vt
quemadmodũ creditur homo
habere intellectualẽ naturam,
ſic & beatitudinem. Qui enim
hominis ſubſtantialẽ partẽ pu
tant eſſe intellectualẽ per ſub
ſtantiam ſuam ponunt conſe-
quẽter in ea capacitatem felici
tatis ſimpliciter & ętern ę. Qui
vero putant vt Ariſt. hominis
partem ęſſe intellectualem per
participationem luminis intel
lectus agentis, ponunt conſe-
quenter ꝙ non eſt capax fœli
citatis niſi ſecundum quid &
ad tempus, &c.

Ad auctoritates eiuſdẽ, quę aduerſari videntur facile reſ-
pondetur, quòd in oĩbus quæ
de ſeparatione intellectus poſ
ſibilis dixit: intendit de ſepa-
ratiõe formalis, quia vt ipſemet
docuit non ducunt ad animam
magis ſeparatam quam rectum,
ſi ad opus proprium non veni
tur. Nihil ergo prohibet quaſ-
dam animę partes ſeparari pro
pter id quòd nullius corporis
ſunt actus in eſſendo, ſed nul-
la inuenta eſt niſi intellectus
agens, de quo verificatur apud
eum, quòd ſeparatur tanquam
perpetuum à corruptibili, quã
uis de tota parte intellectiua
appareat. ¶ De foris quoque
mentem aduenire credit, quia
lumen intellectualę quo intel
lectus

Reſpõſio ad auctoritates in contrariũ.



lectus poſsibilis põtẽs eſt pro
xime ad intelligendum: mentiſ
que rõnem habere, ab intelle-
ctu agente eſt. ¶ In. 12. deni
que metaphyſice nihil reſpon
dendo affirmare ſe oſtendit:
quum inchoat â conditionali
dicens, vt ſi eſt anima talis, nõ
omnis forſan, ſed intellectus
vbi manifeſte patet, quòd oĩa
ſub illa conditionali ſtant, ſi
eſt aĩa talis, &c. Ex hoc ergo
tex. & cõtextu hoc ſolũ habe
ri poteſt, ꝙ Ariſt. manifeſte pu
tauit animam intellectiuã non
ęſſe ante corpus, & ſub dubio
reliquiſſe, an ſit poſt, vt facile
patet conferenti, hæc quo ad
Ariſt. ¶ Supereſt vt ſimplici-
ter tractemus rem hanc, vt lo-
cum tamen decet. Colligendo
igitur principia viaſq; dicimꝰ,
quòd via proprij operis ſola
oportet quòd ducat ad opus
in nobis, neq; phantaſiam, ne-
que cum phantaſia. Notanter
autem dixi ſola quia admixta
ſecundæ viæ non exigit hoc,
vt ſuperius viſum eſt. Secunda
autem via ſeparationis poten
tię ſola oportet quòd ducat ad
ſeparationem non ſolum for-
malem, ſed ſecũdum eſſe in re
rum natura, vt patet ex dictis.
Et quoniam iuxta primã viam
ſolam non venitur ad opus ſi-
ne phantaſia, vt experientia te
ſtari videtur. Nullũ enim ſcio
adhuc inuentũ hominem, qui
teſtętur ſe intellexiſſe aliquid
abſque phantaſmate omnino;
quamuis multi dicant hoc eſſe
poſsibilę, & prima rurſus ad-
mixta ſecundæ vtrunque tran
ſita eſt. Ad ſecundã vnde tota
põdet huius rei certitudo, pro
perandum eſt vtendo propoſi
tionibus, quibus vſus eſt Ari-
ſtot. in hoc tertio. Ex hoc. n.
quòd intelligere eſt pati ab in
telligibili, ſicut ſentire à ſenſi
bili, optime infertur quòd in-
tellectus eſt potęntia ad in-
telligibile, & nullius intelligi-
bilis naturam in ſe habet, ſicut
nec ſenſus habet in ſe naturã
alicuius à ſe ſenſibilis. Opor-
tet ergo ſi omnium materialiũ
naturas intelligere põt, quòd
nullius ſit naturæ materialis in
actu, ſed ſit potentia ad omnes
materiales naturas, hæc ratio
non ſolum intellecta formali-
ter, ſed etiam realiter, & ſecun
dum eſſe conuincit. Quoniam
in ſenſu manifeſte apparet, ꝙ
ſiue per ſe, ſiue per accidẽs ali
quid ſenſibile admiſceatur ſen
ſui, impeditur ſenſus. vt patet
in guſtu infirmi, & potes ratio
cinari ſuper hoc ſic. Senſum
ad hoc vt omnia ſua ſenſibilia
cognoſcat oportet non ſolum
formaliter, ſed realiter nõ eſſe
iunctum vlli ſuorum ſenſibi-
lium: ergo intellectum ad hoc
vt cognoſcat omnia materialia
oportet nõ ſolum formaliter,
ſed realiter non eſſe iunctum
materialibus. Hanc rationem
ſub-

ſubterfugere nec ipſe poſſet
Ariſt. niſi forte negando quòd
poſſe cognoſcere omnia mate
rialia conueniat intellectui no
ſtro in rerum natura, quanuis
conueniat ei in abſtractione.
ita quòd differentia inter ſen-
ſum & intellectum quo ad pro
poſitum ſtet in hoc, quòd ſen-
ſus habet duo, primo ꝙ de eo
abſolute verificatur, ꝙ poteſt
cognoſcere oĩa ſenſibilia ſui
generis: ſecũdo ꝙ de eo in ex
ercitio verificatur, quòd cog-
noſcit actu vel potẽtia omnia
hmõi ſenſibilia: intellectus ve
ro habet primũ tãtum. ſ. quòd
de eo abſolute verificatur, ꝙ
extendit ſe ad oĩa materialia,
ſed in exercitio poſitus nõ ſe
extendit ad oĩa, ita ꝙ intelle-
ctus noſter abſolute eſt vere
extendens ſe ad cognoſcendũ
oĩa. Intellectus tamen noſter
ſic extendens ſe ad omnia nõ
inuenitur in rerũ natura, ſicut
rectũ abſolute vere tãgit ſphę
ram in puncto: rectum tamen
ſic tangens non inuenitur in
rerum natura. ¶Hæc reſpõſio
quãuis ſit vltima fuga, nõ eua
dit, quin concedere oporteat
multa inconuenientia. Primũ
ꝙ in rerum natura nõ magis in
uenitur intellectus noſter in
oĩa fieri, ꝙ motus velocitabi-
lis in infinitũ, qui nõ datur in
re, ſed in abſtractione, & hoc
nõ ſolum oportet concedi de
intellectu in oĩa fieri, ſed ſim-
pliciter de intellectu & de ip-
ſius intelligibilitate: hæc. n. ſe
parationẽ exigunt à materia
ſecundũ rem, vt diffuſæ oſten
ditur in ſecundo contra genti
les capitulis. 49. 50. &. 51. Se-
cundum eſt ꝙ ſecundũ rem in
tellectus noſter non recipit im
materialiter, ſed indiuidualiter
& ſic non cognoſcit vniuerſa
le. Tertiũ eſt quòd anima no-
ſtra non eſt vere ſubſtantia in
tellectualis, ſed ſuprema inter
ſenſitiuas irradiata lumine in-
tellectus agentis: demonſtra-
tur enim in ſecũdo cõtra gen-
tiles cap. 55. quod omnis ſub-
ſtantia intellectualis eſt incor
ruptibilis. ¶Quartum eſt ꝙ
natura fuit ſollicita & efficax
magis circa ſenſitiuorum gra-
dus quam circa intellectualiũ:
oportet enim infimum intelle
ctuum gradum. ſ. puram poten
tiam non inueniri: ſi anima no
ſtra nõ eſt intellectiua niſi per
participationẽ. Quintum eſt
quòd doctrina à principio hu
ius tertij vſque ad tex. 17. non
niſi extortæ. ſ. in abſtractione
verificari poteſt, quam tamen
vt exponendo patuit ſecun-
dum rem oportet aſſerere vt
veritati conſonet.

S. Th. contra gentil.

Propter hæc igitur & ratio
nes poſitas ſupra, & in locis al
legatis cõmuni animi concep-
tioni hominum conſentiendo
hominem cõpoſitum ex natu
ra ſenſitiua & verę intellecti-

Mentẽ auctoris percipe.

ua



ua fateamur. Ac per hoc intel-
lectum habentẽ, qui in rerum
natura poſitus eſt omnia fieri,
propter hoc ꝙ nullius corpo-
ris eſt actus, propter quod ni-
hil prohibet ipſum ſeparari à
corpore immortalẽ eſſe & per
petuum. Plus enim hæ ratiões
valent quam negatiua Ariſto.
quia. ſ. non inuenit in eo opus
ſine phantaſia, quod cõſtat ex
dictis nõ verificari niſi per ac
cidens, & propterea nõ eſt mi
rum etiam tam ſapientem virũ
in hoc falli. ¶Quoniã autem
veritas ſtudioſas mentes attra
hit, in hoc cõuenerunt philo-
ſophi præclari & nominati, ꝙ
intellectus noſter cum ipſa no
ſtra anima partim eſt coniun-
ctus corpori, & partim ſepara
tus ab eo, quanuis diuerſimo-
de id interpretati fuerint, &
quomodo quidem hoc intelle-
xerit Ariſtot. ſatis dictum pu
to. Præceptor autem eius Pla
to coniunxit animam corpori
vt nautam naui: ſeparauitque
proinde ipſum à corpore ſe-
cundũ eſse. Auerroys vero ſe
parans quoq; animam intelle-
ctiuã ſecũdum eſse à corpore,
coniunxit ipſam eidem in ope
rando tantum operationem ta
men immanentem. Auicẽ. aũt,
Albertus, Diuus Tho. & tan-
dem veritas ipſa iungunt ani-
mã intellectiuam corpori ſecũ
dum eſse, & ſeparant eam ab
eodem ſecundum independen
tiam. ¶Ad cuius euidentiam
ſcito quòd inter formans mate
riales, quæ. ſ. educuntur de po
tentia materiæ, ac per hoc de-
pendent ſecundum eſse à ma-
teria vtpote earũ cauſa, & for
mas ſeparatas omnino à mate-
ria, quæ in ſeipſis ſubſiſtunt
ſine omni cõmunicatione ſui
eſse in materia, quas angelos di
cimus rationabile mediũ poni
tur forma ſecundũ eſse inde-
pendens à materia, & tamẽ cõ
municans ſecundũ eſse in ma-
teria, quæ ex independẽtia ha
bet, ꝙ non eſt educta de potẽ-
tia materiæ, & ex cõmunicabi
litate ꝙ in materia ſit, & ꝙ ma-
teria participet eſse illius. Ta-
lem aũt formã fatemur eſse ani
mam intellectiuã, ita quòd ſic
ſolũ ſaluatur, & quòd eſt vere
immaterialis, & intellectualis,
ac per hoc habẽs opus ꝓpriũ,
& immortalis, & ꝙ eſt vere for
ma ſpecifica hoĩs numerata ad
numerationem hominũ. Cõſo
natq; toti philoſophiæ adeo,
vt hinc quocunque declinaue
ris, ad aliquod incõueniens du
ceris. Siſtens autem hic nullũ
in philoſophia ſcrupulũ offen
des, quãuis obſcura quædã ex
adiunctis relinquerẽtur. ¶Nõ
eſt enim mirabile. imò valde
cõſonat philoſophiæ, vt talis
forma media inueniatur, vt ma
teria eleuetur ad participa-
tionẽ formæ infimę inter im-
materiales, vt cõſtituatur cõpo

ſitum

ſitum ex natura ſenſibili & in tellectuali. Conſonatque cõſequenter vt huiuſmodi forma, eo quia immaterialis eſt ordinis, potentiam habeat, quæ nõ ſit actus corporis: operationẽ que propriã: eo verò quia iuncta eſt corpori ſecundũ eſſe, vt hanc operationẽ propriam nõ exerceat ſine corpore, cui communicat ſuum eſſe. Et rurſus eo quia immaterialis eſt ordinis nõ educta à materia, nec pendens conſequenter ab ea, corrupto corpore nõ deſinat, ſed eſſe ſuum retineat. Eo verò quia eſt cõmunicata corpori vt forma. vt ſit ratio eſſendi ipſi corpori, & breuiter vt omnia ſuppleat, quæ aliæ inferiores formæ facerent, nõ illo imperfecto modo, quo ille facerent: puta cum ſui immerſiõe, dependentia, & extẽſione, ſed excellentiori modo, continet ſiquidẽ omnes alias vt tetragonum trigonum. ¶Et vt nouitij argumẽtationibus quas aliqui vt efficaces afferunt, non fallãtur, pro eorum conſolatione ſoluere eas curaui ex eiſdem fundamentis. ¶Arguunt igitur primò. Anima in intellectiua parte requirit ad ſui exiſtẽtiam in materia determinatas diſpoſitiones, ergo eſt corruptibilis. ¶ Præter. Ratio eſſendi animæ intellectiuæ eſt, vt ſit quo aliquid eſt, ergo non poteſt ſeparari à materia: antecedens probatur, quia in hoc differt forma informans à forma ſeparata, conſequentia patet, quia ceſſante ratione eſſendi alicuius, ceſſat illud. ¶Præter. Vnio ſecundum eſse aĩæ intellectiuæ ad corpus non eſt ſubſtantia, nec accidens: ergo anima intellectiua non eſt vnita ei ſecũdum eſse. Antecedens patet pro prima parte, quia aliter ſubſtantia illa corrumperetur: pro ſecunda vero, quia ſic eſſet vnio accidentalis.

Iandu. 3. de anima, q. 5. & multi alij.

Præter. Anima intellectiua eſt forma iuncta corpori ſecũdum eſſe, ergo recipit indiuidualiter, ergo nõ intelligit, aut intelligere recipitur in corpore, quod nec eſt verum per ſe, neque per accidens, conſequẽtia probatur, quia quicquid recipitur in recepto in corpore, recipitur in corpore, licet mediate: ſicut color receptus in ſuperficie recipitur mediate in ſubſtãtia ſubiecta ſuperficiei, & hoc eſt potiſsimum fundamẽtum aduerſæ partis ex proprijs. ¶ Arguitur & fortius. Quia nulla potentia eſt ſeparatior eſſentia cuius eſt, ergo intellectus eſt actus corporis, antecedens patet, quia potẽtia oritur à ſubſtantia, vel eſt eadem illi, conſequentia probatur, quia ſubſtantia animæ intellectiuæ eſt actus corporis, & hæc ratio eſt fortis valde.

Præt. Anima intellectiua eſt forma dans eſſe formaliter corpori, ergo eſt figurata ſaltẽ per accidens, probatur ſequela, quia ſubiectum figuræ eſt homo cõpoſitus ex materia prima ſola, & anima intellectiua apud te: pars ergo ſubiecti eſt anima intellectiua, ergo per accidẽs ſaltem figurata. ¶Præter. Si anima intellectiua eſſet forma corporis indiuiſibilis apud te, ergo manus intelligit, probatur ſequela, quia manus eſt corp? compoſitum ex anima intellectiua & corpore, &c. propterea anima intellectiua eſt forma indiuiſibilis in toto corpore, ergo idẽ indiuiſibile ſimul mouet & quieſcit, patet ſequela, quieſcente vna manu & mota alia. ¶ Ad ſolutionẽ horũ non oportet alia iacere fundamenta, vt eo verior oſtẽdatur doctrina, quo ex poſita quidditate omnes difficultates ſoluantur. Scito igitur, quòd quia anima intellectiua media eſt forma, & ſic immaterialis eſt ordinis, vt non reſpuat communicationẽ materiæ, ipſam participat, & ſui generis conditiones, intrinſecas, & eminentiori modo habet & cõtinet perfectiones, virtutes, & efficaciam, vt ſe tamen decet omnium inferiorum formarum ad ſe ordinatarum, ſicut tetragonum continet trigonũ, & hinc fit vt exerceat & actus ſui immaterialis ordinis intelligendo, &c. & actus formarũ materialium formando, figurãdo, &c. ſed ſicut ſuperiores actus modificat ex modo eſſendi in corpore, ita inferiores eleuat ex ſua independentia ad corpus. Vt enim docuit Ariſt. in tex. 31. ſecundi libri, animæ ſe habent ſicut in figuris, quòd ſemper in eo, quod conſequenter, eſt id q̀d eſt prius eſt in potentia .i. virtualiter: vt trigonum in tetragono, & hoc ſi diligenter inſpexeris, ceſſabis admirari multa, quæ alij mirantur.

Ad primum ergo in oppoſitum dicendum, quòd quia antecedens eſt ambiguum, oportet diſtingui. ſi enim ly, in materia determinet exiſtentiam: antecedẽs eſt verum. vt patet, ſed conſequentia nihil valet, quia ex hoc quòd forma exigit certas diſpoſitiones, ad hoc quòd ſit in materia, non ſequitur quòd ceſſet abſolute ceſſãtibus illis, ſed quòd ceſſet eſſe in materia ceſſantibus illis. Si autem ly in materia determinet diſpoſitiones. Antecedẽs eſt falſum ſimpliciter, quia anima intellectiua non ad ſuã exiſtentiam abſolute, ſed ad ſuam exiſtentiam in materia, oportet quòd habeat diſpoſitiones quaſdam in illa.

Ad ſecundum dicitur, quòd eſse quo aliquid eſt, dupliciter contingit ſ. præciſè & nõ præciſè. Anima intellectiua habet quòd

quòd ſit quo aliquid eſt, & ꝙ ſit etiam quod in ſeipſa ſubſiſtit, hoc q̄a immaterialis, illud quia forma alterius, & propterea antecedens cū præciſione intellectū eſt falſum, in quo ſolo ſenſu procedit cōſequentia & argumentum. ¶ Ad tertium autem, quod eſt ex cōmuniſsimis omnibus formis informantibus. Communiſsima reſponſio eſt, quòd vnio formæ cum materia ſumitur dupliciter: formaliter, & ſic eſt relatio, & fundamentaliter, & ſic non ſignificat vnam rem ſimplicem vt argumentum ſupponere videtur, ſed ſignificat materiā eſse actualiter ſub forma & formā informare materiam: hæc autē important manifeſte ipſas cauſas materialem & formalem cū ſuis cauſalitatibus. Vnde hęc vnio nihil eſt mediū inter formā & materiā, ſed dicit vtrunque ſimul, & dicit compoſitū reſultans, quod in ſubſtantijs eſt ſubſtantia, quæ corrumpitur: in accidentibus vero eſt accidens. Quum ergo dicitur vnio animæ ad corpus non eſt ſubſtantia, nec accidens, dicitur quòd vnio fundamentalis, de qua eſt ſermo eſt ſubſtātia, non vna, ſed duæ concurrentes ſimul in vnam ſubſtantiam compoſitam tertiam ex illis cōſtantem, cuius eſt generari & corrumpi: non enim oportet quærere, quomodo ex anima & corpore fiat vnū, dixit Ariſtot. ſicut nec ex cera & figura. Sed oporteret bene ab Auerroy, Platone, & alijs quærere quomodo fiat vnum.

Ad quartū autem, quod eſt Achilleum, neganda eſt ſequela, & ad illam maximam dicendum eſt, quòd non tenet niſi in ſuſtinentibus & ſuſtentatis, ita quòd exiſtentibus tribus, quorum primum ſuſtinet ſecūdum, & ſecundum ſuſtinet tertium, bene ſequitur tertiū eſt in ſecundo, ergo & in primo, ſed ſi tertium ſuſtinetur in ſecundo: ſecundū autem non ſuſtineatur in primo, quanuis ſit in ipſo primo, nō ſequitur tertium eſt in ſecūdo: ergo eſt in primo, quia poteſt eſſe in ſecūdo, vt non ſuſtētatur à primo. Et ſic eſt in propoſito, nam intelligere & intellectus eſt in anima intellectiua, & ſuſtinetur ab illa, ipſa autem anima, licet ſit in corpore, non tamen ſuſtinetur à corpore, quia independens eſt ſecundum eſſe ab illo. Et ſi inſtetur quòd ſaltem per accidens intelligere erit in corpore, reſponderi poteſt iuxta doctrinā octaui phyſicorum tex. cō. 52. vbi anima cœli cōceditur moueri per accidens, non quia ad ipſam per accidens perueniat motus, ſed quia motum ab ea mouetur ad motum alterius. Hac igitur ratione intelligere per accidens

eſt



eſt in corpore, non quia eſſe in corpore perueniat ad ipſum intellectum & intelligere per accidens, ſed quia id, in quo eſt participatur à corpore.

Ad quintum formaliter reſpondendo dicitur quòd eſt ſophiſma figuræ dictionis: mutatur enim magis, in quomodo, aut econtra. Ad rem autem dicendum ꝙ intellectus non eſt abſtractior, aut ſeparatior ſubſtantia animæ intellectiue, ſed eſt alio modo abſtractus à corpore quam illa. Subſtantia.n. intellectiua eſt ſeparata ſeparatione dependentiæ ſubſtantialis in eſsendo, & hoc ex ſe: Intellectus autem eſt ſeparatus ſeparatione actuationis, quia non actuat corpus, ſed omnis ſeparatio intellectus, ſcilicet, ſecundum non actuationem, & ſecundum independentiam oritur ex illa ſimplici ſeparatione animæ, qua in ſe immaterialiter ſubſiſtēs poteſt per ſe ſolā operari. Et ignorantia huius ſeparationis Ariſt. Alexandrum, Auerroym: cæteroſque ſequaces à verò abduxit. Hæc enim eſt, quæ eleuationē animæ ſupra materiam & corpus ponit, actum corporis ſaluat, & cum hoc ſine corpore operantem & potentem ſubſiſtere, &c. ¶ Ad ſextum iam patet reſponſio, negatur ſiquidem animam intellectiuam ſequi eſſe quoquo modo figuratam, & conceditur quòd ſubiectum figuræ eſt homo compoſitus ex materia prima & ſola aīa intellectiua, ſed homo, nec anima, nec materia eſt etiā ſimul ſumptæ, ſed tertia ſubſtantia, ſicut ba ſyllaba, nec eſt. b. nec. a. nec. b. & a. ſed. ba. Et vt imponatur vltimum ſilentium his adiungito, ꝙ anima intellectiua, quia virtualiter continet quicquid poſſunt formæ præambulæ, facit formaliter quicquid ille facerent retenta ſimplicitate, & indiuiſibilitate ſua & hoc ex ſua eminentia. Commune ſiquidem eſt ſuperioribus formis præambularum opera eminentius facere. Vnde ſicut non eſt mirum, quòd anima bouis cum hoc quòd non continet vegetatiuam formaliter, ſed virtualiter ſecundùm doctrinam Ariſtote. dicentis, quòd continet illam in potentia: vt tetragonum trigonum facit formaliter bouem vegetatiuum, & quicquid faceret vegetatiua eminentius: adeo vt ſecundum diuum Thomam nō ſit diuiſibilis ad diuiſionem ſubiecti, quod experiētia quoque teſtatur: ita mirandū non eſt: ſi aīa intellectiua poſtrema omniū ſecundū cōſequentiam omniū opera perficiat, & quantū & figuratum faciat abſque ſui diuiſione & imperfectione. ¶ Ad ſeptimum negatur ſequela, & probatio

S. Th. 1. parte q. 76. arti. 4. & q. 10 de aīa.

plus

plus exigit. Adhoc enim quòd aliquod cōpoſitum intelligat, non ſufficit cōpoſitum ex anima intellectiuâ & corpore, ſed oportet addere & corpore per ſe primo perfectibili ſeu proportionato animæ intellectiuæ. Tale autem nō eſt manus, ſed ſolū hoc compoſitū, quod ſignificat homo. ¶ Ad octauū negatur quoque conſequētia, quia anima intellectiua nō mouetur etiā per accidens ad motum partis corporis, quanuis bene moueatur per accidēs ad motum totius corporis, in quo eſt, & ratio eſt, quia quod eſt in loco tantum diffinitiue non mouetur per accidens niſi ad motum eius, in quo eſt diffinitiue. Anima autem intellectiua conſtat, quòd non eſt in loco niſi diffinitiue, & ideo non mouetur per accidens localiter, niſi ad motum eius, in quo eſt diffinitiue. Anima autem intellectiua ad nullam ſuā partem, ſed tantummodo ad totū corpus comparatur diffinitiue, quia eſſe diffinitiue eſt eſse ita hic quòd non alibi: & ideo anima nec mouetur, nec quieſcit per accidēs per partes corporis.

## DE OPERIBVS intellectus.

¶ Capitulum. III.

INdiuiſibiliū quidem igitur intelligētia in his eſt, circa quæ nō eſt falſum. In quibus autem & falſum iā & verum eſt: cōpoſitio quædam iam intellectuum eſt, ſicut eorū quę vnum fiunt. Sicut Empedocles dixit. Vere multorū quidem capita ſine ceruice germinauerunt, poſtea cōpoſita ſunt concordia, ſic & hæc ſeparata compoſita ſunt, vt aſsimetron & diametros, & vt ſimetron & diametros. Côme. 21. ¶ Si autē factorum & futurorum tempus cointelligens eſt & componens: falſum enim in compoſitione ſemper eſt, & nā que ſi album non albo, aut ſi non album albo compo nit, contingit autem & diuidentē dicere omnia. Sic ergo eſt non ſolum falſum aut verū ꝙ albus cleon eſt, ſed & quod erat, aut erit, vnum autem faciens hoc intellectus eſt vnumquodque. Cō. 22 ¶ Indiuiſibile autem quoniam dupliciter, potentia aut actu eſt, nihil prohibet intelligere indiuiſibile Cō. 23





cum longitudinem intelligat. Indiuiſibilis enim actu aliter eſt, & in tempore indiuiſibili. Similiter enim tempus diuiſibile & indiuiſibile longitudini eſt: nō enim eſt dicere aliquid in medio intelligere vtrunque, non enim eſt niſi diuidatur, ſed aut potentia: ſeorſum autem vtrunque intelligens dimidiorum diuidit, & tempus ſimul, tūc autem eſt vt in longitudine. Si vero eſt ſicut ex vtriſque, & in tēpore eſt quod in vtriſque.

Cō. 24 ¶ Quod autem non ſecundum quantitatem indiuiſibile eſt ſed ſpecie, intelligit & indiuiſibili tempore, & indiuiſibili animæ. Secundum accidens autē & non inquantum illa diuiſibilia, quod intelligit, & in quo tempore, ſed inquantū indiuiſibilia. Ineſt autem vtique his aliquid indiuiſibile ſed forte nō ſeparabile qđ facit tempus vnum, & longitudinem, & hoc ſimiliter in omni eſt & continuo, & tempore, & longitudine.

Cō. 25 ¶ Punctum autem & omnis diuiſio, & ſic indiuiſibile, monſtratur ſicut priuatio, & ſimilis ratio in alijs eſt, vt quomodo malū cognoſcit, aut nigrū, contrario enim aliquo modo cognoſcit. Oportet autem potentia eſſe cognoſcens, & eſſe in ipſo, ſi vero alicui non ineſt contrarium: ipſum cognoſcit ſeipſum, & actu eſt, & ſeparabile.

¶ Si autem dictio quidem aliquid de aliquo, ſicut affirmatio vera eſt, aut falſa omnis: intellectus autem non omnis, ſed qui eſt ipſius quod quid eſt, ſecundū hoc quod aliquid erat eſſe, verus eſt, & non aliquid de aliquo, ſed ſicut videre proprij verum eſt: ſi autem homo album aut non, non verum ſemper, ſic autem ſe habent quæcunq; ſine materia ſunt. Cō. 26

¶ Idem autem eſt ſecundum actū ſcientia rei, quæ vero ſecundum potētiam tempore prior eſt in vno, omnino autem neque tempore. fiunt enim ex actu ente omnia, quæ fiunt. Cō. 27.

¶ Summa huius capitu-
li hæc eſt.

Diſtin ctio. IN his in quibus nõ
eſt falſum eſt indi-
uiſibilium intelligẽ
tia. In quibus autẽ
falſum & verum eſt: cõpoſitio
quædam intellectuum eſt. De
claratur primo hoc ſecundum
ex Empedoclis poſitione dicẽ
tis capita ſeparata prius iuncta
poſtmodũ, &c. Extenditur de
inde compoſitio ad præterita
& futura, quia tunc interuenit
cointellectio temporis & com
poſitio. Aſſequatur poſtmodũ
cõpoſitioni diuiſio, & demum
cauſa omnis huiuſmodi vnita
tis intellectus aſſeritur.

Intellectus intelligens lon
1. Con gitudinẽ nihil prohibet, quòd
cluſio. intelligat indiuiſibile, & indi-
uiſibili tẽpore. Probatur pri-
mo ꝙ intelligat indiuiſibile, qa
longitudo eſt actualiter indi-
uiſibilis: dupliciter enim dici-
tur indiuiſibile, ſcilicet actu &
potentia. Probatur ſecundo,
quòd in tempore indiuiſibili,
quia non eſt in medio tempo-
re mediam lineam intelligere
niſi linea diuidatur, quod pro
batur, quia tẽpus condiuiditur
longitudini, ſed linea non eſt
diuiſa, niſi in potẽtia, ergo, &c
Declaratur tertio ly nihil pro
hibet, id eſt, ꝙ hoc nõ oportet
ſed poteſt eſſe, quia longitudo
poteſt intelligi ſecũdũ partes
ſeorſum, & tunc in diuerſo tẽ
pore intelligitur, & poteſt in-
telligi ſicut conſtans ex vtriſ-
que, & tunc in tempore, quod
eſt in vtriſque.

Indiuiſibile non ſecundum 2. Con
quantitatẽ, ſed ſpecie intelligit cluſio.
indiuiſibili tẽpore, & indiui-
ſibili animæ. Declaratur pri-
mo, quia hæc quatenus diuiſi-
bilia per accidẽs, tam ex parte
intellecti quam tẽporis intelli
guntur, ſed per ſe inquantũ in
diuiſibilia. Secundo probatur,
quia in iſtis eſt aliquid indiui-
ſibile, licet non ſeparabile.

Punctum, & omnis diuiſio, 3.
& ſic indiuiſibile monſtratur
ſicut priuatio. Declaratur â ſi-
mili ratione in alijs, malo, ni-
grò, &c. & extenditur, quia
contrario hæc quodammodo
cognoſcuntur.

Si alicui intellectui non in 4.
eſt cõtrarium, ipſe cognoſcit
ſeipſum & actu eſt, & ſepara-
bile. Probatur qa oportet po-
tentia eſſe cognoſcens, & eſſe
in ipſo, ſi cognoſcit contrariũ
contrario.

Omnis dictio aliquid de ali 5.
quo, ſicut affirmatur eſt vera
aut falſa: intellectus autẽ non
omnis, ſed qui eſt ipſius quod
quid eſt ſecundum hoc, quòd
aliquid erat eſſe, verus eſt, ſi-
cut videre proprij verum eſt.

Sic ſe habent quæcunque 6.
ſine materia ſunt, probatur,
quia idem eſt ſecundum actũ
ſcientia rei Quæ verò ſecun-





dum potẽtiam prior eſt in eo
dem: omnino autem neq; tem
pore, quod probatut, quia oĩa
quæ fiunt ex actu ente fiunt:

Series autem hæc eſt.

TRactaturus de ope
rationibus intel-
lectus. Primo di-
ſtinguit eas. Secũ
do tractat de prima quatuor
primis concluſionibus, qua-
rum tres diſtinguuntur ſecun
dum triplex indiuiſibile obie
ctũ intellectui poſsibili. quar-
ta autem quomodo ad huiuſ-
modi obiectũ ſe habeat intel-
lectus agens oſtendit. Tertio
ponitur differentia inter vtran
que operationem intellectus
poſsibilis quinta concluſione
quo ad verum & falſum. Quar
to quomodo in ſe habeat in-
tellectus agens huiuſmodi ope
rationem oſtendit ſexta con-
cluſione, & ſic de vtroq; ope
re in vtroque intellectu tracta
tum eſse vult.

Circa diſtinctionẽ operum
intellectus aduerte quatuor.
Primum eſt, quòd vtranq; ope
rationem philoſophus diſtin-
guit ex obiecto proprio, incõ
plexo, ſcilicet & cõplexo, quo
niam in hoc conſiſtit eſſentia
lis earum differentia, ita quôd
incomplexum vt ſic primam
ſibi operationem vendicat, &
econuerſo: complexum autẽ
vt ſic ſecundam, & econuerſo.
Dico autẽ vt ſic, quoniam con
tingit incõplexum cõplexe, &
cõplexum incõplexe intelli-
gi. Impoſsibile eſt autem incõ
plexum per modũ incõplexi
niſi prima operatione, & ſimi-
liter cõplexum per modũ com
plexi niſi ſecunda operatiõe,
intelligi, &c. Intelligitur autẽ
aliquid per modum incomple
xi: quum ſolo intuitu inſpici
tur, aut ſimplici interiori pro-
latione exprimitur, vt homo:
per modũ vero cõplexi quum
enũciatione interiori dicitur,
vt homo eſt homo. Quia igitur
intellectus ſimplicifsimũ po-
teſt cõponendo intelligere, &
cõpoſitiſsimũ poteſt indiuiſi-
biliter intelligere, ac per hoc
nulla videretur ex obiectis dif
ferẽtia emanare. Nec error hic
te falleret in obiectis, & ab ob
iectis diſtinctionem ſignifica
uit, quaſi hæc p ſe, cætera per
accidens ſint. ¶ Secundũ eſt,
ꝙ primæ operationis obiectũ
Ariſt. nõ ex negatione veri &
falſi, ſed ex negatione falſi no
tificauit, nõ quin in eo ſit nega
tio etiam veri, ſed quia æquiuo
cationẽ veri, quam in. 5. con-
cluſione tãget, ac declarabit vi
tare voluit, quanuis etiã ſubin
tellectum dici poſsit verum in
falſi nomine.

Tertiũ eſt, quòd diuiſio nõ
diſtinguitur contra cõpoſitio
nem, quaſi cõpoſitio in intelle

ctu ſit adunatio duorum conceptuum, & diuiſio ſit diſgregatio eorundē. Sicut in rerū natura cōpoſitio eſſet cōiunctio capitis cū corpore, & diuiſio ſeparatio eorundē abinuicem: hoc enim ꝓcul eſt à veritate. Sed tam diuiſio quam cōpoſitio eſt compoſitio intellectualis. ita ꝙ compoſitio eſt quaſi æquiuocū, quoniā quandoq; ſupponit pro ipſo ſecūdo opere intellectus, & ſic in litera dicitur, ꝙ in quibus eſt verum & falſum cōpoſitio quædā intellectuum eſt, ſicut Empedocles dixit, &c. & ſic nō diſtinguitur cōtra diuiſionē, ſed cōparatur ad ipſam vt totum ad partē, quoniā diuiſio quædā ſecunda operatio intellect⁹ eſt, quandoq; vero ſupponit pro ſecunda operatiōe intellectus affirmatiua, & ſic diſtinguitur cōtra diuiſionē, quę ſignificat ſecundā operationē intellect⁹ negatiuā, & patet ratio nominū, quia affirmatio repræſentat coniunctionē, negatio ſeparationē, & quoniā quicquid contingit affirmare, contingit etiā negare. ideo æquatur in litera diuiſio cōpoſitioni & ecōuerſo ¶ Quartum eſt, ꝙ hinc habes, quod ſublato intellectu cōponente & diuidente nulla remanet vnitas compoſitionis, aut diuiſionis, & conſequenter nulla contradictio, quæ ſine his non eſt intelligibilis. Vnū inquit litera faciens vnūquodq; eſt intellectus ſine dubio componens. quoniam ſimplici intelligentia: quum vnū vt ſic reſpiciat, ex quibus vnū faciat non habet.

Text. 23. Circa primam cōcluſionem aduerte, ꝙ littera obſcura eſt, & videtur, quòd lōgitudine trifariā vtatur, primo vt eſt quid indiuiſum actu, ſecundo vt eſt diuiſibilis per partem poſt partem, tertio vt eſt quid conſurgens ex partibus. ita quòd prima cōſideratio eſt continui, vt eſt diuiſibile: non tamen diuiſum, ſecunda vt eſt diuiſum, tertia vt partes eius copulantur ad vnum terminum cōmunem, & vult ꝙ tempus conſiderationis reſpondeat longitudini proportionaliter, ſic quôd primæ cōſiderationis mēſura eſt indiuiſa, ſecūdæ diuiſa, tertiæ quoque indiuiſa. Et tota hæc ſolicitudo videtur contra Platonis verba in primo libr. allata in tex. com. 47.

Text. 24. Circa ſecundā concluſionē aduerte, quód quia in primo libro, tex. 48. contra Platonem diſputatū eſt, quòd intellectus non eſt partibilis, & illatū pro inconuenienti quomodo partibile impartibili, aut econuerſo intelligetur. nunc tractans de quiditate ſenſibilium, quæ eſt quodammodo partibilis, & quodammodo impartibilis, quoniā ſecundū ſpeciē eſt





impartibilis: ſecundū ſubiectū vero eſt partibilis, vt patet de natura bouis indiuiſibili formaliter, & tamen partibili in plures partes materię ſecundū ſpeciem, vt carnes, oſſa & neruos, &c. determinat ꝙ huiuſmodi indiuiſibilę anima intelligit, non ſolum tempore indiuiſibili, ſed etiam indiuiſibili animæ potentia, & quôd quatenus diuiſibilia indiuiſibilitatem ſapiunt intelliguntur, &c.

## V. Vnum oppoſitorum intelligatur per aliud.

Text. 25. ¶ Circa quartam concluſionē aduerte, ꝙ textus iſte lapſus eſt ſapientum ſequentiū Ariſtotelē niſi caute intelligatur. Ad cuius euidentiam ſcito, ꝙ priuatio ſiue contrarium poteſt cognoſci per ſuū oppoſitum dupliciter. Primo tanquā per proprium cognitū, & hoc contingit dupliciter negatiue, ſicut viſus per non immutari à lumine cognoſcit tenebras, & poſitiue, ſicut ex præcognita ratione omnis diuiſibilitatis quantitatiuæ cognoſcimus punctū, quod caret omni quantitatiua diuiſibilitate. Longe autem altero modo cognoſci dicitur priuatio per ſuum oppoſitum: quū neutrum eſt proprium cognitum illius intellectus, ſed aliquid aliud, in quo alterum oppoſitorum eminentius inſpicitur, ſicut ſiquis inſpiceret albedinē tanquā proprium cognitum in ea, inſpiceret colorem & qualitatem, & eorum negationes, & ſi perfecte albedinem ſecundum totā latitudinem ſuā inſpiceret inſpiciendo ſingulos participationis ſuæ modos, in quo quiſque ab alio deficeret, & quantum videret, qui enim videt albedinem participabilē vt ſex, vt quinque, vt quatuor, vt tria &c. videt proculdubio, in quo & quantum participatio vna deficit ab alia.

His prælibatis ſcito, quòd Ariſt. nolens abuti vocabulis, cognoſci per oppoſitum appellat tantum cognitionē per oppoſitum tanquam per propriū cognitum, & vere optime loquitur. Et propterea dicit ꝙ intellectum cognoſcentē vnū oppoſitorum per aliud oportet eſſe in potentia, & oportet alterum oppoſitorum eſſe in ipſo. Oportet quidem eſſe in potentia, alioquin alterum oppoſitorū nō poſſet eſſe ei proprium cognitum. i. perficere ipſum per propriam ſpeciem, vt cognitum perficit cognoſcentem. ſi enim intellectus nō eſſet in potentia, nunquā poſſet perfici per alterum oppoſitorum, ſed perficeretur per intelligibile altius vtroque oppoſitorum. ſ. per ſeipſum. Vnde declarans autor qualiter oportet intellectum eſse in po-

tentia, ſubdit, & eſſe in ipſo, quaſi diceret, quòd non ſufficit eſſe in potentia, quoniam omnis intellectus excepto primo qui ſolus eſt actus purus, eſt in potentia aliquo modo, ſed oportet ſic eſſe in potētia, quòd alterum oppoſitorum ſit in ipſo, propter quod ſi alicui intellectui nō ineſt alterū contrariorum, ipſe eſt actu per ſe ipſum, & ſic ſeipſum intelligit, & quicquid intelligit: intelligit inſpiciendo in ſeipſo, huiuſmodi autem intellectus omnino ſeparatus eſt.

Et per hæc verba potes cōprehendere, ꝗ non negatur intellectus ſeparatus cognoſcere priuationes, ſed negatur cognoſcere ea per ſua oppoſita tanquam per propria cognita, cum quo tamen ſtat, ꝗ cognoſcat eaſdem per ſua oppoſita relucentia in proprio cognito vniuſcuiuſque, ſ. ſubſtātia ſua, quod eſt cognoſcere per ſeipſum: hic enim cognitionis modus non ducit intellectum extra ſe, quoniam in ſeipſo tantum ſtat, tanquam in proprio perfectiuo vt cognito.

Et dixit totum hoc, vt doceret qualiter ſe habet intellectꝰ agēs ad huiuſmodi obiectū. ſ. indiuiſibile. Intendit. n. ꝗ ipſe nihil extra ſe intelligit, ſed quicꝗd intelligit: intelligit per ſeipſum, quoniā per ſeipſum, & nō per aliqd aliud eſt actu. Et hæc intelligas cōparādo intellectū agens ad hæc noſtra: ſi enim referatur ad ſubſtātias ſuperiores tacetur hic.

Tu autē qui putas intellectū agentem non eſſe ſubſtantiam ſeparatam, ſed cum veritate tenes ipſum eſſe poteſtatem naturalem noſtræ animæ. Ex his dictis contemplare intellectus alios ſeparatos, quòd ſic ſe habent, &c. & hunc canonem in ſequentibus ſimilibus obſeruato, &c.

## V. Veritas in ſola compoſitione & diuiſione reperiatur.

¶ Circa quintam concluſionē aduerte, quòd hic expreſſe habes verum quaſi æquiuoce in eodem cōtextu ſumptum. Declaratum tamē, ne occaſio eſſet erroris. Scito igitur quòd verum in intellectu inuenitur vno modo vt cognitum. ita ꝗ ipſum cognitum eſt in ſe verum, & ſic inuenitur tantum in intellectu componente & diuidente, quoniā de rōne veri. vt patet. 4. metaphyſi. tex. 27: cōpoſitio eſt, quoniam eſt, aut ens eſſe, aut nō ens non eſſe, & idē eſt de falſo iudicium. Alio modo eſt in intellectu, quaſi vt in quadā re, & ſic eſt etiā in intellectu quod quid eſt, quādo intellectus apprehendit quod quid eſt circuli, figurā planā, à cuius centro ad circūferentiā Text. 26.

omnes



omnes lineæ ſunt æquales. Et quoniam veri nomē ſignificat obiectum intellectus. ideo inter hos duos modos eſt hæc differentia, quòd iuxta primū modum dicitur, & quòd intellectus eſt verus, & quòd verū eſt in intellectu, iuxta ſecundum autē ſolum dicimus, quòd intellectus eſt verus. Littera ergo ad inſinuandam hanc differentiam inquit quôd omnis dictio vt affirmatio. i. ſecunda operatio enunciatiua eſt vera vel falſa. ita quòd in ſe habet verum vel falſum dictum ab intellectu: intellectus autē quod quid eſt vt ſic eſt verus, non illo modo, quo verum conſiſtit in enuntiando aliquid de aliquo, ſed illo modo, quo ſenſus proprij eſt verus. i. non vt cognoſcens & dicens verum, ſed tāquam res informata vera forma. Et dixit vt ſic, quia intellectus quod quid eſt in quantū admixtam habet cōpoſitionem partiū diffinientium & applicationē diffinitionis ad diffinitum eſt falſus. vt patet in 5. metaph. & recedit à ſeipſo ſecundo ſe operi immiſcens.

Circa ſextam concluſionē aduerte, ꝗ intelligentiæ quas angelos dicimus, vt hinc habes, non intelligunt componendo & diuidendo, ſed quicquid intelligunt: intelligunt intuendo quod quid eſt, ita quòd intelligentia mouens orbem Iouis intelligit ſeipſam mouere non formando hanc mentalem enunciationem. ego moueo cælum, ſed intuendo ſeipſam intuetur in ſe omnia ſibi conuenientia, puta quòd eſt intelligens, quòd amans, ꝗ mouens, &c. Et ſic vbi nos diſtinguimus prædicata ſubſtantialia & accidentalia & componimus ſubiecto, ipſe intuendo ſubiectum ſimul intuentur quæcunque ſibi conueniunt. Et propterea intelligentiæ appellatę ſunt, quaſi intus legentes, & nihil extra vagātes: nos autem hoc quaſi nihil participamus: vix enim terminos ſic apprehendimus. Videmus tamen homines excellentis ingenij in vno apprehenſo multa quaſi ſimul inſpicere alijs occulta tanquam magis propinqui ſubſtantijs ſeparatis, quia ergo intellectus poſsibilis duplicem dictus eſt habere operationem, & de operatione agentis intellectus agendū quoq; erat. Dixit extenſo ſermone ad omnes ſeparatos intellectus, quòd ſic, ſcilicet, intelligendo quod quid eſt, ſe habent quæcunque ſunt ſine materia, ac per hoc indigna eſt eis compoſitio & diuiſio, & vere ſic eſt vt nunc nunc patebit.

Circa probationē prædictę cōcluſionis aduerte ꝗ cōſiſtit Text. 27. in hoc. In his in quibus ſcien-

 tia

tia eſt eadem rei, non poteſt eſ
ſe cōpoſitio & diuiſio, ſed eſt
ſimplex intelligentia per ſeip-
ſum, alioquin ſcientia nō eſſet
idē quod res. In ſeparatis au-
tem à materia ſcientia eſt eadē
rei: probatur, quia eorū ſcien
tia eſt ſecūdum actum non ſe-
cundum potentiam, quod pro
batur, quia ſcientia in actu eſt
prior ſimpliciter ſciētia in po
tentia, quanuis non in hoc, qa
ſicut in eſſendo ens in actu eſt
prius ente in potentia, quia
ens in potentia non reducitur
in actum niſi per aliquod ens
actu. Ita in ſciendo ſciens in
actu eſt prior ſciente in potē-
tia, quia ſciens in potentia nō
reducitur ad actum, niſi per
ſcientē in actu, & hoc vltimū
ſatis patet. Principium vero
huius ratiōis fundatur in hoc,
quòd compoſitio & diuiſio ſe
quitur potentia, niſi enim in-
tellectus apprehenſo triāgulo
eſſet in potentia ad cognoſcē-
dum, quod habet tres angulos
æquales duobus rectis, nō eſ-
ſet compoſitiuus huius enun-
ciationis, ſed ſimplici intuitu,
quo intuetur triangulū: intui-
tus fuiſſet in eo hanc proprie
tatem, & ſic de alijs. Quia ergo
ex natura potentiæ naſcitur
compoſitio & diuiſio, & ſim-
plex intelligētia ex natura a-
ctus. Ideo Ariſtote. ex natura
ſcientiæ in actu, qualis eſt in
ſeparatis à materia, probauit
in eis non habere locum, niſi
primam operationem intelle-
ctus. Quanuis etiam probatio
poſsit aliter introduci, vt ſit
oſtenſio perfectionis illius o-
peris in ſeparatis à materia:
Quia enim apud nos prima o-
peratione intellectus tantum-
modo res cognitę valde imper
fectę ſciuntur, ne putares ſub
ſtantias ſeparatas pro eo quòd
ſemper ſic ſe habent imperfe-
ctam habere rerum notitiam,
ſubdit ꝙ ſcientia earum, quia
eſt in actu, eſt eadem rei, ac per
hoc ſummā obtinet perfectio
nem, quanto enim intellectus
magis diſtinguitur à rę, tanto
imperfectior, & quanto magis
idem, tanto perfectior: adeo
vt in ſolo primo ſit omnibus
modis idem intellectum & in-
tellectus, &c.

## DE ASSIMILATIO ne potentiæ ſenſitiuę ad intellectiuam.

### ¶ Capitulum: IIII.

VIdetur autē ſen- Cō: 28
ſibile ex potētia
exiſtente ſenſiti
uo actu agēs, nō
enim patitur neque altera-
tur. vnde alia hæc ſpecies
motus: motus enim imper
fecti actus. Simpliciter aūt
actus



actus aliter eſt qui perfecti.
Sentire quidem igitur ſimi
le eſt ipſi dicere ſolum &
intelligere. Cum autem de
lectabile, aut triſte, aut affir
mans, aut negans, perſequi-
tur, aut fugit. ¶ Et eſt dele-
Cō. 29 ctari & triſtari agere ſenſi-
tiua medietate ad bonum,
aut malum inquantum ta-
lia, & fuga, aut & appetitus
hæc, quæ ſecundum actū,
& nō alterum appetitiuū
& fugitiuum, neque abin-
uicem, neq; à ſenſitiuo, ſed
Cō. 30 eſſe alterum eſt. ¶ Intelle-
ctiuę autem animæ phan-
taſmata ſenſibilia ſunt, cū
autem bonum, aut malum
affirmat, aut negat, & fugit
aut proſequitur, propter
quod nequaquam ſine fan
taſmate intelligit anima.
Cō. 31 ¶ Sicut enim aer pupillam
huiuſmodi facit, ipſa autē
alterum, & auditus ſimili-
ter, ſed vltimum vnum &
vna medietas, eſſe autem
ipſi plura, quo autem diſ-
cernit, quo differt dulce &
calidum, dictum eſt quidē
& prius: dicendum autem
& nunc, eſt enim aliquid
vnum, ſic autem & termi-
nus. ¶ Et hoc in proportio Cō. 32
nali, aut numero ens vnum
habet ſe ad vtrunque, ſicut
illa adinuicem, quo enim
differt non homogenea iu
dicare, aut contraria, vt al-
bum & nigrum. Si igitur
ſicut. a. album ad. b. nigrū,
g. ad. d. ſicut illa adinuicē:
quare & permutatim. Si-
cut igitur. g. d. vni ſint exi
ſtentia, ſic habebunt ſicut
&. a. b. idem quidem, eſſe
autem non idem & illud ſi
militer. Eadē autem ratio
eſt, & ſi. a. quidem dulce ſit
&. b. vero albū. ¶ Species
quidē igitur intellectus in Cō. 33
phantaſmatibus intelligit,
& ſicut in illis determina-
tum eſt, ipſi imitabile & fu
giendum & extra ſenſum,
cum in phātaſmatibus fue
rit, mouetur vt ſētiens qđ
fugibile eſt, quia ignis com
muni cognoſcit videns
quod mouetur, quoniā im
pugnans eſt, aliquando au-
tem quæ ſunt in anima fan
taſmatibus, aut intellecti-
bus, & tanquam videns ra
tiocinatur, & deliberat fu-
tura ad præſencia. ¶ Et cū Cō. 34
dixerit vt ibi letum, aut tri
ſte

ſte hic, fugit, aut imitatur.
Et omnino in actione, &
quod ſine actione eſt, ve-
rum & falſum in eodem
genere eſt cum bono &
malo. Sed in eo quod ſim-
pliciter differt & à quo-
dam.
¶ Abſtractione autem di-
Cõ.35 cta intelligit, ſicut ſimum
non ſeparate. In quantum
autem curuum ſi aliquod
intellexit actu, ſine carne
intellexit, in qua curuum,
ſicut mathematica.
Cõ.36 ¶ Non ſeparata tanquam
ſi ſeparata ſint intelligit,
cum intelligat illud. Om-
nino autem intellectus, qui
ſecundum actum res eſt in
telligens. Vtrum autem cõ
tingit aliquod ſeparatorũ
intelligere ipſum exiſten-
tem non ſeparatum à mag
nitudine: aut non, conſi-
derandum poſterius.

¶ Summa huius capi
tuli hæc eſt.

1. Con cluſio. Sentire ſimile eſt
ipſi dicere & ſo-
lum intelligere.
Quum autem de-
lectabile, aut triſte quaſi affir-
mans, aut negans perſequitur,
aut fugit. Probatur prima pars
quia ſenſibile videtur actu a-
gens ex potẽtia exiſtente ſen-
ſitiuo. Probatur, quia non
patitur neque alteratur, decla-
ratur, quia alia eſt hæc motus
ſpecies: motus enim eſt actus
imperfecti: actus autem perfe-
cti eſt ſimpliciter alter. Dein-
de declaratur ſecunda pars:
primo quo ad ly delectabile,
aut triſte, quòd delectari aut
triſtari eſt agere ſenſitiua me-
dietate ad bonum & malum in
quantum huiuſmodi. Secun-
do quo ad ly perſequitur, aut
fugit, quòd fuga & appetitus
hæc quæ ſecũdum actum. Ter
tio quo ad prędictarum poten
tiarum habitudinẽ, quôd appe
titiuum & fugitiuum, neque
ab inuicem, neque à ſenſitiuo
diſtant, ſed eſſe alterum eſt.

Intellectiuæ animæ phantaſ
2. Con cluſio. mata vt ſenſibilia ſunt. Quum
autem bonum, aut malum af-
firmat, aut negat, fugit vel per
ſequitur, & propterea ſine phã
taſmate nequaquam intelligit
anima. Declaratur prima pars,
quia ſicut ſenſibilia per viſum
& auditum tandem veniunt ad
iudicans vnum vltimum, & v-
nam medietatem; plura autem
ſecundum eſſe, ita phantaſma
ta ſe habent ad intellectum in
proportionali, aut numero,
quod declaratur in terminis,
ſicut. A. album ad. B. nigrum,
&c.



& cæt. Secũdo declaratur ea-
dem pars inductiue, & primo
in naturalibus, quia ſpecies in
tellectus intelligit in phantaſ-
matibus. Secundo quo ad pra-
ctica, quia ſicut in illis deter-
minatum eſt imitabile & fu-
giendum, quod probatur, quia
extra ſenſum quum in phan-
taſmatibus fuerit mouetur, &
tanquam videns ratiocinatur,
& deliberat futura ad præſen
tia, & cæt. Tertio quo ad ſpe
culabilia, quia verum & fal-
ſum, & in actione & ſine a-
ctione in eodem genere eſt cũ
bono, differt ſicut ſimpliciter
à quodam. Quarto quo ad
mathematica, quia abſtractio-
ne dicta intelligit ſicut ſimum.
Et hæc omnia probantur, quia
intellectus qui ſecundum a-
ctum eſt res intellecta. Quo
ad ſeparata verò à mate-
ria poſterę perſcru-
tationi relin-
quitur.

Series autem hæc eſt.

Aſſimilare intẽ
dens intelle-
ctum ſenſui,
prima conclu
ſione ipſas o-
perationes in
tellectus ſenſus operibus: ſe-
cunda autem iudicium iudi-
cio; & obiectum obiecto aſsi-
milat.

Circa differentiam illam in
prima cõcluſione aſſumptam,
ſcilicet, quòd motus eſt actus
imperfecti, &c. aduerte duo.
Primum eſt, quòd hoc dixit
Ariſtoteles contra Platonem
in primo recitatum. 45. & an-
tiquos ante dicentes animam
moueri, & cæt. Secundum eſt
quôd hęc differentia habet du
plicem ſenſum. Primus eſt ꝙ
differentia inter motum & ſen
tire conſiſtit in hoc, quòd ſub
iectum motus eſt ſecundum ſe
quid imperfectum: ſubiectum
vero ſenſationis eſt quid per-
fectum, & hic ſenſus prima fa-
cie videtur accipi, non tamen
eſt omnino verus, nec inten-
tus, quoniam vtriuſque ſubie
ctum eſt ſecundum ſe in po-
tentia. Secũdus ergo eſt, quòd
conſtitutum per motum eſt im
perfectum: conſtitutum verò
per ſentire eſt perfectum: ità
quòd motus eſt actus conſtitu
tiuus imperfecti: ſentire vero
& intelligere eſt actus conſti-
tutiuus perfecti, & propterea
actus iſti ſunt ſimpliciter diuer
ſi. Quod ſi hæc non intelligis,
intuere ꝙ omnis motus conſti
tuit aliquid potẽtiale, quia cõ-
ſtituit aliquid actualiter ten-
dens ad perfectionem. Quod
enim calefit augetur, transfer-
tur vt ſic, motu conſtituitur,
& quãdiu calefit ad calorẽ ten
dit, & ſic de alijs. Qui autem
actualiter videt, iam perfectus
eſt,

eſt, ad nihil enim aliud per hoc tendit. Merito ergo arguẽdi ſunt qui tam ęquiuoce motu vtentes naturam animæ obſcuram reddunt.

Circa intentionem pręſentis capituli memento, ꝙ Ariſtoteles in principio huius textu. 2. aſsumpſit pro fundamento totius doctrinæ de parte intellectiuę hãc propoſitionem, intelligere eſt ſicut ſentire, & reuera ſi hoc ſubtraheretur fundamentum, tota rueret moles ſuperædificata, vt patet diligenter perlegẽti. Hanc autem propoſitionem aſsumpſit pro antecedente vnius conditionalis, & nunquam eam probauit, ſed illa ſuppoſita ad vlteriora proceſsit. Nunc igitur completa tota deductione ad probandum antecedens intendit, vt proceſſus perfectus ſit, & quoniam antecedens illud nihil aliud continet niſi proportionalem ſimilitudinem inter ſentire & intelligere. Et hæc ſimilitudo non ſuppoſita natura intellectus ratione probari non poteſt, ideo hoc totũ capitulum pura ferè narratio eſt, quaſi ſuppoſitionum iſtius artis, & vt in textu patet, ponitur hic ſimilitudo inter ſentire & intelligere. Primo quo ad primam operationem intellectus: deinde quoad ſecũdam. Ita quòd ſicut in ſenſu experimur duo. ſ. ſentire, & delectari ſecundũ ſenſum: primò qđ eſt purũ ſentire, ſimilis eſt prima operatio intellectus, & hoc inſinuat littera, ſentire ſimile eſt dicere, & intelligere ſolũ: ſecundo vero quòd acceptationem, aut refutationem ſenſibilis cõtinet ſecunda operatio intellectus, qua componit vel diuidit, ſimilis eſt, & ad hoc inducunt verba ſubiuncta. Inſeritur quoque ſimilitudo in effectibus, ſcilicet, in fuga & proſequutione vtrobique conſequente. Præponitur autẽ his ſimilitudo in modo, ꝙ. ſ. neutrum eſt alteratio aũt motus, & quòd vtrunque fit eductione de potentia ad actum, quod nõ auſus eſt explicare auctor, ꝗa ſupponeret quod Plato negabat: inſinuat tamen vt veram ſecundũ ea, quæ apparẽt. Deinceps iudicio ſenſus communis iudicium intellectus in diſcernendo comparat, & phantaſmata ſenſibilibus: adeoque eis intellectum deuinxit per ſingula, vt præter intelligẽtias quas ſub dubio reliquit, intellectũ videre neget, niſi in phãtaſmatibꝰ, ſicut ſenſus niſi ſenſibilia. Quia autem ipſe nihil Text. 20.
probat, & alibi de hoc ſcriptũ diffuſe eſt, trãſeundum puto. Ex hoc tamen textu innuitur, quòd ipſe putet intellectũ poſſibilem, vt diximus. Si.n. eſſet omnino apud ipſum immaterialis, vt eſt ſecundum veritatem,

tem,



tem, nõ fuiſſet ſolicitus de modo iudicij diſcretiui, quòd ſit in eo ſicut in ſenſu cõi, quod tamen fecit: hæc.n. ad materiales vires ſpectare videntur.

Circa calcem litteræ aduerte duo. Primo quòd Ariſtoteles loquens de intellectu poſſibili addidit non ſeparatum à magnitudine, aut ad differentiam intellectus agẽtis, qui eſt ſeparatus, aut ad expreſsionẽ rationis difficultantis. Ratio enim difficultantis in hac quæſtione eſt concretio intellectus cum corpore: hæc enim eſt quæ vetare videtur aſpectum ſeparatorum. Secundo quòd quia non eſt ſermo hic de quacunque intellectione. Cõſtat. n. quòd aliqualiter cognoſcimus ſeparata à materia: alioquin neſciremus ipſa eſſe, ſed intellection e quiditatiua. ideo ſub ambiguo quęſtio relicita eſt, & hæc quæſtio diſcuſſa eſt à nobis in commentarijs de ente & eſſentia contra Auerroym, & in ſecũdo ac 9. metaphyſicæ ab Ariſt. tractatur vtcunque. Idcirco non eſt nunc contra Auempace, & alios immorandum, vt conformemur litteræ.

## QVOMODO ANIMA quodammodo ſit omnia.

¶ Capitulum. V.

NVnc autem de anima dicta recapitulantes dicamus iterum, quod omnia ea quæ ſunt quodammodo eſt anima, aut enim ſenſibilia quæ ſunt, aut intelligibilia. eſt autem ſcientia quidem ſcibilia quodãmodo, ſenſus autem ſenſibilia. Cõ. 37
¶ Qualiter autẽ hæc ſunt oportet inquirere. Secatur enim ſcientia & ſenſus in res, quæ quidem potentia eſt in ea quæ ſunt potentia, quæ vero actu in ea quæ ſunt actu. animæ autẽ ſenſitiuũ, & quod ſcire poteſt: potẽtia hæc ſunt. hoc quidẽ ſcibile. illud vero ſenſibile. Neceſſe eſt autẽ, aut ipſa, aut ſpecies eſse. Ipſa quidem igitur nõ ſunt. nõ enim lapis in anima eſt, ſed ſpecies, quare anima, ſicut manus eſt, manus enim organum organorum, & intellectus ſpecies ſpecierũ, & ſenſus ſpecies ſenſibiliũ. Cõ. 38
¶ Quoniam autem neque res vlla eſt præter magnitudines ſicut videntur, ſenſibilia ſeparata in ſe ſenſibilibus in C[illegible]

ſunt, & quæ abſtractione dicuntur, & quæcũque ſenſibilium habitus & paſsiones, & ob hoc neq; nõ ſentiens nihil, nihil vtique addiſcet neque intelliget. Sed cum ſpeculetur neceſſe ſimul phãtaſma aliquod ſpeculari. phantaſmata autem ſicut ſenſibilia ſunt, præter quod ſunt ſine materia. Eſt autem phantaſia alterum à dictione & negatione: complexio enim intellectuum eſt verum aut falſum. Primi autem intellectus quidẽ differunt vt non phantaſmata ſint, aut neq; alij phãtaſmata, ſed non ſine phantaſmatibus.

¶ Summa huius capituli hæc eſt.

1. Conclusio. ANIMA eſt quodãmodo omnia quæ ſunt. Probatur, quia omnia, aut ſunt ſenſibilia, aut intelligibilia. ſcientia autem eſt quodammodo ſcibilia, ſenſus ſenſibilia. ... eſt omnia, non quod ipſa ſint in anima, ſed ſpecies eorum. Probatur, quia quum ſecetur, tã ſcientia, quam ſenſus in res proportionaliter, ſcilicet, quæ potentia in ea quæ potẽtia, & quæ actu in ea quę actu, & ſenſitiuum & ſcitiuum ſint potentia ſenſibile & ſcibile. neceſſe eſt in ſenſu & ſcientia in actu, aut ipſa, aut ſpecies eorum eſſe, ſed lapis non eſt in anima, ergo ſpecies.

Corol. Anima eſt ſicut manus. Declaratur, hæc organum organorum, illa per intellectum ſpecies ſpecierum, & per ſenſum ſpecies ſenſibilium.

¶ Tertia concluſio.

Quæ abſtractione dicuntur, & quæcunque ſenſibilium habitus & paſsiones intelligibilia ſunt in ſpeciebus ſenſibilibus. Probatur, quia nulla res eſt præter magnitudines.

¶ Quarta concluſio.

Non ſentiens nihil addiscit neque intelliget. Sed quum ſpeculatur, neceſſe eſt phantaſma aliquod ſpeculari. Probatur ex præcedenti concluſione, & declaratur quid intendit per phantaſma vel eorum officium, quod phantaſmata ſunt, ſicut ſenſibilia, præter quod ſunt ſine materia.

¶ Quinta concluſio.

¶ Phantaſia eſt alterum à dictione & negatione. Probatur, quia complexio intellectuum eſt verũ, aut falſum.

Sexta concluſio.

¶ Primi intellectus non ſunt phantaſmata, ſed ſunt non ſine phantaſmatibus.

¶ Series autem hæc eſt.

RE capitulans de anima ad antiquos recitatos in primo libro redit, docens animam eſſe omnia quodammodo prima concluſione, & modum ſubdẽs. 2. concluſione & corrolario. Deinde alligationem intellectus cum ſenſu tertia & quarta cõcluſione ponit. Demum diuerſitatem & ſecundæ & primæ operationis intellectus à phãtaſia, vltimis concluſionibus apponit, &c.

Circa primam & ſecundam concluſiones aduerte, quòd hinc aperte habes, quod inferre conor mentibus phyloſophantium, ſcilicet, quòd intelligere & ſentire nihil aliud eſt quam quoddam eſse. Vt enim alias diximus, duo ſunt ordines rerum, quædam nanq; res ſunt, quibus ſufficit, quòd ipſe ſint ipſe. quædam vero ſunt, quibus non ſat eſt quòd ſint ipſe, ſed ſic ſunt ipſe, vt velint eſse alia. In primo ordine ſunt quæcunque agnitione carent. In ſecundo vero ſunt cum latitudine maxima omnia cognoſcitiua. Et propterea in littera de anima ſenſitiua & intellectiua dicitur, quòd eſt quodammodo omnia, quia ſenſus eſt ſenſibilia, & intellectus intelligibilia. Et vt plenius hoc perciperes ſubditur modus, dum dicitur quòd ſcientia & ſenſus ſecatur in res. Vbi inſinuat quòd res ſunt quaſi differentiæ determinatiuæ intellectus & ſenſus, dum in eas ſecari dicitur, niſi enim eſsent res, non ſecaretur in Text. 37.

in eas, quia nihil ſecatur in id, quod non eſt. Sed quia intellectus in potentia eſt res in potẽtia, & intellectus in actu eſt res in actu. ideo vterque ſecatur in res proportionabiliter, & ſimiliter eſt ſenſus. Quia igitur vnumquodq; cognoſcitiuum oportet eſſe non ſolũ ipſum, ſed cognitũ, propter qđ cõmunis animi cõceptio eſt, quòd cognitio ſit aſsimilatiõe cognoſcentis ad cognitum, & cognoſcens eſſe cognitũ contingit multipliciter. Ideo inter cognoſcitiua datur latitudo magna, & prima quidem inter intellectiuum & ſenſitiuũ: inter quæ differentia attenditur ſecundum immaterialitatẽ omnimodam & nõ omnimodam: omne enim cognoſcens eſt immateriale, cuius ſignũ eſt, quia plantæ non cognoſcunt: quũ non ſuſcipiant ſine materia: vt dictum eſt in ſecũdo, tex. 124. Inter ipſos autem intellectus latitudo tanta eſt, vt ſupremus ita ſit ipſe, ꝙ ſit omnia eminentiſsime ſecundum ſeipſum in actu puriſsimo. Infimus vero qui eſt noſter, ſit omnia in pura potentia: fiatq; omnia ſigillatim ſecundum ſingulas rerũ ſpecies. Medij autem intellectus medio modo ſe habent, ſunt enim ex ſe in actu quodã modo omnia, ſed magis & minus diminute & eminenter ſecundum ſuos gradus. Conueniunt ergo omnia cognoſcitiua in hoc quòd ſunt etiam alia, quia ſunt immaterialia, & qa materia arctatiua eſt formæ ſecundum ſe communis indifferentis & prædicabilis rationẽ fundatis, conſequens eſt vt immaterialitas amplitudinẽ quandam largiatur formæ: ita quòd forma quanto ſecundum naturam ſuam immaterialior eſt: tãto amplioris capacitatis extenſioniſq; ſit, ac per hoc nõ contenta ſeipſa, alia ſit. Et quoniã non poteſt eſſe alia ſecundum eſſe naturale, reſtat vt ſit alia ſecundum ſpecies. Et ob id anima eſt quodammodo omnia ſecundum ſe quidem in potentia: ſecundum ſpecies vero in habitu: ſecundum intelligere vero & ſentire in actu cõpleto ¶ Et ſic incipies nouitiæ eleuare mentem in altiorẽ rerum ordinem, & ſuſpicari quomodo intellectus procedens de potentia ad actum non niſi ad perfectionem ſui eſſe procedit, & quomodo intelligere nihil aliud eſt quam eius eſſe, & ſpecies formã, ſecundum quam eſt illud eſſe.

## V. Intellectus ſine phãtaſmate poſsit intelligere.

¶ Circa tertiam & quartam cõ Text. 39.
cluſiones ſimul diligenter aduerte, quòd quum pluries ab Ariſtotele dicatur, quòd ſine phãtaſmate nihil intelligimus, Nullibi tamen inuenio rationem redditam niſi hoc in loco, vbi ex parte obiecti elidẽdo ſimul poſitionem Platonis in in phedone de ſcientia animæ rationem reddit ex hoc, ſcilicet, quòd nulla res eſt præter magnitudines. ¶ Ad cuius euidentiam ſcito, quòd hi duo excellentes philoſophi eiuſdem rationis eſſe putantes obiectũ intellectus, & eſſe ſeparatum à ſenſibilibus ſecundum rem, & eſſe ſeparatum à phantaſmatibus ſecundum intelligi, eo ꝙ phantaſmata vt ſenſibilia ſunt, niſi quôd non ſunt materialia: vt lapides extra animam. diuerſis ſubſumptis opinionibus de ſeparatione ſecundum eſſe. diuerſas ſententias de ſcientia animæ protulerunt. Plato nanque; quia naturas ſenſibilium ſeparatas ſecundum rem ponebat, conſequenter dicebat intellectum noſtrum poſſe intelligere ſua obiecta, quę ſunt huiuſmodi naturæ abſq; phantaſmate. Ariſtoteles autẽ expertus, ꝙ ſine phantaſmate nihil intelligimus, ex coniunctione naturarũ ad ſenſibilia cauſam reddidit, vt ſicut affirmatio eſt ſeparationis cauſa à phantaſmate ſecundũ intelligi, ita negatio ſit cauſa negationis, quia igitur quiditates rerum in eſsẽdo ſunt inſeparabiles à ſenſibilibus, fit vt intelligendo ſint inſeparabiles à phantaſmatibus. Et merito. Quoniam quiditas ſecundum eſſe inſeparabilis à materia. non poteſt tantum paulatina abſtractiõe eleuari quin principio colligata ſit. huiuſmodi autem vinculum intellectus in actu & in habitu cum phantaſmate eius principio, eſt intellectum egere phantaſmate.

Et tu cauillator memento, quòd hæc Ariſtotelis ratio nõ tenet, nec loquitur, niſi de intelligibili & intellectu per abſtractionem, & quòd ſit naturæ huiuſmodi intelligãtur per intelligentias. Alio modo intelliguntur, puta per ſubſtantiam ſuam pro quanto ſecundum ſe habẽt ſcientiã in actu.

Præter hanc autem rationẽ ſumptam ex parte rei cognitę. D. Thomas prima parte, quęſ. 85. articulo primo: alteram ex parte cognoſcentis reddidit: Quum operatio conſequatur formam: Modus operandi modum eſsendi ipſius formæ oportet quòd conſequatur. Et inde eſt quòd formæ naturales non ſunt immediate à formis ſeparatis à materia. Anima autem humana, vt ex ſecundo phyſicorum, textu. 26. patet, eſt partim ſeparata, & partim coniuncta: operatio igitur eius propria, quæ eſt intelligere, erit partim ſeparata & partim coniuncta, ac per hoc erit ſeparata à corporeo or-

 gano,

gino, & erit coniuncta corporeo obiecto, ſcilicet, phantaſmati. Ex hoc igitur quòd anima humana immaterialis eſt, & independens à corpore habet operationem ſeparatam à corpore ſubiectiue. Ex hoc vero, quòd eadem anima ſecundum naturam eſt actus corporis phyſici talis, habet operationem colligatam cum phantaſmatibus talis corporis.

Ex hac ratione habes non ſolum quòd phātaſma neceſſarium eſt ad diſcendum, ſed vniuerſaliter ad intelligendum. Eſt ſiquidem naturalis operandi modus conſequens naturalem eſſendi modum. Et ſi diligenter inſpexeris, inuenies, quòd Ariſtoteles voluit: quòd ratio ſua ex parte obiecti concluderet vtrūque, dum expreſſe in quarta concluſione infert, & ob hoc non ſentiens, neque addiſcit, neque intelligit. Et rurſus ex hac ratione apparet quid dicendum eſt ad quæſtionem relictam in littera textu. 36. Vtrum, ſcilicet, contingat intellectum noſtrū coniunctum corpori intelligere ſubſtantias ſeparatas, hinc enim habes, quòd nonnulla intellectio arctata ad phantaſmata extendit ſe ad ſubſtātias ſeparatas.

Circa tertiam iterum concluſionem aduerte, quòd hæc concluſio percutit Auempace poſitionem: ſi enim vt littera dicit, quęcunque abſtractione dicuntur intelligi oportet in ſpeciebus ſenſibilibus, quātumcunque abſtrahas quiditatem à quiditate ſemper intelligentur in ſpeciebus ſenſibilibus, ac per hoc nunquam intelligentur per ſpecies ſeparatas.

## DE PARTE MOtiua animæ.

### Capitulum. VI.

QVoniam autem anima ſecundū quas diffinita eſt potentias, quæ animalium eſt, & diſcretio quod intelligentiæ opus eſt, & ſenſus, & adhuc in mouendo ſecundum locum motum, de ſenſu quidem & intellectu determinata ſint tanta. De mouente autem quid forte ſit animæ, ſpeculandū eſt. vtrum vna quædam pars ipſius ſit ſeparabilis, aut magnitudine, aut ratione, aut omnis anima, & ſi pars aliqua. vtrum propria quædam ſit præter conſuetas dici, & dictas, aut harum vna aliqua ſit. Cômē. 40.

¶Habet



Cô. 41 ¶Habet autem dubitationem mox. quomodo oportet partes animæ dicere & quot. modo enim quodam infinitæ videntur, & non ſolum quas dicunt quidam determinantes rationatiuam, & iraſcibilem, & appetitiuam. hi autem rationem habentem & irrationabilem. Secundum enim differentias, per quas has ſeparant, & aliæ videntur partes maiorem his differentiam habentes, de quibus & nunc dictum eſt. Vegetatiua autem, quæ cū plantis ineſt, & omnibus viuentibus, & ſenſitiua, quam neque ſicut irrationabilem, neque ſicut rationem habentem ponet quis vtique facile. Adhuc autem & phātaſtica, quæ per eſſe quidem ab omnibus altera eſt.

Cô 42 ¶Cui autem harum eadem, vel altera ſit, habet multam dubitationem, ſi aliquis ponat ſeparatas partes animæ. Adhuc autem & appetitiua, quæ & ratione & potentia altera videtur vtiq; eſſe ab omnibus, & inconueniens vtique hanc ſequęſtrare. In ratiocinatiua enim voluntas fit, & irrationali cōcupiſcentia & ira. Si autē tria in anima, in vnoquoque erit appetitus. Cô. 43

¶Et etiam de quo nunc ſermo inſtat, quid forte mouens ſecundum locum animal eſt. Secundum quidem igitur augmentum & decrementum motum, qui omnibus ineſt, videbitur vtique mouere generatiuum & vegetatiuum. De reſpiratione autem, & expiratione, & ſomno, & vigilia, poſterius perſpiciendum. Habent enim dubitationē multam. Cômē. 44.

¶Sed de motu ſecundū locum quid ſit mouens animal ſecūdum proceſſiuum motum conſiderandum, quod quidem igitur non vegetatiua potentia manifeſtū ſemper enim propter aliquid motus hic, aut cū phantaſia, aut appetitu eſt. nihil enim nō appetens, aut fugiens mouetur, ſed aut violentia. Amplius & plantæ vtique motæ eſſent, & vtique haberent aliquam partem organi-

cam ad motum hunc. ¶ Si
Cō. 45 militer autem neque ſenſi-
tiuum. multa enim ſunt a-
nimalium , quæ ſenſum
quidem habent. manen-
tia autē & immobilia ſunt
per finem. Si igitur natura
facit fruſtra nihil, neque de
ficit in neceſſarijs, niſi in or
batis & imperfectis, huiuſ
modi autē animalium per-
fecta, & non orbata ſunt.
Signum autem eſt, quia ge
neratiua ſunt, & augmen-
tum habent & decremen-
tum, quare & haberent vti
que partes organicas pro-
Cōmē. ceſsiones. ¶ At vero neq;
46. rationatiua & vocatus in-
tellectus eſt mouens. Spe-
culatiuus quidem igitur ni
hil ſpeculatur actuale, neq;
dicit de fugibili & perſe-
quibili. Semper autem mo
tus, aut fugientis, aut perſe
quentis aliquid eſt. Sed ne-
que cū ſpeculatus fuerit ali
quid huiuſmodi iam præci
pit, aut perſequi, aut fuge-
re, puta cum multotiens in
telligit terribile aliquid, aut
delectabile, non iubet autē
timere, ſed cor mouetur.
Si autem delectabile, alte-
ra aliqua pars. ¶ Amplius Cōmē.
& præcipiente intellectu, 47.
& dicente intelligentia fu
gere aliquid, aut proſequi
non mouetur, ſed ſecundū
concupiſcentiam agit, vt
incontinens, & totaliter vi
demus, quoniam habens
medicatiuam non ſanatur
tanquam alterius propriū
ſit agere ſecundum ſcien-
tiam, ſed non ſcientiæ.
¶ At vero neque appeti- Cō. 48
tus huiuſmodi motus do-
minus eſt. abſtinētes enim
appetentes & concupiſcen
tes non operantur. quorū
appetitum habent, ſed con
ſequuntur intellectum. Vi
detur autem duo hæc mo-
uentia, aut appetitus, aut
intellectus, ſi aliquis phan
taſiam poſuerit, ſicut intel
lectum quendam. Multi
enim præter ſcientiam ſe
quuntur phantaſiam, & in
alijs animalibus non in-
tellectus, neque ratio eſt,
ſed phantaſia, vtraque hæc
ergo motiua ſecundum lo
cum, intellectus & appeti-
tus. ¶ Intellectus autē pro Cōmē.
pter aliquid ratiocinatur, 49.
& qui practicus eſt. differt
autem



autem à ſpeculatiuo ſecun
dum finē, & appetitus pro-
pter aliquid omnis eſt. Cu-
ius enim appetitus, hoc prī
cipium practici intellectus,
vltimum autem principiū
actionis, quare rationabili-
ter hæc duo videntur mo-
uentia, appetitus & intelli-
gentia practica, appetibile
enim mouet, & ꝑpter hoc
intelligentia mouet, quia
principium eius eſt appeti
bile. ¶ Et phantaſia autem
Cō. 50 cum moueat, non mouet
ſine appetitu. vnum igitur
mouens quod appetimus.
ſi enim duo intellectus &
appetitus mouebant, ſecū-
dum cōmunem vtique ali
quam ſpeciem mouebant.
tūc autem intellectus non
videtur mouens ſine appe
titu: voluntas enim appe-
titus eſt, cum autem ſecun
dum rationē mouetur, &
ſecundum volūtatem mo-
uetur: appetitus autē mo-
uet præter rationem. cōcu
piſcentia enim appetitus
Cō. 51 quidam eſt. ¶ Intellectus
quidē igitur omnis rectus
eſt. appetitus autē & phan
taſia recta & non recta. vn-
de ſemper quidem mouet
appetibile. Sed hoc eſt bo
num, aut apparens bonum:
nō omne autem, ſed actua
le bonum: actuale autē eſt
contingens & aliter ſe ha-
bere. ¶ Quod quidem igi Cō. 52
tur huiuſmodi potētia mo
uet animę, quæ vocatur ap
petitus, manifeſtum eſt. Di
uidentibus autem animæ
partes, ſi ſecundum poten-
tias diuidant, aut ſeparent,
valde multæ fiunt, vegeta-
bile, ſenſitiuum, intellecti-
uum, conſiliatiuum: adhuc
appetitiuū. hæc enim plus
differunt ab inuicem quam
cōcupiſcibile & iraſcibile.
¶ Quoniam autem appe- Cō. 53
titus fiunt contrarij ad inui
cem. hoc autem accidit cū
ratio & cōcupiſcentia con
trariæ fuerint, fit autem in
ipſis temporis ſenſum ha-
bentibus. Intellectus quidē
igitur propter futurum re-
trahere iubet. concupiſcē-
tia autē propter ipſum iā:
videtur enim quod iam de
lectabile, & ſimpliciter de-
lectabile, & bonum ſimpli
citer: propterea ꝙ non vi-
detur quod futurum.

Cō. 54 ¶ Specie quidem igitur v-
num erit mouens, appeti-
bile, aut appetitiuum. pri-
mum autem omnium ap-
petibile. hoc enim mouet
cum nō mouetur, eo quod
ſit intellectum, aut imagi-
natum. numero autem plu
ra mouentia. Quoniā autē
tria ſunt, vnum quidē mo-
uēs, ſecundū autē quo mo-
uet, & tertium quod moue
tur: mouens autē duplex,
aliud quidem immobile,
aliud quod mouetur, eſt au
tem immobile actuale bo-
nū. mouens autem & quod
mouetur appetitiuū, moue
tur. n. quod appetit ſecun-
dū ꝙ appetit, & appetitus
actus, aut motus quidā eſt,
quod aūt mouetur animal
eſt, quo vero mouet orga-
no appetitus, iam hoc cor
poreū. vnde in cōibus ani
mæ & corporis operibus,
conſiderandū eſt de ipſis.

Cō. 55 ¶ Nunc autē in ſumma di
catur mouens organice.
vbi principiū & finis illud,
velut in circulatione, hoc
eſt gibboſum & concauū.
hoc quidem finis illud, ve-
ro principium. vnde aliud
quidē quieſcit, aliud vero
mouetur, ratione quidē al-
tera entia. magnitudine ve
ro inſeparabilia, omnia. n.
pulſu & tractu mouentur,
propter qđ oportet ſicut
in circulo manere aliquid,
& hinc incipere motum.

¶ Omnino quidem igitur Cō. 56
prędictum eſt inquantū ap
petitiuum animal, ſic ſui-
ipſis motiuū eſt. appetiti-
uum autem non ſine phan
taſia: phantaſia autem om
nis rationalis, aut ſenſibi-
lis eſt, hac quidem igitur &
alia animalia participant.
Conſiderandum autem &
de imperfectis quid mo-
uens eſt, quibus tactus ſo-
lum ineſt ſenſus, vtrū con
tingat phantaſiam ineſſe
his, aut non, aut & concu-
piſcentiam. videtur. n. læti
tia & triſtitia ineſſe. Si au-
tem hæc & cōcupiſcentiā
neceſſe. phātaſia autē quō
vtique inerit, aut ſicut mo
uentur indeterminate, &
hæc inſunt quidē. indeter
minate autē inſunt. ¶ Sen- Cō. 57
ſibilis quidē igitur phanta-
ſia, ſicut dictū eſt, & in alijs
animalibus ineſt. delibera





tiua autē in rationalibus in
eſt. vtrū enim aget hoc aut
hoc, iā rōnis eſt opus, & ne
ceſſe vno mēſurare. maius
enim imitatur, quare pōt
vnum ex pluribus phantaſ
matibus facere, & cauſa
hæc eius, quod opinionem
non putari habere, quoniā
eam quę ex ſyllogiſmo nō
habet. hæc autē illam, pro-
pter quod deliberatiuū nō
habet appetitus. Vincit au
tem & mouet aliquādo de
liberationē. aliquando aūt
mouet ſeipſum, ſicut ſphæ
ra. appetitus appetitum, cū
incōtinentia fuerit. natura
autē ſemper, quæ ſurſum
principalior eſt, & moue-
tur tribus lationibus iā mo
Cō. 58 ueatur. ¶ Scientificum au
tem nō mouet, ſed manet,
quoniā autem hęc quidem
vniuerſalis exiſtimatio &
ratio, alia vero particularis.
hęc quidē enim dicit, quod
oportet talem tale agere.
hæc autem quod hoc quid
eſt tale, & ego talis, iā hæc
mouet opinio. nō quæ vni
uerſalis, aut vtraq; ſed hæc
quidem quieſcens magis,
hæc autem non.

¶ Summa huius capituli
hæc eſt.

SPeculandū eſt de 1. Conclusio.
mouente quid ſit
aīæ, vtrū vna pars
animæ ſit, aut om
nis anima, & ſi pars vtrū ſepa-
rabilis ſubiecto, aut ratione, &
rurſus, vtrū aliqua ſit præter
conſuetas dici, & dictas, aut
harum aliqua, declaratur, quia
anima, quę eſt animalis ſecun-
dum duas diffinita eſt poten-
tias. ſ. in cognoſcendo & mo-
uendo ſecundum locum, &
de ſenſu, & intellectu dictum
eſt.

Dubiū eſt quomodo & quot Quęſt.
oportet partes animæ dicere.
Declaratur, quia quodammo-
do videntur infinitæ & non
ſolę rationalis, & irraſcibilis,
& concupiſcibilis, vel rationa
bilis vel irrationalis. Proba-
tur, quia ſecundū huiuſmodi
differentias apparent aliæ ma
gis differentes: manifeſtatur
ſigillatim. Primo in vegetati-
ua, quia plantis & omnibus vi
uentibus ineſt. Secundo in
ſenſitiua, quia nec rationalis,
nec irrationalis ponetur faci-
le. Tertio in phantaſtica, quia
ſi ſeparatæ ponuntur partes
animæ, multum dubij eſt, cur
harum altera, vel eadem ſit.
Quarto in appetitiua, quia
ſi tria ſunt in anima, in vno-
quoque erit appetitus: incon-

ueniens autem eſt appetitum ſequęſtrare, & probatur ſequela, quia in ratiocinatiua fit voluntas, & in rationali ira & cōcupiſcentia. Quinto de motiua ſecundum locum, declaratur ſpecialis & ad propoſitum ambiguitas, quia in motu augmenti & decrementi mouens eſt generatiuum ſiue vegetatiuum. de motu autem reſpirationis & expirationis poſterior eſt perſcrutatio.

2. Conclusio. Motiuum ſecundum locum proceſsiuum animalium non eſt potētia vegetatiua, nec ſenſitiua, nec ratiocinatiua, & intellectiua, nec appetitus, &c. Prima pars probatur dupliciter. Primo, quia motus hic ſemper fit propter aliquid, aut cū phantaſia, aut appetitu. probatur, quia nihil non appetens, aut fugiens mouetur niſi violenter. Secundo, quia plantæ procederent, & haberent organa ad hoc. Secunda pars probatur, quia multa ſunt animalia perfecta & non orbata ſenſum habentia etiam mobilia. Et quòd ſint perfecta & non orbata. probatur, quia generatiua ſunt, & augmentū & decrementū habent. Quia vero ſint immobilia ab intrinſeco patet, quia aliter haberent partes organicas proceſsionis. probatur, quia natura nihil facit fruſtra, neq; deficit in neceſſarijs. Tertia deinde pars dupliciter, primo quia intellectus ſpeculatiuus nihil ſpeculatur agibile, neq; dicit de fugibili & perſequibili. Secundo quia etiam quū ſpeculatus fuerit aliquid agibile, non præcipit proſequi, aut fugere: declaratur, quū intelligit terribile, & non iubet timere, ſed mouetur cor, aut delectabile: & nō iubet delectari, ſed altera pars genitalis mouetur. Tertio, quia etiam præcipiente intellectu fugere, aut perſequi: nō ſequitur motus, ſed agitur ſecundum concupiſcentiam, vt patet de incōtinentibus. Et videmus quòd habens medicinam non ſanatur, quia alterius videtur eſſe agere ſecundum ſcientiam quā ſcire. Quarta deniq; pars probatur, quia continentes appetunt & non operantur, ſed ſequuntur intellectum.

3. Conclusio. Motiua ſecundum locū videntur hæc duo, ſcilicet, appetitus & intellectus practicus ſub intellectu comprehendendo phantaſiam. Declaratur primo additio iſtius vltimę particulæ ex duobus. Primo ex hominibus, quia præter ſcientiā ſequuntur phantaſiam. Secundo ex alijs, quia alia, neque intellectum, neque rationem, ſed phātaſiam habent. Declaratur deinde ipſa concluſio, quia tā intellectus practicus, qui fine differt â ſpeculatiuo quam appetitus propter aliquid eſt, qđ

decla-



declaratur, quia cuius eſt appetitus, eſt principium intelligētiæ practicæ, & vltimum intelligentiæ practicæ eſt principium actionis.

4. Cōclusio. Mouens ſecundum locum eſſe vnum. ſ. appetibile, manifeſtatur tripliciter. Primo quia & intellectus mouet, quia appetibile, quod eſt mouens, eſt principium eius. Et phantaſia quum mouet non mouet ſine appetitu. Secūdo quia illa duo mouentia. ſ. intellectus & appetitus ſecundum communem aliquam rationem mouent, ſed conſtat quod intellectus non mouet ſine appetitu, qđ probatur, quia motus ſecundum rationem eſt ſecundum voluntatem, quę eſt appetitus. Appetitus autē mouet ſine ratione, quod probatur, quia concupiſcentia incontinentis appetitus quidam eſt. Tertio quia appetitus ſemper mouet, quod probatur, quia comprehendit ſemper bonum & apparēs bonum actuale poſsibile aliter ſe habere: intellectus autem omnis rectus eſt: appetitus autē omnis & phantaſia recta & nō recta.

Cōclusio prīcipalis. Potentia animæ motiua ſecundum locum eſt appetitus: probatur ex ſupradictis.

Reſpōſio ad qōnem. Animæ partes ſi diuidātur ſecundum potentias valde multæ fiunt. Manifeſte, quia vegetatiuum, ſenſitiuum, intellectiuum, conſiliatiuum, & appetitiuum plus differunt abinuicem, quam concupiſcibile, & iraſcibile.

5. Mouens eſt vnum ſpecie, ſcilicet, appetibile, aut appetitus. ita ꝙ appetibile eſt omniū primum: plura autē numero. Declaratur ſimul vnitas & pluralitas, quia appetitus fiunt cōtrarij abinuicem, quod accidit, quum concupiſcentia & ratio contrariantur, quod fit propter ſenſum tēporis intellectu ad futurum: cōcupiſcentia ad nunc attendente. Deinde declaratur primitas appetibilis, quia mouet non motum. probatur, quia mouet intellectum aut imaginatum.

6. In motu locali animalis tria ſunt. Mouens quo mouet, & quod mouetur. Primum eſt duplex: mouēs immobile, & hoc eſt actuale bonum, mouēs mobile, & hoc eſt appetitus. Probatur dupliciter primo, quia appetens in quantum appetit mouetur. Secundo quia appetitus actus aut motus quidam eſt. Tertium. ſ. ꝙ mouetur eſt animal. Secundum. ſ. quo mouet organo, hoc corporeū eſt, & alibi conſiderandum, ſummarie tamen dicitur.

7. Mouens organice eſt illud vbi eſt principium & finis motus velut in circulatione. Declaratur primo, quia ibi duo cōnęxum, ſcilicet & concauū,

quo-

quorum hoc finis, illud principium, vnum mouetur, alterum quieſcit: diſtincta ſecundum eſſe, non ſecundum magnitudinem. Secundo probatur, quia oportet manere aliquid ſicut in circulo, & hinc incipere motum, probatur, quia omnia mouentur pulſu & tractu.

Queſt. Conſiderandū de imperfectis animalibus, quibus ſolum ſenſus tactus ineſt, quid eſt mouens, & vtrum habeant phātaſiam & concupiſcentiam. Declaratur primo ratio dubij, q̃a animal inquantum eſt appetitiuum eſt ſui motiuum: appetitus autem eſt cum phantaſia rationali aut ſenſibili, quā conſtat alia animalia habere.

Reſpōſio. Appetitus & phantaſia inſunt animalibus imperfectis indeterminate tamen. Primum probatur, quia ineſt eis lętitia & triſtitia. Secundum vero, quia ſicut mouentur, ita hæc habent: mouentur autem indeterminate, ergo, &c.

8. Conclusio. Phātaſia ſenſibilis eſt in alijs animalibus, deliberatiua autem in rationalibus. Probatur quia vtrum hoc aut hoc aget: rationis opus eſt. probatur, quia eſt poſsibile vnū ex pluribus phantaſmatibus facere, & neceſſe eſt vno menſurare. probatur, quia maius imitatur. Et manifeſtatur hęc ratio, quoniam penes habere concluſionem ex ſyllogiſmo, & non habere illam: differt phantaſia ſenſibilis à deliberatiua in hoc, quòd illa caret opinione: iſta vero habet illam, & hinc etiā fit, vt appetitus careat deliberatiuo.

9. Conclusio. Appetitus quandoq; vincit deliberationem, aliquando autem mouet ſeipſum appetitus appetitum vt ſphæra. Declaratur apud continentes, & ponitur differentia, quia quæ ſurſum: principalior eſt natura & mouet. ita vt tribus iam lationibus moueatur.

10. Scientificum non mouet, ſed manet: vniuerſalis aūt exiſtimatio practica aut non mouet, ſed particularis, aut vtraque, ſed vniuerſalis quieſcens magis, hæc autem iuncta.

Series autem hæc eſt.

TRactaturus de potentia ſecundū locum motiua animalium quatuor facit. Primo propoſita intentione interponit quæſtionem de numero & modo partium animæ. Secundo inueſtigat principium ſecundū locum motiuum ſecunda concluſione diſputans: tertia accedendo ad veritatem: quarta concludendo, ex quibus infertur principalis concluſio. Tertio reſpondet quæſtioni interpoſitæ. Quarto de principio motiuo

tiuo



tiuo tractat applicando ad ipſas animæ partes in ſpeciali & diſtincte tali ordine, quòd in quinta & ſexta diſtinguuntur motiua. In reliquis autem ſingula tractantur. ita quòd in ſeptima tractatur motiuum organicę. in quæſtione vero interiecta motiuum phantaſticæ, & appetitiuæ quo ad animalia imperfecta, in quibus eſt dubiū: in octaua motiuum phantaſticæ abſolutę: in nona motiuū appetitus: in decima autē motiuum vt ſcitum ſeu cognitū. Hæc enim omnia enumerata ſunt eſſe motiua in quinta & ſexta concluſionibus.

## ¶ V. Appetitus ſit potentia ſecūdum locum motiua.

Text. 52. Circa principalem concluſionem dubium occurrit, quia ſuperius in ſecundo libro textu vigeſimo ſeptimo: potentia animæ ſecnndum locum motiua diſtincta eſt contra potentiam appetitiuam. Hic autem expreſſe dicitur, quòd potentia appetitiua eſt motiua animalis ſecundū locum. Si enim hoc verum eſt, non ſunt quinque genera potentiarum animæ, nec appetitiuum eſt diſtinctum contra ſecundum locum motiuum, aut econuerſo: & ſi illud verum eſt, hoc ſtare non poteſt.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis pręlibandum eſt quid eſt hic dubij, & quid certi. Certum eſt & quòd appetitus eſt quædam cauſa motus proceſſiui animalis, hoc enim experimur. Et quòd præter appetitum exigitur idoneitas quædam in mēbris & organis, quæ non ſolum conſiſtit in habilitate organorum ad obediendum appetitui, ſed etiam in poteſtate, qua vna pars mouet aliam, hoc ergo experimur. Dubium vero eſt duplex. Primū an motus huiuſmodi ſit ab appetitu vt à principio elicitiuo eius, an imperatiue tantū. Secundum quid appellatione potentiæ animæ ſecundum locum motiuæ ſupponatur, appetitus, an illa ydoneitas, ſeu vis in mēbris, ſeu primo membro, puta corde.

Quid certū ſit.

Quid dubiū

His prælibatis ſcito, ꝙ motus hic, puta ambulatio, poteſt tripliciter cōparari ad appetitum ambulaturi. Primo vt res appetita. Appetimus enim quandoque ambulare, & ſicut comedere, &c. alia, & ſic ambulatio habet rationem appetibilis. Secundo vt actus imperatus, imperat nanque appetitus ambulationem, ſicut & locutionem & applicationem cæterorum membrorum ad ſuos vſus, & ſic ambulatio habet rationem imperabilis, & de de his duabus habitudinibus nulla

nulla eſt ambiguitas. Sed tertia
eſt, quæ difficultatē habet, ſci
licet ꝙ comparetur ad appeti-
tum vt actus elicitus. Pro par
te nanque negatiua eſt, quia
actus elicitus appetitus eſt tan
tum appetere, intelligēdo per
appetere, amare, d̄ſiderare, gau
dere, timere, iraſci, ſperare, &
alia huiuſmodi. Mouere autē
ſecundum locum non eſt ap-
petere, ergo, &c. Pro parte ve
ro affirmatiua eſt, quia ſi mo-
tus localis animalis eſſet tantū
imperatiue ab appetitu, cū hoc
ſcilicet, eſſe imperatiue ab ap-
petitu ſit cōmune cæteris ope
ribus animæ ſenſitiuæ & intel
lectiuę, vt experimur in nobis
vana eſſet tanta perſcrutatio
appetitus pro principio moti
uo, quanta in littera fit.

Deciſio. Et quoniam hæc affirmati-
ua pars rationalior & Ariſto:
eſt: ideò dicendum eſt, ꝙ mo-
tus localis animalium eſt ab ap
petitu elicitiue, ita quòd appe
titus habet duos actus elicitos
quorū vnus eſt ratio alterius:
alterum immanentem, qui eſt
appetere, alterum tranſeuntē,
qui eſt mouere, & primus eſt
ratio ſecundi. Quanuis enim
omnis actus immanens appeti
tus ſit appetere: actus tamen
tranſiens nō eſt appetere, ſed
ex appetere. Rationabilior au
tem eſt. Tum quia actus impe
rati tantum ab appetitu quan-
doque præueniunt appetitū,
vt patet in parte ſenſitiuā &
intellectiua. Motus autem lo-
calis animalis nō præuenit ap
petitum. Tum quia natura fa-
cit ſemper de poſsibilibus me
liora. Conſtat autem, quòd mo
tus localis melius ineſt anima-
li ſi conuenit animaliter quam
ſi vitaliter tantū vt motus cor
dis, & quū motus huiuſmodi
vt ſic ſit propter finem, nō po
teſt vt ſic conuenire animali
animaliter, niſi vt ſic fiat ab ap
petitu animalis, cuius eſt ten-
dere in finē. Motus igitur lo-
calis animalis ab appetitu ne-
ceſſario elicitur, vt vere ſit mo
tus ab aīa cognoſcitiua vt ſic.

Ariſt. vero eſt ſentētia hæc,
nā expreſſe dicit mouet quod
cunque virium potentia moti
ua ſit, aut aliqua dictarum po-
tentiarum, aut præter conſue
tas dici. Et in determinando
concludit, ꝙ potentia animæ
motiua ſecundū locū eſt appe
titus. Et poſtmodū dicit, quòd
animal inquantū eſt appetiti-
uum, eſt ſui motiuū ſecundum
locum. Et in libro de motibus
animalium expreſſe dicit, ꝙ vl
tima cauſa motus eſt appetitus
& loquitur de vltima inferius,
id eſt proxima, quoniam vlti-
ma ſuperius conſtat, ꝙ non eſt
appetitus. Et ſic patet ſolutio
primi dubij. Et ſi vis ſcire mo
dum, quo appetitus facit mo-
tum: vide tractatū præfatum,
vbi dicitur ꝙ appetitus medijs
paſsio-



paſsionibus. ſ. caliditate, &c.
præparantibus organa, mouet
mediante ſpiritu complantato
in corde, &c. ¶ Ad ſecundum
autem dubium videtur mihi di
cendum, ꝙ quæſtio nō eſt niſi
in verbis quibuſdam, interpre
tantibus, potentiam motiuā po
tentiam in membris, quam vo-
cant executiuam, quibuſdā in
terpretantibus potentiam mo
tiuam: potentiā proxime acti
uæ elicitiuam motus, quæ eſt
appetitus. Et ſi Ariſt. ydioma
te loqui volumus. ſecunda in-
terpretatio vera eſt.

Nec obſtat quòd in ſecūdo
libro poſuerit quintum genus
potentiarum animæ potentiā
ſecundum locum motiuam, &
diſtinxerit contra appetitiuā.
Quoniam formalis diſtinctio
in ratione potentiæ inter po-
tens appetere, & potens ſecun
dum locum mouere, ſufficit ad
ſaluandam diſtinctionē illam,
quia enim mouere ſecundū lo
cum, & appetere ſunt actus di
ſtincti genere. ideo potentia
motiua & appetitiua diſtin-
guūtur genere ſecundū ratio-
nem potentiæ, quoniam potē-
tiæ diſtinguūtur per actus.

Quanuis dici poſſet quòd
diſtinctio illa propoſita eſt tā
quam famoſa, poſtmodum exa
minanda ſecundum veritatem,
in cuius ſignum ſtatim Ariſto.
hoc in loco, quum intuliſſet,
quòd potentia ſecundum locū
motiua coincidat cum potētia
appetitiua; ſubdit ꝙ ſi partes
animæ ſecandæ ſunt ſecundū
potentias, ſunt valde multæ,
quaſi diceret, quòd appetitiuū
& ſecundum locum motiuum
non ſunt diuerſæ partes ani-
mæ ſecundum rem, ſecundum
rationem potentiæ.

## V. Potentiæ per actus multiplicentur & diuidātur.

¶ Circa reſponſionem ad quæ
ſtionem motū in littera de mul Text.
titudine partiū animæ duplex 52.
dubium occurrit. Primo, an ſi
partes animæ diuidantur ſecū
dum potentias, numerus ſpeci
ficus partium animæ eſſet iux
ta numerum ſpecificum actuū.
Et hoc eſt quærere, an poten-
tiæ animæ diſtinguantur ſpe-
cie ſecundum diſtinctionē ſpe
cificam actuum. Pro parte nan
que affirmatiua eſt, quia quum
potētia diſtinguatur per actū,
ſicut actus diuerſi genere exi-
gunt potentias diuerſas gene-
re, ſic act⁹ diſtincti ſpecie exi
gunt potentias diſtinctas ſpe-
cie, proportionaliter nanque
diſtinctio diſtinctioni reſpon
det. Pro parte vero negatiua
eſt, quia ſequeretur, quòd vis
viſiua albi eſſet potētia diſtin
cta ſpecie á vi viſiua nigri, &
breuiter tot eſſent ſecūdū ſpe
ciem potentiæ ſenſitiuæ, quot
ſunt ſecundum ſpeciem ſenſi-
bilia. Dubium ſecundo eſt lit-
terale.

terale, quia Ariſt. in littera cō
ſiliatiuum ponit potentiā plus
diſtinctam ab intellectiuo, quā
inter ſe diſtent concupiſcibi-
le & iraſcibile, quū tamen hęc
ſint diuerſæ potentiæ, & illa
**Opin. quorū dā improbatur.** non. ¶ Ad euidentiam primę
difficultatis ſcito, quòd licet
quidam declinauerint in par-
tem affirmatiuam quæſiti. non
reputantes inconueniens po-
nere tot ſenſus quot ſenſibi-
lia, vt tamen erubeſcant, duci-
to eos ad hoc etiam ꝙ tot eſsēt
ſecundū ſpeciem ſenſus cōmu
nes quot ſenſibilia, & tot phā-
taſiæ quot ſpecies phantaſiabi
lium, & tot potentiæ memora
tiuæ, & cogitatiuæ, quot ſpe-
cies memorabilium, & cogita-
bilium. Et ſi nec ſic reſipiſ-
cunt, adiūgito, ꝙ tot erunt po
tentiæ intellectiuæ quot ſpe-
cies intelligibiliū. & ſic aduer
tent ſe erraſſe. quum etiam v-
nus & idem habitus ſecundū
ſpeciem ſit diſtinctorum ſecū
dum ſpeciem & contrariorū:
eadem enim medicina eſt ſana
tionis & ægrotationis princi-
pium pro vt vult.

**Solut. ſingularis.** Dicendum eſt igitur, ꝙ aliud
eſt loqui de diſtinctione potē
tiarum abſolute, & aliud de di
ſtinctione potentiarum con-
tractarū ad naturam materiæ,
& aliud de diſtinctione poten
tiarum contractarum ad natu-
ram animæ. Potentia namque
abſolute ſumpta multiplicatur
penes per ſe differētias actus,
quem primo reſpicit, quoniam
quum actus ſit diſtinguens &
ſeparās, vt dicitur. 7. metaph.
tex. 49. nō poteſt fieri vt per
ſe multiplicetur actus, quin
proportionaliter multiplice-
tur potentia illi reſpondens:
nulla enim ex parte potentiæ
ratio extat quare non multi-
plicetur, ex quo abſolute ſu-
mitur, & abſolute ſumpta quic
quid eſt, ipſius eſt actus. Po-
tentia vero contracta ad natu Vide aucto-
ram materiæ multiplicatur ſpe rem ſuper de
cifice ſecundum multitudinē ente & eſsētia
ſpecierum actuum in eſſe na- cap. 7.
turali, & ratio eſt, quia natura
materiæ dearticulatur ſecun-
dum ſingulas rerum naturaliū
ſpecies: omnium enim natura
conſtantium, quorum diuer-
ſæ ſunt ſpecies, materiæ quo-
que propriè differunt ſpecie.
Et propterea Ariſtot. 3. phy-
ſicor. cōm. 10. de potentijs cō
tractis ad naturam materiæ lo
quens dixit, quòd poſſe ſana-
ri & poſſe infirmari diſtinguū
tur: alioquin ſanari & infirma
ri eſſent idem. Et Auerroys.
12. metaphyſic. com. vndeci-
mo dixit, quòd numerus habi
litatum in materia eſt ſecun-
dum numerum ſpecierum. Po
tentia autem contracta ad na-
turam animæ non ſic ſe habet,
ſed quoniam anima adeo ele-
uatur ſupra naturam, vt infima
anima eminenter contineat e-
tiam



tiam contrarias naturarum ſpe
cies, vt ſua teſtatur opera. Mo
uet enim aīa vegetatiua ſimul
& vnico actu ad omnes diffe
rentias poſitionis, ad quas plu
res oportet naturas mouere, ſ.
graue, leue, &c. Conſequens
eſt vt potentiæ animæ, adeo
etiam eleuatę ſint naturæ, vt
non diuerſificentur ſecundū
diſtinctionē ſpecificam rerū
in eſſe naturali. ¶ Sed ſecūdū
altiores quaſdā differētias pro
portionales naturæ aīæ. vnde
Ariſt. ſuperius lib. 2. tex. cō.
107. expreſſe dixit, ꝙ vnuſ-
quiſq; ſenſus eſt vnius totius
contrarietatis, & certum eſt, ꝙ
loquitur de vnitate ſpecifica
athoma, quoniam pluralitatem
ſpecificam tact⁹ inueſtigabat.
Partes igitur poteſtatiuæ aīæ,
quia potentiæ animales ſunt,
ac per hoc altioris ordinis quā
ſpecies naturæ, non multipli-
cantur iuxta numerum ſpecie
rum rerum naturalium, & con
ſequenter nec actuum prio-
rum, ſed vna & eadem ſecun-
dum athomam rationē eliciti-
ua eſt plurium operū ſecundū
ſpeciem iuxta diuerſitatem ha
bituum, vel ſpecierum ſenſibi
lium, imaginabilium, vel intel-
ligibilium.

Atteſtatur autem huic quā
diximus differentiæ inter po-
tentias naturæ & potentias a-
nimæ, hoc quod videmus in
potentijs rationalibus. vide-
mus enim, ꝙ vna ſecundū ſpe
ciem pōa ratiōalis eſt vtriuſq;
contrarij, vt medicina ſani &
ęgri, & tn̄ in natura duæ ſunt
potentiæ ad hęc iuxta illud 3.
phyſicorum poſſe ſanari aliud
eſt à poſſe infirmari.

**Singularis gloſſa.** Ad ſecundū autē dubium di
citur, quòd quia conſilium eſt
de particularibus, & particula
rium cognitio & collatio ſpe-
ctat ad cogitatiuam: ideo con
ſiliatiui nomine intelligit co-
gitatiuam, quam conſtat nō ſo
lum eſse aliam ſecundum rem
potentiam ab intellectu, ſed al
terius ordinis. Et teſtis huius
interpretationis eſt tranſlatio
arabica, quæ habet loco con-
ſiliatiui cogitatiuum.

**Text. 54.** Circa quintam concluſio-
nem dubium occurrit quomo
do mouens eſt vnum ſpecie,
& plura numero: quum ma-
nifeſte pateat, & quòd illud
mouens, quod in littera dici-
tur vnum ſpecie: puta appeti-
bile, vel appetitiuum eſt plu-
rium ſpecierum, & tam appe-
tibile quam appetitus diuerſas
habent ſpecies, & illud mo-
uens, quod dicitur plura nu-
mero: puta appetitus ipſe eſt
etiā plura ſpecie, quoniā appe
titus cōtrarij ſpecie differunt.

**Singularis gloſſa.** Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ
vnum ſpecie vocatur duplici-
ter, proprie vt ſpēs eſt vnū de
quinq; prædicabilibus. Alio
modo cōmuniter, vt ſpēs idem
eſt,

eſt quod ratio formalis. Et ſimi
liter plura numero dupliciter,
ideſt, particularia ſolo nume-
ro differẽtia, vel numerata ſub
aliqua ratione formali. In pro
poſito ſecundo modo ſumitur
tam vnum ſpecie quam plura
numero differentia, ita ꝙ intẽ
tio litterę eſt dicere, quòd mo
uens ſiue ſumamus appetibile
ſiue appetitum eſt vnum ſecũ
dũ rationẽ formalẽ, quia quod
cunque appetibile mouet ſub
ratione appetibilis, & quicun
que appetitus mouet vt appe
tens. Eſt autem plura ſecundũ
numerum, quia plurificantur
appetibilia, & appetitus eſt ap
petitus ſuperior & inferior, &
hoc manifeſtatur, quia ſunt
quandoque contrarij.

¶ V. Mouens mobile, & immo
bile in eadem ſignificatione
& cauſalitate ſumantur cum
dicitur appetibile eſse mo-
uens immobile, appetitum
vero mouens motus.

Text. 54. ¶ Circa ſextam cõcluſionẽ du
bium occurrit duplex circa il
los terminos, mouens, mobile,
& immobile, &c. Et primũ qui
dem dubium eſt de ſignificatio
ne, an diuerſa. Quia enim va-
rietur ſignificatio oſtenditur
ex hoc, quôd quum mobile di
citur de appetitu, non ſignifi-
cat motũ, qui eſt actus imper-
fecti, ſed perfecti. Quũ autem
dicitur de aĩali, ſignificat mo-
tum, qui eſt actus imperfecti:
dicitur enim in littera & quòd
appetitus eſt mouens mobile;
& quòd id quod mouetur eſt
animal. Similiter mouens quũ
dicitur de appetibili, aut nullã
actionem ſignificat, aut illam
quę non infert motum, qui eſt
actus imperfecti, & conſequẽ
ter nõ ſignificat mouere. Quũ
autem dicitur de appetitu ſig-
nificat mouere inferens verũ
motum: dicitur enim in littera,
& quòd appetibile eſt mouẽs
immobile, & quòd appetitus
eſt mouens mobile. Quod aũt
in eadẽ ſignificatione ſuman-
tur: oſtenditur ex hoc, quòd
æquiuocatio doctrinam ſophi
ſticã, & eam turpẽ parit. Rude
quippe ſatis fuiſſet diſcutere
coniunctionem & ſegregatio
nem horum terminorũ, in cõ
currentibus ad motũ localem
animalis, & æquiuocę eis vti.
non enim illi met termini repe
tuntur niſi ſecundum vocem.

Dubium vero ſecundũ pro
pinquum eſt prædicto, & eſt
de genere cauſalitatis importa
re in eiſdẽ: an. ſ. mouens ſuma
tur ſemper hic vniformiter
pro mouẽte effectiue, an diſ-
formiter: puta nunc pro mo-
uente effectiue, nunc pro mo
uente finaliter. Hoc enim non
parui refert. Et ſimiliter ambi
guum eſt de mobili & immobi
li. Quia enim ſumatur diſfor-
miter, patet ex hoc, quòd appe
tibile



tibile nõ mouet niſi finaliter,
& appetitus nõ mouet niſi ef-
fectiue, & in littera de vtroq;
dicitur, ꝙ eſt mouens. Simili-
ter mobile & immobile, penes
quæ differunt appetitus & ap
petibile, non ſumuntur vnifor
miter, quia ſi ſecundũ effecti-
uã cauſalitatẽ affirmatio & ne
gatio non inueniuntur differ-
re, quia appetitus eſt immobi-
lis effectiue. Si vero ſecundũ
cauſalitatem finalem: ſimiliter
contingit nõ differre, quia ap-
petibile aliquod habet cauſam
finalẽ. Quia autẽ vniformiter
ſumi debeãt, ex ipſa diſcuſsio
ne, & oppoſitione, cõiunctio
ne, ſegregationeq; patet. Acci
deret enim idem incõueniens
ex hac diſformitate, quæ ex va
riatione ſignificationis emer-
ſit, & propterea oportet hæc
noſſe quomodo ſumantur in
propoſitó. ¶ Ad vtrunque
dubium breuiter dicitur, ꝙ ter
mini iſti ſumuntur ſemper in
eadem ſignificatione & cauſa-
litate, ſed ſignificatio eorum
hic neuter motus præciſè eſt.
Sumuntur enim mouere & mo
ueri hoc in loco pro actione
& paſsione tranſcendentibus
in cõmuni, ſiue hæc agere &
pati attendantur ſecundũ mo
tum, qui eſt actus perfecti, ſiue
ſecundũ motum, qui eſt actus
imperfecti. Eſt ſiquidem ana-
logum quoddam agere & pati
cõmuniter ſumptum ad hæc,
nam cõtingit ab altero ſuſcipe
re, vt patiens ab agente non ſo
lum verũ motum, ſed motum,
qui eſt actus perfecti, vt viſio-
nẽ à viſibili, & ſimilia. Et quo
niã appetitus ab appetibili mo
uetur etiã effectiue iuxta illud
Auerroys. 12. metaphyſi. cõ.
36. Balneum in anima eſt agẽs
deſiderium: idcirco de moue-
re & moueri, & non moueri
effectiue ſemper eſt ſermo in
propoſito. ita ꝙ appetibile eſt
mouens immobile effectiue, &
appetitus eſt actu mouens &
paſsiuæ motus: animal autem
motũ medio organo, &c. Et ꝙ
hæc ſit mens Ariſt. inſinuant
ſuæ rationes: probant enim
appetibile eſſe mouens immo
bile, quia mouet cognitũ, quod
eſt dicere, quia cognoſci nihil
ponit in re cognitã, ac per hoc
mouens cognitum mouet im-
motum. Probat quoque appe
titũ moueri, quia appetitio ip
ſa eſt motus, vel actus quidã,
quod eſt dicere, quia appetitio
ipſa eſt paſsio quędam ab alio,
hoc enim moueri & actus vel
motus inſinuant. Et tu bene Vide in. 12. meta-
notabis hũc textum, quoniam physi.
ex hac vniformitate habes fũ textu.
damentum: vt in metaphyſica cõ. 36.
intelligas, quomodo primus
motor mouet vt amatum, &c.

¶ V. Animalia imperfecta
appetitu moueante.

Text: 56.

Circa quęſtionem de animalium imperfectorum motore dubium occurrit. An nomine animaliũ imperfectorum hoc in loco intelligantur animalia non proceſsiua, aut animalia imperfecta in genere proceſſiuorum. Si enim eſt ſermo de imperfectis in genere proceſsiuorum, non apparet de quibus animalibus quæſtio iſta ambigua ſit. Quum animalia procedentia imaginatione & ſenſibus procedant. Si autem eſt ſermo de non proceſsiuis, obſtant dicta ſua hic in textu. 44. vbi inquirendũ proponit quid ſit principium motus proceſsiui, & in. 45. ex propoſito probando ex animalibus manentibus, quòd ſenſitiuum non eſt motiuum. Obſtant & dicta in ſecũdo huius tex. 20. &. 27. 28. 29. & 31. ex quibus habetur, ꝙ in quibuſdam eſt ſenſus ſine motu, cuius oppoſitũ hic diceretur.

Ad hanc dubitationem dicendum puto, ꝙ & ſecundum Ariſt. & ſecundũ veritatẽ hic eſt ſermo de aĩalibus non proceſsiuis. Secundũ Ariſt. quidẽ, quia expreſſe in littera dicitur ꝙ eſt ſermo de aĩalibus, in quibus eſt ſolus ſenſus tactus. Cõſtat enim ex hoc eodem libro tex. 64. in ſequenti capitulo, quôd animalia proceſsiua habent præter ſenſum tactus aliquem alium ſenſum, vt ibi probatur. Si nanq; proceſsiua nõ ſunt cõtenta ſolo tactu, & animalia, de quibus hic eſt quæſtio, habent ſolum tactũ: oportet vt huiuſmodi animalia non ſint proceſsiua. Secundum veritatem vero, quia huiuſmodi animalia, eô quòd manent ſemper in eodẽ loco, propter qđ dicuntur manentia, & mouentur motu dilatationis & conſtrictionis, habent ſpecialem difficultatẽ, & hic euacuatur.

Ad cuius euidentiam ſcito, quòd motus dilatationis, & cõſtrictionis inuenitur dupliciter. ſ. naturalis & animalis. Cor enim mouetur naturaliter tali motu, & conſequitur talis motus apud diuum Thomam, vitã animalis, ſicut eſſe ſurſum formam leuis. Animalia autẽ huiuſmodi mouẽtur tali motu animaliter. i. per appetitũ & phantaſiam indeterminate tamen, vt in littera dicitur, in cuius ſignũ motus cordis nõ ſubeſt appetitui noſtro: motus vero huiuſmodi animalium appetitum eorum cõſequitur, vt teſtatur lætitia & triſtitia eorũ in huiuſmodi appropinquatis latis vel triſtibus.

S. Th. 1. ſecũdæ, q. 17. nona ad 2. & in q. đ aĩa q. 9. ad ſextũ.

Nec obſtant huic expoſitioni in oppoſitum allati textus, quoniã in omnibus eſt ſermo de motu locali proceſsiuo, qui per ſe primo vocatur motus localis aĩalium: iſte autẽ motus, ꝙ ſit animalis occultum eſt. Et

prop-



propterea in fine huius tractatus, vt perficeretur doctrina de motiuo ſecundũ locum, cõſideratus eſt. Dicito igitur ꝙ licet motus localis animalis ſit duplex. ſ. proceſsiuus & dilatationis & cõſtrictionis: principium tamen eſt vnicum, ſcilicet appetitus, de quo ſoluitur hic quæſtio promiſſa in ſecundo libro tex. 29. an. ſ. habeat phantaſiã indiuiduã comitẽ. Patet. n. in hac litera, ꝙ appetentia phantaſiantur indeterminate: quẽadmodũ & mouẽtur indeterminate.

Singularis gloſſa.

Cõſiſtit autẽ indeterminatio hæc quo ad organũ, obiectũ, tempus, ſitum & locũ. Quo ad organum quidẽ, quia phantaſia determinata habet certam particulam corporis pro proprio organo: indetermina autem quaſi confuſa in corpore nihil eius vt proprium ſibi vendicare videtur. Quo ad obiectum vero, q̱a determinata huius certe rei, vel illius eſt: indeterminata vero conuenientis, vel diſconuenientis tantum. Quo ad tẽpus vero, quia determinata futurum: indeterminata vero præſens tantum aſpicit. Quo ad ſitum vero, quia determinata ad diſtans, indeterminata vero ad coniunctum tantum ſe extendit. Quo ad locum vero, quia determinata ad certum locum imaginatum mouet: indeterminata vero ad locum circundantem tantum, pro vt in loco delectabile, aut triſte aliquid coniungitur.

## DE CONNEXIONE partium animæ.

### ¶ Capitulum. VII.

Cõmẽ. 59.

VEgetabilem quidem igitur animam neceſſe habere omnequodcunque viuit, & habet animam à generatione vſque ad corruptionem, neceſſe eſt enim quod generatur augmentum habere, & ſtatum, & decrementum. hoc autem ſine aliméto eſſe impoſsibile: neceſſe igitur in eſſe vegetabilem potentiam in omnibus generatis corruptibilibus.

Cõ. 60

¶ Senſum autem nõ neceſſe in omnibus viuentibus, neque enim quorum ſimplex corpus cõtingit habere tactũ, neq; ſine hoc poſſibile eſſe nullũ aĩal, neq; quæcũque non ſuſceptiua ſpecierũ ſine materia. Aĩal aũt neceſſe ſenſum habere, ſi nihil fruſtra facit natura,

 pro-

propter aliquid enim oĩa,
quæ ſunt, natura ſubſiſtũt,
aut concidentia ſunt eorũ,
quæ ſunt propter aliquid.
Si igitur omne proceſsiuũ
corpus non habet ſenſum,
corrũpetur vtique, & ad fi-
nem nõ vtique veniet, qui
eſt naturæ opus, quomodo
enim aletur? manentibus
quidem enim exiſtit nutri-
mentum eo in loco, vbi na
ta ſunt quo nutriri poſſũt.
Cõ. 61 ¶ Non poteſt autem cor-
pus habere quidem ani-
mam & intellectum diſcre
tiuum: ſenſum autem non
habere non manſiuum exi
ſtens, generabile autem.
At vero neque ingenera-
bile, quare enim non ha-
bebit, aut enim animæ me
lius, aut corpori, nunc au-
tem neutrum eſt, hoc qui-
dem non magis intelligit,
hoc autem nihil erit magis
Cõ. 62 propter illud. ¶ Nullum
ergo habet animal corpus
non manens ſine ſenſu. At
vero ſi habet ſenſum, ne-
ceſſe eſt corpus eſſe, aut
ſimplex, aut mixtum. Im-
poſsibile autem eſt eſſe
ſimplex, tactum enim non
haberet: eſt autem neceſſe
hunc habere. ¶ Hoc autẽ Cõ. 63
ex his manifeſtum. Quo-
niam enim animal corpus
animatum eſt, corpus autẽ
omne tangibile, tangibile
aútẽ quod ſenſibile tactu,
neceſſe & animalis corpus
tactiuum eſſe, ſi debet ſal-
uari animal: alij enim ſen-
ſus per altera ſentiunt, vt
olfatus, viſus, auditus: tacti
uum autem niſi habeat ſen
ſum non hæc poterit qui-
dem fugere. illa autem ac-
cipere. Si vero hæc, impoſ
ſibile eſt ſaluari animal.
Propter quod & guſtus eſt
ſicut tactus quidam. ali-
mẽtum autem corpus tan-
gi poſsibile. ¶ Sonus au- Cõmẽ.
tem, & color, & odor, non 64.
alunt? neque faciunt aug-
mentum, neque decremen
tum, quare & guſtum ne-
ceſſe eſt tactum eſſe quen-
dam, quia tangibilis & ve-
getatiui ſenſus eſt, hi quidẽ
igitur neceſſarij ſunt ani-
mali, quo & manifeſtum,
quod non poſsibile ſine ta
ctu animal eſſe. Alij autem
propter bonum, & generi
animaliũ iá non cuicũque,
ſed



ſed quibuſdam vt proceſ-
ſiuo neceſſe ineſſe. Si enim
debet ſaluari, non ſolum
oportet tactum ſentire, ſed
Cõ. 65 & de longe. ¶ Hoc autem
erit ſi per medium ſenſiti-
uum fuerit, eo ꝙ illud qui-
dem à ſenſibili patiatur, &
moueatur, ipſum autẽ ab
illo. Sicut enim mouens ſe
cundum locum vſque ali-
cubi permutare facit, & de
pellẽs alterum facit, vt pel
latur, & eſt per mediũ mo-
tus, & primum quidem mo
uens depellit, & non depel
litur: vltimum autem ſo-
lum depellitur non pellẽs.
medium autem vtraque:
multa autem media, ſic &
in alteratione, præter quod
vnum manens in eodem lo
co alterat. vt ſi in cerá tin-
xerit aliquis vſq; ad id mo
ta eſt, vſque quo tinxerit:
lapis autem nihil ſed aqua.
vſque quo procul. aer au-
tem ad plurimum moue-
tur, & facit & patitur ſi ma
neat, & vnus ſit. Vnde &
de repercuſsiõe eſt melius
quam viſum egredientem
repercuti. aerẽ pati á figu-
ra, & colore, vſquequo qui
dem ſit vnus. In leui autẽ
eſt vnus, propter quod hic
iterum viſum mouebit, ſi-
cut vtique ſi in cera ſigillũ
ingrederetur vſque ad finẽ.
¶ Quod autem impoſsibi Cõmẽ.
le ſit ſimplex eſſe animalis 66.
corpus manifeſtum eſt. di-
co autem puta igneum, aut
aerem. Sine quidem enim
tactu neque vnum contin
git animalium ſenſum ha-
bere, corpus enim tactiuũ
animatum omne ſicut di-
ctum eſt. alia autem prçter
terram. ſenſitiua quidem
vtique fient. omnia autem
eo quod ſentire per alterũ
faciunt ſenſum, & per me-
dium. tactus autem eſt in
tangendo ipſa, propter qđ
& habet hoc nomen, & ta
men alij ſenſus tactu ſen-
tiunt, ſed per altera. hic au
tem videtur ſolus per ſeip-
ſum, quare huiuſmodi ele-
mentorum nullum vtique
erit corpus animalis. Nec
itaque terrenum, omnium
enim tangibilium tactus
eſt ſicut medietas & ſuſce-
ptiuus ſenſus, non ſolum
quæcunque differentię ter
ræ ſunt, ſed calidi & frigidi

 & alio

& aliorum omnium tangi poſsibiliū. Et propter hoc oſsibus, & capillis, & huiuſmodi partibus non ſentimus, quia terreæ ſunt. Et plantæ etiam ob hoc nec vnū hn̄t ſenſū, quia terreæ ſunt. ſine autem tactu nec vnum poſsibile eſt animalium eſſe. hic autem ſenſus non eſt neque terræ, neque alius elementorum vllius.

Cōmē. 67. ¶ Manifeſtum igitur, quoniam neceſſe hoc ſolo priuata ſenſu animalia mori, neque enim hunc poſsibile eſt habere non animal exiſtens, neque cum ſit animal aliū neceſſe eſt habere præter hūc. Et propter hoc quidem alia ſenſibilia excellētijs non corrumpunt animal, vt color, & odor, & ſonus, ſed ſolum ſenſus, niſi ſecundum accidens: puta ſi ſimul cum ſono depulſio fiat, & ictus, & à viſis & odore alia mouentur, quæ tactu corrumpunt, & humor autem ſecundū quod accidit ſimul tactiuum eſſe ſic corrumpit. Tangibiliū autem excellentia, vt calidorum, & frigidorum, & durorum corrumpit animal.

Cōmē. 68. ¶ Omnis quidē enim ſenſibilis ſuperfluitas corrumpit ſenſum, quare & quod tangi poteſt tactum. hoc autem tactu determinatū eſt viuere. Sine enim tactu mōſtratum eſt, ꝙ impoſsibile eſt aīal eſſe. vnde tangibiliū excellentia non ſolum corrumpit ſenſum, ſed animal, quia neceſſe ſolum habere hunc. Alios autem ſenſus habet animal, ſicut dictum eſt, non propter eſſe, ſed propter bene eſſe. vt viſum, quia in aere & aqua vt videat. omnino autem quoniam in diaphano. guſtum autem habet propter delectabile, & triſte. vt ſentiat quod in alimento & concupiſcat, & moueatur. auditum autem vt ſignificetur aliquid ipſi: linguam autem habet quatenus ſignificet aliquid alteri.

¶ Summa huius capituli hæc eſt.

1. Conclusio. OMne viuēs habet potentiam ſeu animam vegetabilem à generatiōe vſq; ad



ad corruptionem. Probatur, quia omne genitum habet augmentum, ſtatum, & decrementum, quod ſine alimento non eſt.

2. Conclusio. ¶ Omne viuens non eſt neceſſe habere ſenſum, probatur dupliciter. Primo quia tactus, ſine quo nullꝰ eſt ſenſus, non poteſt ineſſe ſimplici corpori. Secūdo quia nec poteſt ineſſe non ſuſceptiuis ſpecierum ſine materia.

3. Conclusio. Omne animal proceſsiuum habet ſenſum. probatur dupliciter. Primo quia ſi proceſsiuū caret ſenſu corrumpetur, & ad naturalem finem non perueniet. hoc autem eſt inconueniens, probatur ſequela, quia non poſſet nutriri: manentia enim coniunctum habent nutrimentum. Impoſsibilitas vero conſequentis, quia natura nihil facit fruſtra, quod probatur, quia omnia quę natura ſubſiſtunt, aut ſunt propter finē, aut coincidentia eorum, quæ ſunt propter finem. Secundo apud quoſdam, quia ſi proceſſiuum caret ſenſu, & diſcernit intellectu, ſiue generabile ſit, ſiue ingenerabile, nulla ratione carere debet ſenſu, quoniā aut propter melius animæ, aut corpori, ſed neutrum eſt. Anima enim non magis intelliget, corpus vero non magis erit propter ſenſus carentiam.

4. Conclusio. Omne habens ſenſum eſt corpus mixtum, & habens tactum comprehendendo etiam guſtum ſub tactu. ita quòd hi duo ſunt neceſſarij, alij autem propter bonum, ſic tamē quòd neceſſarij ſunt animali proceſſiuo. Probatur primo ſecūda pars, animal eſt corpus animatum, ergo tangibile, id eſt, ſenſibile tactu, ergo tactiuum. Prima ſequela probatur, quia omne corpus eſt tangibile. Secunda autē quia aliter animal non poſſet ſaluari, quod declaratur. Primo ex differētia inter alios ſenſus & tactus in modo ſentiendi, quia illi per altera ſentiunt: tactiuum autem niſi ſentiat, non poterit hæc tacta accipere, & illa fugere, & ſic non ſaluatur. Deinde declaratur extenſio ad guſtum, quia ꝓpterea guſtus eſt tactus quidam, quod patet ex differentia obiectorum, quia ſonus color & odor non alunt, neque augent aut minuunt: alimentum autem tangibile & vegetatiuū eſt. Probatur tertio de alijs ꝙ neceſſarij ſunt animali proceſſiuo, quia ſi ſaluari debet proceſsiuum non ſolum tactu, ſed de longe ſentire debet, quod fit per pati à medio patiente ab obiecto, quod declaratur dupliciter. Primo ex ſimili in motu locali, in quo primū pellens tantum eſt: ſecundū pulſum & pellens tertium pulſum tantum, ſic & in alteratione, &c. Secundo ex ſimili in cera, ſi ſigil-

ſi ſigillum ingrederetur vſque ad finem. Demũ probatur prima concluſionis pars, quia ſentiens aut eſt corpus ſimplex, aut mixtum: ſed impoſsibile eſt eſſe corpus ſimplex, quia omne ſentiens oportet eſse tactiuum. Nullum autem corpus ſimplex eſt ſenſitiuum tactus, & de alijs à terra probatur, qa conſtituunt ſenſitiua per medium. Tactus autem ſentit per ſeipſum. vnde & nomen accepit. De terreno vero, qa ſenſitiuum tactus eſt medietas ſuſceptiua non ſolum differẽtiarum terræ, ſed omnium tangi poſsibilium. Et hoc teſtantur capilli & oſſa propter terreſtrem naturam non ſentientia, teſtantur & plantæ propter idem inſenſibiles.

5. Conclusio. Animal & habẽs tactũ conuertibiliter ſe conſequuntur affirmatiue & negatiue & ſufficienter: declaratur dupliciter. Primo ab effectu, quia excellentia tangibilium corrumpit animal: excellentia vero aliorum ſenſibilium non corrumpunt niſi per accidens animal, ſed ſenſus, quoniam quũ omne excellens ſenſibile corrumpat ſenſum: oportet quòd excellens tangibile corrũpat tactum. ergo vitam & eſſe animalis, quoniam in hoc conſiſtit. Secundo à differentia inter tactum & alios ſenſus, quia ſolus eſt neceſſarius, cæteri ſunt ad bene eſſe: viſus quia in diaphano viuunt: guſtus propter delectabile & triſte in alimento. Auditus vt ſignificetur ſibi, lingua vero vt ſignificet.

¶ Series autem hæc eſt.

INtẽdens ordinem connexionẽq; partium animæ abſoluere quatuor facit. Primo comparat viuens ad partem vegetatiuam prima cõcluſione, & ſenſitiuam ſecundã concluſione. Secundo comparat animal proceſsiuum, id eſt, ſecundũ locum motiuũ ad ſenſitiuum tertia cõcluſione: Tertio comparat ſenſitiuum ad tactiuum & corpora ſimplicia quarta concluſione. Quarto comparat animal ad ſenſus omnes conſtructiue & deſtructiue, &c. quales autem huiuſmodi comparationes, ſcilicet cõiunctiones, an ſeparationes ſatis clare liquet in littera, &c.

## V. Omne habens ſenſum oporteat habere tactum.

¶ Circa quartam concluſionẽ dubium occurrit de ratione, qua probatur, omne habẽs ſenſum oportere habere tactum. Text. 63. Stat enim ratio in hoc. corpus habens ſenſum eſt tangibile. ergo oportet habere tactum, ſi ſaluari debet. Si enim ratio valet, concluderetur quoque de plantis



plantis, imo de omni re corruptibili, quod habeat tactum, quoniam de omni huiuſmodi prædicatur eſſe corpus tangibile, & habere corpora tangibilia pro corruptiuis, & quod debent ſaluari. Aut ergo ratio hæc non eſt formalis, ſed gratia materiæ tenet, aut infert, ꝙ omnia corruptibilia habent tactum, quod reprobatum eſt in hoc capitulo.

Ad hoc eſt dicendum, quòd ratio litteræ tenet formaliter. ſi integræ aſſumatur. Conſiſtit enim ratio non in hoc, ꝙ corpus tangibile & tactiuum, ſi debet ſaluari: oportet habere ſenſum tactus, vt obijciendo aſſumitur, ſed in hoc, quòd corpus huiuiſmodi habẽs ſenſum oportet habere ſenſum tactꝰ, ita quòd ex his ſubiunctis, ſcilicet tangibilitate & ſenſu infertur ſenſus tactus, & optime, quoniam ex tangibilitate, de qua eſt ſermo, ſcilicet ſecũdum qualitates actiuas & paſsiuas, ſequitur quòd eſt corpus corruptibile per ſe à tangibilibus, vt inferius explanatur in littera: ex ſenſu autem quum datus ſit propter ſalutem ſubſtantialem habentis ipſius, ſequitur quòd corpus illud habeat ſenſum ſaluatiuum ſubſtãtiæ ipſius habentis, quum cæteri ſenſus per altera ſentiant, ac per hoc non ſaluent à tangibilibus, reſtat vt ſenſum habeat tactus qui ſaluet à tangibilibus. Et ex hoc factum eſt, vt guſtus, qui eſt ſenſus alimenti ſaluatiui etiam ſubſtantialiter ſit tactus quidam. Hæc autem ratio neque in plantis, neque in alijs habet locum.

Et ſcito, quod fundatur hęc ratio ſuper hoc, quòd ens ſenſitiue naturæ, ſicut eſt naturæ altioris, & eleuate ſupra inanimata & vegetabilia. ita oportet quód ſaluatiuum ſit ſui altiori modo quam illa ſcilicet ſentiendo. alioquin operatio nõ aſſequeretur excellentiam naturæ, à qua eſt. Ariſtoteles tamen vndique abundans ratione etiam ex parte corporis rationem dedit, quare inanimata & plantæ non habent ſenſum tactus, quia ſcilicet ſunt ſimplicia corpora, aut quaſi ſimplicia, vt patet in littera, &c.

## V. Animal primo conſtituatur ſenſitiuo & ſenſu tactus.

¶ Circa quintam concluſionẽ dubium occurrit ſimpliciter, & ad hominem, quomodo animal primo conſtituitur ſenſitiuo, & ſenſu tactus. Simpliciter quidẽ, quoniam conſtat, quòd ſenſitiuum primo conſtat ſenſu. Ante autem omnes particulares ſenſus eſt ſenſus communis. Si igitur animal cõſtat ſenſitiuo, nõ conſtituetur primo per ſenſum tactus, ſed per ſenſum

ſenſum cõmunẽ. ¶ Præt. Probatum adhuc nõ eſt, quòd impoſsibile ſit ſeparare ſenſus interiores â tactu, ac per hoc voluntarie dicitur, quòd animal conſtat tactu: poſſet enim poni animal habens eſtimatiuam, vel cogitatiuam abſque ſenſu exteriori. ¶ Ad hominem vero, quia ipſemet Ariſtoteles in ſecundo libro completo tractatu de ſenſu communi epilogat in textu. 149. dicens. De principio quidem igitur ſecũdum quod ſenſitiuum dicimus eſſe animal determinatum ſit hoc modo. In quibus verbis oſtendit, ꝙ animal eſt ſenſitiuum primo per ſenſum communem, &c.

Ad hoc dubium non ſufficit dicere, ꝙ quia ſenſus communis & tactus inſeparabiliter ſe commutantur: ideo omnia poſſunt verificari, quoniã nõ ſaluaretur formalis doctrina, nec niſi per accidens alter ſermo verus eſſet. Eadem ratione retunditur reſponſio dicens, quòd quia habent idem organum: idcirco hæc dicta ſunt. Quanuis hæc reſponſio aſſumat aliquid magis dubium, ſcilicet de identitate primi organi. quum communiter dicatur quòd ſenſus communis eſt in capite, & Ariſt. ponat illum in corde. ¶ Dicendum eſt igitur quòd animal conſtituitur primo ſenſu communi, & conſtituitur tactu. non enim ſenſus communis & tactus diſtinguũtur diſperate ſicut viſus, & olfatus, neque præſuppoſitiue tantum, ſicut olfatus & tactus, neque ordine & dependentia tãtum, vt ſenſus & phãtaſia, ſed diſtinguuntur ſicut vis quædam & conſumatio radixq; eius, quod ex operibus ſit manifeſtum. Senſus enim communis nullam habet operationem niſi per ſpecies ipſorum ſenſuum propriorum. vt enim ſuperius dictum eſt. non fiunt aliæ ſpecies in ſenſu cõmuni ab his, quæ deſcribũtur in ſenſibus proprijs, ſed ipſe ſenſus communis centrum terminatiuum eſt omnium ſenſationum & ſpecierum, & origo omnis ſenſationis ex parte animæ. ita quòd eſt primum ſentiens tam per viſum, quam per auditum, quam per alios ſenſus, in cuius ſignum quieſcente ſenſu communi per ſomnũ, nullus ſenſus poteſt fieri in actu. Quum itaque ſenſus cõmunis non ſit ſextus ſenſus, ſed eſt ſenſus, per quem ſentit quilibet ſenſus, & primus omnium quinque ſenſuum ſit tactus, & vt altius dicam: tactus ſolus ſit ſenſus ſaluatiuus ſubſtantiæ animalis, oportet vt ſenſus cõmunis ſic habeat coniunctum tactum vt cœlicitiuũ primarij ſui actus, ſcilicet ſenſationis propter ſaluandã ſub-



ſtantiam animalis. alioquin fruſtra natura dediſſet ſenſum cõmunem. Habet ergo ſe ſenſus communis ad tactum vt radix ad truncum, ad reliquos vero ſenſus vt ad ramos vt enim radix niſi trũco medio nihil profert, ſic ſenſus communis. Et quemadmodum arborem recte, diceres conſtitui trunco primo, & recte diceres conſtitui, radice prima, illo primatũ tenente in ordine ad ramos, hoc in ordine ad truncum, ac ſimpliciter. ita recte quoque dicitur, quòd animal conſtituitur ſenſu tactus primo in ordine ad alios ſenſus, & quòd cõſtituitur ſenſu communi abſolute. Et rurſus altiuſque conſtituitur tactu primo & ſenſu cõmuni primo, quia tactus & ſenſus communis non ponunt in numerum in conſtituendo ſenſitiuum neceſſarium animali, quia vnum ſunt perfectũ principium in eliciendo ſenſationem neceſſariam ad ſaluandũ ſubſtantiam animalis, quæ eſt prima ſimpliciter ſenſatio, & ordine generationis, & intentionis. &c.

Ad id vero, quod obijcitur de ſenſitiuis viribus interioribus, dicẽdum primo eſt, quòd ſenſus nomine non intendimus niſi ſenſus proprios vſq; ad eorum perfectam conſumationem, quæ fit in ſenſu cõmuni, & propterea quum animal & habens ſenſum tactus conuerti dicimus, non impedimus nos de alijs viuentium generibus, ſi inueniuntur, in quibus ſola cogitatiua ſit: non enim de hoc eſt diſputatio, ſed de ſenſu: phantaſia nanq; & vires ſuperiores nõ ſunt ſenſus. Dicendum ſecundo eſt, quòd qa philoſophia naturalis præcipuè â ſenſibus inchoat, & ad ſenſum teſtimonia reſoluitur, & in nobis ipſis experiamur phantaſiam cum tota reliqua interiori parte vſque ad intellectũ excluſiue eſſe paſsionem quandam ſenſus. Rationabile eſt, vt ſublato ſenſu reliqua auferantur. Et hæc pro nunc dicta ſufficiant.

Laus Deo.

# Tabula capitum, quæ in hoc libro continentur.

Liber primus.

ARiſtotelis ſtagiritæ peripateticorum principis, de anima textus libri primi. fol. 4

Liber ſecundus

QVid eſt anima in communi. Capitulũ. I. fol. 27

De oſtenſione præpoſitæ diffinitionis animæ per alterã eiuſdem diffinitionem hic inueſtigatam. Cap. II. 48

Communis inchoatio de partibus animæ in ſpeciali. Capitulum. III. fol. 61.

De anima vegetatiua, & obiectio eius. Cap. IIII. fol. 66

De ſenſibus in communi. Capitulum. V. fol. 73

De ſenſibili & obiectio viſus. Cap. VI. fol. 79

De Sono. Cap. VII. fol. 92

De Olfatu. Cap. VIII. fol. 99

De Guſtabili. Capitulũ. IX. fol. 101.

De Tangibili. Capitulum. X. fol. 103.

De ſenſu in communi. Capitulum. XI. fol. 109

De numero ſenſuum. Capitulum. XII. fol. 117

De ſenſu ſenſationis. Capitulum. XIII. fol. 118

De ſenſu communi. Capitulum. XIIII. fol. 122

De differentia inter ſenſum phantaſiam & intellectum. Capit. XV. fol. 124

Liber tertius.

DE intellectu poſsibili. Capitulum. I. fol. 128

De intellectu agente. Capitulum. II. fol. 142

De operibus intellectus. Capitulum. III. fol. 156

De aſsimilatione potẽtiæ ſenſitiuæ ad intellectiuam. Capitulum. IIII. fol. 160

Quomodo anima quodammodo ſit omnia. Capitulũ. V. fol. 163.

De parte motiua anima. Capitulum. VI. fol. 165

FINIS.